www.e-rara.ch

Loukianou hapanta

Luciani Samosatensis Operum tomus III

Lucianus

Basileae, [1602]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-26980

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

B⁴. III. 11.
Catalog
B. c. IX. 118.

a. 4.

LVCIANI
SAMOSATENI
OPERVM

Tomus III.

Cum
GILBERTI COGNATI
&
IOANNIS SAMBVCI
Annotationibus,

Quæ ad finem cuiusque DIALOGI
auctiores & emendatiores
sunt adiectæ.



UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK BASEL

BASILEÆ.

MUSEUM
REM. FÆSCH
BASIL.

DEORVM
Dialogi.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ Δίος.

IVNONIS ET Iouis.

Iacobo Micyllo interprete.

IVNO.

ΤΟΝ Ιξίονα τοῦτον ὁρᾷς, ὦ Ζεῦ; ποῖόν τινα τὸν τρόπον ἡγῇ; Ζ. ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ηρα, καὶ συμποτικὸν· οὐ γὰρ ἂν συνῆν ἡμῖν, ἀνάξιος τοῦ συμποσίου ὤν. Ηρα. ἀλλ' ἀνάξιός ἐστι, ὑβριστής γε ὤν, ὥστε μηκέτι συνέστω. Ζ. τί δ' ὕβρισε; χρὴ γὰρ οἶμαι, ἡμᾶς εἰδέναι. Ηρα. τί δ' ἄλλο καὶ γὰρ αἰσχύνομαι εἰπεῖν αὐτὸ τοιοῦτόν ἐστι ὃ ἐτόλμησε. Ζ. καὶ μὴν διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον εἴποις ἂν, ὅσον καὶ αἰσχροῖς ἐπεχείρισε, μῶν οὖν ἐπείρα τινά; συνίημι γὰρ ὁ ποῖόν τι τὸ αἰσχρὸν,

IXIONEM *hũc vides, Iupiter? qbúsnã moribus affectum putas?* IVP. *Hominem esse vtilẽ, Iuno, & combibonem: non enim cõuersaretur nobiscum, si indignus conuiuio foret.* IVN. *At indignus est, contumeliosus certè existens. quapropter nõ ampliùs conuersetur nobiscum* IVP. *Quid autem cõtumeliæ intulit? oportet enim (vt puto) & me scire.* IVN. *Quid verò aliud? Etenim erubesco dicere ipsum: tale est quod sibi sumpsit.* IVP. *Atqui ob hoc tantò etiam magis dicere debebas, in quantum ille turpia quoque conatus est. Num igitur solicitauit aliquam ad stuprum? intelligo enim cuiusmodi turpe sit,*

ὅπερ ἂν ὀκνήσας εἰπᾶν. Ηρ. αὐτῷ ἐμὶ, ὐκ ἄλλο τινα, ὦ Ζεῦ, πολὺ ἤδη χρόνον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠγνόουν τὸ πρᾶγμα, διοτὶ ἀτενὴς ἀφιόρα εἰς ἐμέ. ὁπόταν δὲ καὶ ἔσπευδε πίειν ἀκρυτον, καὶ ἅποτε πιοῦσα παραδοίη τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπομα, ὃ δ' ἔτι ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν. καὶ λαβὼν ἐφίλει μεταξύ, καὶ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς προσῄει, καὶ αὖθις ἀφιόρα εἰς ἐμέ. ταῦτα ἤδη συνίην ἐρωτικὰ ὄντα, καὶ ἐπιπολὺν μὲν ἠδέμην λέγειν πρός σε, καὶ ὤμην παύσασθαι τῆς μανίας τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ καὶ λόγους ἐτόλμησέ μοι προσφωνῆκαι, ἐγὼ μὲν ἀφεῖσα αὐτὸν ἔτι λακρύουλα, προκυλινδέμενον, ἐπιφραξαμένη τὰ ὦτα ὡς μὴ δὲ ἀκούσαιμι αὐτοῦ ὑβριστικὰ ἐκλιώντος, ἀπῆλθόν οἱ φράσουσα. σὺ δὲ αὐτὸς ὅρα ὅπως μέτεισι ἄνοφα. Ζ. εὖγε ὁ ἱκέτας ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν, καὶ μέχρι τ Ηρας γάμων; ζοιζὸν ἐμὲ-

quòd reformidaueris dicere. IVN. *Ipsam me, non aliam quampiam Iupiter, longo iam tempore. Ac primùm quidem ignorabam quid rei esset cur attentè adeò in me aspiceret: ille autem etiam ingemiscebat, & sublachrymabatur: & si quando bibens tradidissem Ganymedi poculum, hic petebat ex eo iam ipso bibere, & capiens osculabatur interea, & ad oculos admouebat, & rursus prospectum in me intendebat: haec intelligebam amatoria esse: & multo quidem tempore verecundabar dicere ad te, putabamq; cessaturum à furore hominem. Postquam verò & sermones ausus es mihi adhibere, ego dimittens illum adhuc lachrymantem, & ad genua prouolutum, obturatis auribus, ne contumelias supplicantis illius audirem, abiit vt tibi dicerem. Tu verò ipse vide quomodo explores virum.* IVPIT. *Euge, sceleratus ille, in me ipsum, & vsque ad Iunonis nuptias etiam? adeóne*

ἐμεθύσθη τοῦ νέκταρος; ἀλλ' ἡμεῖς τούτων αἴτιοι, καὶ πέρα τοῦ μετρίου φιλάνθρωποι, ἵγε καὶ συμπότας αὐτοὺς ἐποιησάμεθα. συγγνωστοὶ οὖν, εἰ πιόντες ὅμοια ἡμῖν, καὶ ἰδόντες οὐράνια κάλλη, καὶ οἷα οὔποτε εἶδον ἐπὶ γῆς, ἐπεθύμησαν ἀπλαῦσαι αὐτῶν, ἔρωτι ἁλόντου. ὁ δὲ ἔρως, βίαιόν τί ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε. Ηρ. σοῦ μὲν καὶ πάνυ οὗτός γε δεσπότης ἐστὶ, καὶ ἄγει σε, καὶ φέρει τῆς ῥινός, φασιν, ἕλκων. καὶ ἕπῃ αὐτῷ, ἔνθα ἂν ἡγῆταί σοι, καὶ ἀλλάττῃ ῥᾳδίως ἐς ὅ, τι ἂν κελεύσῃ. καὶ ὅλως κτῆμα καὶ παιδὰ τοῦ ἔρωτος σύ γε. καὶ νῦν τῷ Ιξίονι οἶδα καθότι συγγνώμην ἀπονέμεις, ἅτε καὶ αὐτὸς μοιχεύσας ποτὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, ἥ σοι τὸν Πειρίτουν ἔτεκεν. Ζ. ἔτι γὰρ σὺ μέμνησαι ἐκείνων, εἴτι ἐγὼ ἔπαιξα

inebriatus est nectare? Cæterùm nos authores horum sumus, & vltra modum amatores hominum, qui quidem & conuiuatores nostros ipsos fecimus. Digni igitur venia sunt, si bibentes similia, atque eadem nobiscum: deinde & aspicientes cœlestes istas formas, & quales nunquam viderunt in terra, concupiuerunt frui illis, amore capti videlicet. Est autem amor violentum quiddam, & non hominibus solùm imperat, sed & nobis ipsis interdum. IVN. *Tuus quidem & valde hic dominus est, & [a] ducit te, & fert naso (vt aiunt) trahens, & sequeris ipsum quócunque duxerit te, & immutaris facilè in quodcunque iusserit, & prorsus possessio & ludus Amoris es tu. Et nunc Ixioni scio quòd veniam tribuis, vt qui & ipse adulterio cognoueris aliquando illius vxorem quæ tibi Pirithoum peperit.* IVPIT. *Adhuc enim tu meministi illorum, si quid ego lusi in*

ξα ἐς γῆν κατελθών. ἀτὰρ οἶσθα, ὅ μοι δοκεῖ περὶ τοῦ Ἰξίονος; κολάζειν μὲν μηδαμῶς αὐτὸν, μήδ' ἀποθεῖν τοῦ συμποσίου. σκαιὸν γάρ. ἐπὶ δ' ἐρᾷ, ἢ ὡς φῄς, δακρύει, καὶ ἀφόρητα πάσχει. Ηρ. τί, ὦ Ζεῦ; δέδια γάρ μή τι ὑβριστικὸν ἢ σὺ εἴπῃς. Ζ. οὐδαμῶς. ἀλλ' εἴδωλον ἐκ νεφέλης πλασάμενοι αὐτῇ τοι ὅμοιον, ἐπειδὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον, κἀκεῖνος ἀγρυπνεῖ, ὡς τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, παρακατακλίνωμεν αὐτοῦ φέροντες. οὕτω γὰρ παύσαιτο ἀνιώμενος, οἰηθεὶς τετυχηκέναι τῆς ἐπιθυμίας. Ηρα. ὤπαγε. μὴ ὥραισιν ἴκοιτο, τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. Ζ. ὅμως ὑπόμεινον, ὦ Ηρα. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις δεινὸν ἀπὸ τοῦ πλάσματος, εἰ νεφέλη ὁ Ἰξίων συνέσται; Ηρα. ἀλλὰ ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξω, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει διὰ τὴν ὁμοιότητα. Ζ. οὐδὲν τοῦτο φῄς.

si in terram descendens. Sed nôsti quid mihi videatur de Ixione? multandum quidem ipsum nequaquam, neque à conuiuio extrudendum esse. rusticum enim foret. Sed quia amat, &, vt ais, lachrymatur, & intolerabilia patitur. IVN. *Quid nam, ô Iupiter? metuo enim ne & tu contumeliosum aliquid dicas.* IVPIT. *Nequaquam: sed* [b] *simulachrum ex nube fingentes tibi simile, postquam solutum fuerit conuiuium, & ille vigilat (vt par est) præ amore, ad concubitum adhibeamus, ipsi afferentes. sic enim ab angendo animo fortassis desistet, putans se consecutum esse desiderium.* IVN. *Apage, vt nunquam quicquam tempestiuum illi contingat, quando ea ita quæ supra ipsum sunt, concupiscit.* IVPIT. *Attamen patere, ô Iuno. Quid enim adeò graue tibi accidet ex hoc figmento, si cũ nube Ixion cõgredietur?* IVN. *Sed nubes ego esse apparebo, & turpitudinẽ istam in me cõmittet propter similitudinẽ.* IVP. *Nihil istud dicis.*

φής. ὅτι γὰρ ἡ νεφέλη ποτὲ Ηρα γένοιτ' ἂν, ὅτι σὺ νεφέλη, ὁ δ' Ιξίων μόνον ἐξαπατήσ[ε]ται. Η. ἀλλὰ οἱοι πάντ[ω]ν ἄνθρωποι ἀπιστόκαλοί εἰσιν, οὐχ ὑσ[τ]ις λαθὼν ἔσως, ἢ διηγήσ[ε]ται ἅπασι, λέγων συγγεγονέναι τῇ Ηρᾳ, ἢ σύμκωμος ἐν τῷ Διί, ἢ καὶ τάχα ἐρᾷν μὲ φήσας αὐτῆς, οἱ δ' ἀπιστώσουσιν, ὡς ἀληθῶς νεφέλη σὺ ἦν. Ζ. ἀκήκοεν ἤδη τι δι' ὃν ἅπτ. ἐς τ' ἄλλα μπιπτησόμεν, προχῶ ἄθλιος περιελθὼν, συμπεριφερόμενος τὰ μετ' αὐτῆς ἀεὶ, ἢ πόνον ἄπαυστον ἕξει, δίκην δι[δ]ὺς τῆς ἔρωτος. Ηρα. ὁ γὰρ δεινὸν τῆς τόλμης ἀλλ' ἡ μεγαλαυχίας.

dicis. neq; enim nubes hæc vnquam Iuno erit, neque tu nubes: Ixion autē solùm decipietur. IVN. Sed (vt omnes homines arrogātes sunt) gloriabitur descendens forsitan, & narrabit omnibus, dicens coisse cum Iunone, & Iouis riualem esse. forsitan etiā dixerit me ipsum amare: illi verò credetur, quando nō viderūt quomodo cū nube coierit. IVP. Igitur si quid tale dixerit, in infernū præcipitabitur, & ac rotæ miser alligatus, cū ipsa perpetuò circumuoluetur, et laborem nunquam cessaturum sustinebit: pœnas videlicet has pro amore dependens. IVN. Non enim graue hoc quidem ob iactantiam.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

CONqueritur Iuno apud Iouem se de stupro ab Ixione appellatam. De Ixione notissima fabula est, quā ex Pindari interprete ὠδ. β. aliàs attingemus, in postrema Saturnalium epistola fortassis.

a DVCIT te & fert naso, vt aiunt, trahens.] *Erasmus noster sic transtulit: Ille quidem modis omnibus tibi dominatur, ducitque te, & circumagit ipsa, quòd dici solet, nare trahens. Hoc rursus Lucianus vsus est in Hermotimo, siue de Sectis, vbi plura ex eodem Erasmo annotauimus.*

 b Simula-

b Simulachrum ex nube.] *Ixion Iunonem persequutus, eiq; stuprum inferre conatus, in nube libidinē suam exprompsit, specie deceptus.* *c* Ac rotę.] *Ixion cùm Iunonem ad adulteriū sollicitauerat, pœnas dat apud inferos. Nam perpetua rotæ vertigine circumtorquetur, de quo sic Tibullus:*

Illic Iunonem tentare Ixionis ausi,
Versantur sceleri noxia mēbra rotæ. *Ouid. 4. Met.*
Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.

Ea fusiùs explanantur in 10. Metam. Ouid. & in 6. Aen. Virg.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ Σελήνης.

VENERIS ET Lunæ.

Iacobo Micyllo interprete.

VENVS.

ΤΙ ταῦτα, ὦ Σελήνη, φασὶ ποιεῖν σε, ὁπότ' ἂν κατὰ τὴν Καρίαν γένῃ, ἱστάναι μέν σε τὸ Ζεῦγος, ἀφορῶσαν ἐς τὸν Ενδυμίονα κατεύδοντα ὑπαίθριον, ἅτε κυνηγέτην ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ καταβαίνειν ἐπ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ. Σε. ἐρώτα, ὦ Αφροδίτη, τὸν σὸν υἱὸν, ὅς μοι τούτων αἴτιος. Αφρο. ἔα ἐκεῖνος ὑβριστὴς ἐστὶν, ἐμὲ γοῦν αὐτοῦ τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν, ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ιδὴν κατάγων, Αγχίσου ἕνεκα τοῦ Ιλιέως. ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον, ἐπὶ τὸ Ασσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέρα-

QVid hæc, ô Luna, facere te aiūt, quoties ad Cariā peruenis, vt currū sistas, ac desuper aspectes [a] Endymionē dormientē sub dio tanquā venatorē aliquem: interdū autem etiam descendas ad ipsum ex media via? LVN. Interroga, ô Venus, filium tuū, qui mihi harum rerum author est. VENVS. Sine: contumeliosus ille est. [b] Me quippe matrem ipsius quibus modis affecit? nunc quidem in Idam adigens Anchisæ causa Troiani: nunc autē in Libanum ad [c] Assyrium & Proserpinæ desiderabilem

illum adolescentem, quem

ποιήσας, ἐξ ἡμίσειας ἀφείλετό μι τὸν ἐρώμενον, ὥστε πολλάκις ἐπείλησα, εἰ μὴ παύσεται ζιαῦτα ποιῶν, λιπάσειν μὲν αὐτῦ τὰ τόξα, καὶ τὴν φαρέτραν, πτεροῦσθαι δὲ καὶ τὰ πέδιλα. ἤδη δὲ καὶ πολλὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς ὦ σανδάλῳ. ὁ δὲ ἀκ οἶδ' ὅπως τὸ παραυτίκα ἀνδρικῶς, καὶ ἐκιτώων, μετ' ὀλίγον ἐπιλέλησται ἁπάντων. ἀτὰρ ἐπί μοι, καλὸς ὁ Ενδυμίων ἐστίν; ὑπαραμυθοῦ γὰρ ἴσως τὸ δεινόν. Σ. ἐμὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Αφροδίτη, δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβαπόμενος ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ, τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς παρρέοντα. ἡ δεξιὰ δὲ, περὶ τὴν λιφαλίδα ἐς τὸ ἄνω ἐπικεκλασμένη ὑπὸ τὸ οὖς ἐπιπέπτωκε, ὥστε πεσόντα πτερωτὸν φαίνεσθαι. ὀδὲ ἀπὸ τοῦ ὕπνου κινούμενος, ἀναπνεῖ τὸ ἀμβρόσιον ἐκεῖνο ἄθμα, τότε δίνων ἐγὼ ἀφοφητὶ κατιδὼν

lem fecit, & me ex dimidia parte amoribus meis priuauit. Quare iam sæpe illi interminata sum: ni desinat talia facere, fractyram esse me ipsius & arcus & pharetram: amputaturam autem etiam alas. Iampridem verò & plagas ipsi in nates incusi sandalio: sed ille, nescio quo pacto, tum quidem statim metuens ac supplicans, paulò pòst omnium obliuiscitur. Verùm dic mihi, formosúsne Endymion iste est? Nam hoc quidem solatio fuerit malo huic. LVN. Mihi quidem etiam admodum formosus, ô Venus, videtur, & maximè quando insternata super rupem chlamyde dormit, læua tenens sagittas paulatim è manu prolabentes. Dextra autem circa caput sursum versus reflexa, decorem affert faciei, cui circunfunditur. Ipse verò solutus somno, anhelat ambrosium illũ halitum. Tunc igitur tacitè equidem, & sine

κατιοῦσα, ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκῆα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκταραχθείη. οἶσθα τί ἂν οὖν σοι λέγοιμι τὰ μετὰ ταῦτα, πλὴν ἀπολλυμαί γε ἀπὸ τοῦ ἔρωτος.

vllo strepitu descendens, ac summis digitis insistés, vt ne expergefactus ille perturbari possit. Scis igitur quid tibi post hæc dictura fuerim, sed pereo equidem amore.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a ENDYMIONEM dormientem.] *Endymionē in monte Cariæ Latmo, diuturno somno iacentem, Luna ita adamasse fertur, vt sæpe ad ipsum de cœlo descenderit. Occasio fabulæ inde sumpta videtur, quòd Endymion motum Lunæ primus obseruâsse, atque alijs ostendisse dicitur, teste Plin. lib. 2. cap. 9.* *b* Me matrem ipsius.] *Conqueritur quoque de filij sui nequitia in amore fugitiuo, carmine scripto.* c Assyrium illum adolescentem.] *Assyrij enim præ cæteris studiosi & periti rerum Magicarum fuerunt, & veneficiorum.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

μυθικὸς quòd Luna deperiat Endymionem, & ὀδυρτικός.

Cynthia perpulchri capitur forma Endymionis,
Quem solita è media visere sæpe via est.
Pòst etiam queritur Cythereïa mater Amoris,
De gnati factis, nequitiaq; graui.

QVID hæc, ô Luna.] τὸ ἔγκλημα κατ' ἀφήγησιν θαυματικήν. Interroga, ô Venus, filium.] μετάστασις ἀφαιρετική. Sine: contumeliosus ille est.] παρομολογία ὀδυρτικὴ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος κατ' ἀπαρίθμησιν, τὰ κωλυτικά. Sæpe illi interminata.] αἱ ἀπειλαί. Fracturam esse me.] αἱ πλῆγαι. Verùm dic mihi.] ἐπάνοδος κατ' ἐρώτησιν. Mihi quidem admo-

admodum.] ἀπέκρισις καταφατική. Quando in strata super.] ἔκφασις & causa. Tunc igitur tacité.] ab euentu. Scis igitur.] præcisio.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ Α-πόλλωνος.

MERCVRII ET Apollinis.

Eodem interprete.

MERCVRIVS.

ΤΟ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα, Ηφαιστον, καὶ τέχνην ἔχοντα βάναυσον, ὦ Απολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Αφροδίτην, καὶ τὴν Χάριν; Απ. εὐποτμία τις, ὦ Ερμή. πλὴν ἐκεῖνό γε ἐγὼ θαυμάζω, τὸ ἀνέχεσθαι συνούσας αὐτῶν, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον εἰς τὴν κάμινον ἐπικεκυφότα, πολλὴν αἰθάλην ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔχοντα. καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι. Ερ. τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τῶν Ηφαίστω φθονῶ. σὺ δὲ κόμα, ὦ Απολλον, καὶ κιθάριζε, καὶ μέγα ἐπὶ τῶν κάλλει φρόνει,

ITan' autem Vulcanum, cùm & claudus ipse sit, & artem adeò fabrilem & contemptam exerceat, Apollo, pulcherrimas duas vxores duxisse, Venerem atque Gratiam? APOL. Felicitas quædam hæc, Mercuri. Veruntamen illud equidem miror, quòd cum illo rem habere sustinent, & maximè quando vident sudore fluentem, in fornacem demittere atque incuruare sese, multa adeò fuligine facie illius oppleta. Et tamen talis ipse cùm sit, amplectũtur ipsum & osculantur, & vnà dormiunt. MERC. Hoc & ipse indignor, & Vulcano inuideo. At tu comam nutri Apollo, ac citharam persona, animum ob pulchritudinem elatum atque superbum præ te ferens:

νει, κἀγὼ ἐπὶ τῇ ἀνεξίᾳ, καὶ τῇ λύρᾳ. εἶτα ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν. Απ. ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικὰ, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα, τὴν Δαφνὴν, καὶ τὸν Υἀκινθον, ἡ μὲν ἀπωδιδράσκει με, καὶ μισεῖ ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον ἢ ἐμοὶ συνεῖναι. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνων στεφάνους ἔχω. Ερ. ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Αφροδίτην. ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν. Απ. οἶδα, καὶ τὸν Ερμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεται τετοκέναι. πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, εἴτι οἶσθα, πῶς ὁ ζηλοτυπεῖ ἡ Αφροδίτη τὴν Χάριν, ἢ ἡ Χαρις ταύτην; Ερ. ὅτι, ὦ Απολλον, ἐκείνη μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ Λήμνῳ συνέστιν, ἡδ' Αφροδίτη ἐν τοῦ οὐρανῷ. ἄλλως τε περὶ τοῦ Αρην ἔχει τὰ πολλὰ, κἀκείνου ἐρᾷ, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ τοῦ χαλκέως

rens : ego autem etiam ob habitudinem corporis, & lyram : cæterùm vbi cubitum eundum fuerit, soli dormiemus. APOLL. *Ego verò aliàs quoque habeo Venerem minùs propitiam ad res amatorias: quippe etiam quos duos maximè præter cæteros amaui,* [a] *Daphnem & Hyacinthum, illa quidem aufugit atque odit me, adeò vt in lignum conuerti maluerit, quàm mecum rem habere : hic autem à disco interfectus est, & nunc pro illis coronas habeo.* MERC. *At ego iam aliquando Venerem, sed non oportet gloriari.* APOL. *Noui, atque etiam* [b] *Hermaphroditum istum ex te aiunt peperisse ipsam. Veruntamen illud mihi dic, si nosti quomodo non æmulatur Venus Gratiam, aut contrà illa Venerem?* MERC. *Quoniam, Apollo, illa in Lemno cum ipso consuetudinem habet. Venus autem in cœlo : præsertim autē hæc* [c] *cū Marte plerūq; versatur, atq; illū amat: quapropter nō ita multùm fabrum*

κέως τοῦτο μέλει. Απ. καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ἥφαιστον εἰδέναι. Ερ. οἶδεν. ἀλλὰ τί ἂν δράσαι δύναιτο, γενναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν; ὥστε τὴν ὑσυχίαν ἄγει, πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθε αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ἐπὶ τῆς εὐνῆς. Απ. οὐκ οἶδα. εὐξαίμην δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

brum istum curat. APOL. Atq; hæc putas ipsum Vulcanum scire. MERC. Scit, sed quid agat, cùm generosum adeò adolescentem, & prætereà militarem ipsum esse videat? Quare silentium agit, nisi quòd minatur quidem vincula quædam excogitasse contra illos sese, ijsq; ipsos comprehensurum esse, circundato veluti retibus quibusdam lecto. APOL. Nescio sanè: optârim verò ipse, ille qui sic comprehenderetur esse.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a DAPHNEM.] *Daphne cùm ardētiùs amaretur à Phœbo, quæ virginitatem perpetuam vouerat, implorato patris sui Penei fluminis auxilio, in laurum arborem est commutata, quam mediam amplexus Phœbus sibi dicauit. Hanc fabulam vide latiùs apud Ouid. lib. 1. Metamorph.* b Hermaphroditum.] *Ex ipsa statim vocis compositione apparet Mercurij & Veneris filium esse. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. De hoc iterum in dialogo Apollinis & Bacchi, & in Muscæ encomio.* c Cum Marte.] *Hic Deus inter alias multas Venerem adamauit, & Cupidinem genuit. De quibus vide lepidissimam fabulam apud Homerum Odyss. 11. Ouidium quoque libro quarto Metamorph.*

ΠΑΝΟΣ

ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ Ερμῦ.

PANOS ET MERcurij.

Iacobo Micyllo interprete.

PAN.

ΧΑῖρε, ὦ πάτερ Ερμῆ. Ερ. νὴ καὶ σύγε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; Πα. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ερμῆς ὢν τυγχάνεις; Ερ. καὶ μάλα. πῶς δὲ ἡὸς ἐμὸς εἶ; Πάν. μοιχίδιός εἰμι, ἐξ ἔρωτός σοι γενόμενος. Ερ. νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα, ἐμὸς γὰρ πῶς ἠέρατα ἔχων ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη δίχηλα, καὶ τραγικὰ, καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς. Πάν. ὅσα ἂν ἀρσκώψῃς εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ ἡὸν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον ἀρφαίνῃ, μᾶλλον δὲ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γεννᾷς, καὶ παιδοποιεῖς, ἐγὼ δὲ ἀναίτιος. Ερ. τίνα δὲ καὶ φῄς σου μητέρα; ἤπου ἔλαθον αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε; Πάν.

SAlue, pater Mercuri. MERC. *Salue vtique & tu. Sed quomodo ego pater tuus sum?* PAN. *An non Cyllenius ille Mercurius es tu?* MER. *Atque admodum. Quo pacto igitur filius meus es?* PAN. *Adulterinus sum, ex amore tibi natus.* MER. *Per Iouem hirci fortasse cuiusdam, qui capram per adulterium cognouit. Nam meus quomodo fueris, qui & cornua habes, & nasum talem, & barbam hirtam, & pedes bifidos, hircinosq́; prætereà & caudam super natibus?* PAN. *Quæcunque in me conuiciando dicis, ijs tuum ipsius filium, pater, probrosum ac turpem declaras: imò potius teipsum, qui eiusmodi generas, & tales liberos procreas: ego verò extra culpam sum.* MER. *Quam autē etiam matrem tuam ais esse? Num ignorās alicubi cū capra adulterium exercui ego?*

PAN.

Πάν. οὐκ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν, εἴποτε ἐν Αρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ἐπιπολὺ ἀπορεῖς: τὴν Ικαρίου λέγω Πηνελόπην. Ερ. εἶτα τί πεθοῦσα ἐκείνη ἀντ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκεν. Π. ἀντῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ με ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὴν Αρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μέν σου, ἔφη, ἐγώ εἰμι Πηνελόπη ἡ σπαρτιάτης. τὸν πατέρα δὲ γίνωσκε θεὸν ἔχων, Ερμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτωσε. ὁπότε γάρ μοι συνῆν ὁ πατὴρ ὁ σὸς, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν, ὡς λάθοι. καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ. Ερ. νὴ Δία μεμνημαί ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ οὖν ὁ ἐπὶ κάλλει μεγαφρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὤν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ

PAN. *Non cum capra, sed tibi ipse in memoriam reuoca, num in Arcadia quandoque puellam liberam per vim stuprâris. Quid mordendo digitum, quæris, ac diu dubitas? Icarij filiam, dico Penelopen.* MERC. *Quid igitur illi accidit, quòd pro me, hirco similem te peperit.* PAN. *Dicam tibi, quæ ex illa ipsa audiui. Quando enim me in Arcadiam ablegabat: O puer, inquit, mater quidem tua ego sum, Penelope ex Sparta nata: cæterùm patrem nôris habere te Deum, Mercurium illum Maiæ ac Iouis filium. Quòd si igitur cornutus ipse es, ac pedes hircinos habes, ne id ægrè feras. Quando enim mecum rem habebat pater tuus, hirco seipsum assimilauerat, quò faciliùs lateret: & ob id similis hirco tu quoque euasisti.* MER. *Per Iouem, memini me tale quiddam facere. Ego igitur formosus ille, qui ob formam ac pulchritudinem animũ elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipse sum, pater tuus vocabor?*

& ab

κὴ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ. Πάν. καὶ μὴν οὐ καταισχυνῶ σε, ὦ πάτερ, μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν. καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ διασώτην πεποίηκέ με, καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τοῦ χοροῦ. καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου, ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡσθήσῃ, ἄρχω δὲ καὶ τῆς Αρκαδίας ἁπάσης. πρώην δὲ καὶ Αθηναίοις συμμαχήσας. οὕτως ἠρίστευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἠρέθημοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. ἢν γοῦν ἐς Αθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ τοῦ Πανὸς ὄνομα. Ερ. εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας, ὦ Πάν, ἤδη; τοῦτο γὰρ οἶμαι καλοῦσί σε. Πάν. οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. Ερ. ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ ἐπιβαίνεις. Πάν. σὺ μὲν σκώπτεις. ἐγὼ δὲ

& ab omnibus risu accipiar ob præclaram liberorum procreationem. PAN. *At verò dedecori tibi pater non sum. Nam & musicus sum, & fistula cano, admodum pleno spiritu: & Bacchus ille nihil absque me facere quicquam potest: sed & socium & consultatorem fecit me, & duco ipsi chorum. Iam & ouilia mea si videas, quot & per Tegeam & per Parthenium habeo, admodum delectaret te. Impero autem & Arcadiæ toti. Nuper verò etiam Athenienſibus auxilium ferens, ita præclarè rem gessi in Marathone, vt ceu donum militare quoddam retulerim, antrum illud quod est sub arce. Quòd si igitur Athenas veneris, cognosces quantum ibi sit nomen Panos.* MER. *Ac dic mihi, duxistine vxorem iam? Hoc enim opinor, dictitant te.* PAN. *Nequaquam, pater, amator enim sum: neque cum vna aliqua rem habere contentus forem.* MERC. *Capras videlicet conscendis.* PAN. *Tu quidē irrides me, at ego tamen*

τῆ τε Ἠχοῖ, καὶ τῇ Πυθοῖ σωέμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν. Ερμ. οἶσθα δῆτα, ὅτι χαίσει, ὦ τέκνον, τὰ πρῶτα αὐτοῦντί μοι; Πάν. πρόσπιθι, ὦ πάτερ, ἡμεῖς δὲ ἰδόμεθα ταῦτα. Ερμ. καὶ πρόσιθί μοι, καὶ φιλοφρονοῦ. πατέρα δ' ὅρα μὴ καλέσῃς μι, ἀκούοντός γε τινός.

tamen [a] & cum Echo & cum Pythi rem habeo, præterea & cum omnibus Bacchi Mænadibus, atq; admodum studiosè ab illis observor. MERC. *Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, primum omnium velim?* PAN. *Impera pater, nos autem videbimus hæc vti fiant.* MERC. *Et accedas ad me, & prehenses licet: patrem autem vide ne me appellâris quoquam audiente.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

PAn Deus Arcadiæ, Pastorum musicus, Bacchi socius, Mercurio patre, Ioue Mercurius natus creditur. Superiori parte humana effigie erat, reliquum capripes: cui insuper in Nymphas procacitas, & nunquam satiata libido attributa fuit, qui caprinis pedibus Tragoscelès vocabatur. De eo Herod libro 2. circa finem, & Plin lib. 35. cap. 9. Penelope autem cùm apud Parrem Icarium adhuc in patria Lacedæmone viueret, & in montẽ Taygetam ad inspicienda patris pecora egressa esset, conspecta à Mercurio, & adamata atque appetita dicitur. Cùm autem ea alio modo potiri non posset, in hircum se ipsum transformauit, atq; ita sub specie hirci cum ea ludens, & admissus, ex ea genuit Pana, capite cornuto, barba & pedibus hircinis. Quem illa furtim natum in vicinam Arcadiam ablegauit, vbi deinde & præcipuo honore cultus est. Alij ipsum ex promiscuo

procorum concubitu, absente Vlysse, conceptum ferunt, & inde Pana dictum: vnde & sine patre natum ipsum Theocritus in Syringe ait. Porrò Pan Baccho socius expeditionis in Indiam fuisse dicitur, & Athenien sibus ope sua peperisse victoriam contra Persas in campo Marathonio, vbi quum Miltiades cum hoste congressurus esset, Pan exercitui Græcorum maiore quàm humana statura præijsse dicitur, & nouo atque horribili sono inflatæ conchæ hostibus terrorem incussisse, vnde subiti terrores & tumultus, quorum neque causa, neque authores apparerent. Posteà prouerbiali figura Panici motus dicti sunt. In Philopseude aliquid addidimus.

a ET cum Echo.] *Iactat Pan amorẽ suũ, cùm erga alias Nymphas, tum præcipuè erga Echo Et conuenit hoc. Cùm enim in solis scopulis & syluis degat, non habet cui loquatur, cui accinat, aut ἐπικωμάζοι, præter solam Echo. Nemo enim alius audit, aut illi respondere potest. Ouid. lib. 3. Met. de Echo:*

Inde latet syluis, nulloque in monte videtur,
Omnibus auditur, sonus est qui viuit in illa.

ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ ΚΑΙ Διονύσου.

APOLLINIS ET Bacchi.

Iacobo Micyllo interprete.

APOLLO.

ΤΙ ἂν λέγοιμεν ὁμομητρίους, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ερωτα, καὶ Ερμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ πάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δυνάμιν οὐ μικρὰν, περιβεβλημένος ἁ-

QVid igitur? dicendúmne est, Bacche, fratres esse [a] *Cupidinem,* [b] *Hermaphroditũ &* [c] *Priapum, adeò dissimiles forma & studijs cũ sint? Nã hic quidem formosus omninò & iaculator est,* [d] *& potestate nõ parua comparata sibi, om-*

θ', ἁπάντων ἄρχων. ὁ Ἅ, θεῖ
ναι, καὶ ἀμίανθ', καὶ ἀμφίβο-
λ' τὸ ὄψιμ, ἐκ ἂν δόκοι-
μαις, εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ
παρθέν'. ὁ Ἅ, καὶ πότερα ἀνηρ
πῶς ἀνδεικὸς ὁ Πείαπ'. Διό.
μυδρὸν θαυμάσης, ὦ Απολλον.
ἐ γὰρ ἡ Αφροδίτη αὐτία τότε,
ἀλλὰ οἱ πατέρες, διάφοροι γε
γνωμένοι ὅπως καὶ ὁμοπά-
τριοι παιδάκις ἐκ μιᾶς γα-
στρὸς, ὁ μὲν ἄρσην, ἡδὲ θήλεα, ὥ-
σπερ ὑμεῖς, γίνονται. Από. ναί.
ἀπ' ἡμεῖς ὅμοιοι ἐσμὲν, καὶ τὰ
αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν, ὁπόταν γὲ
ἄμφω. Διόν. μικρὰ μὲν τόξα, τὰ
αὐτὰ, ὦ Απολλον. ἐκεῖνα δ' ὀχ
ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Αρτεμις ἔγνω-
κεν ἐν Σκύθαις, σὺ δὲ μαν-
τεύῃ. καὶ ἐᾷ τὰς ἱλαμνούσας.
Απολ. οἶσθα γὲ τὸ Αθηναῖον
χάριν τοῖς Σκύθαις, ἥκειν ποτε
ἐσκευάσατο. ἐῶ τις ἕλλην ἀφί-
κηται πόθεν ἐς τὸ ταυρικὸν,
σὺν κόσμῳ σαι, μετ' αὐτῆ μυθ-
τομένην τὰς σφαγάς; Διό. νῦν
γε ἐκείνη ποιοῦσα. ὁ μὲν γὰρ Ζεὺς

sibi, omnib. imperat. Ille aũt mulierosus ac semiuir, ambiguam quoq; faciem præ se ferens, vt non facilè dignoscas adolescénsne sit, an virgo. Tertius verò etiam supra modum virilis est. Priapus videlicet. BAC. Ne mireris, Apollo. nõ enim ipsa Venus in causa est, sed patres, q̃ diuersi fuêre: quandoquidem & e ij q̃ eodẽ patre, eademq; matre nascũtur, sæpenumerò alius vir, alius fœmina, quẽadmodum & vos, nascũtur. APOL. Ita sanè est, vt dicis: f sed nos tamẽ similes sumus, & circa eadem studia versamur: & sagittarij enim ambo sumus. BAC. Quantũ quidem ad arcũ & sagittas attinet, eadem ambo exercetis, Apollo: illa verò similia nequaquã sunt, quòd Diana quidem h hospites mactat apud Scythas, tu autẽ vaticinaris & medicaris ægrotantibus. | APOL. An tu putas sororem delectari Scythis? quæ quidem etiam adornauit, si quis Græcus aliquando in Tauricam aduenerit, vt cum eo inde enauiget, iam olim peroſa mactationes illas. BACC. Rectè sanè illa. Sed hic

Πρίαπος (γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι) πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν ὁδὲ ὑποδεξαμένος με καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, κατ' αὐτάς που μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος, αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. Απολ. ἐπείρασε; Διόν. τοιοῦτόν ἐστι. Απολ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; Διόν. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; Απολ. εὖγε τὸ μὴ χαλεπῶς, μὴ δὲ ἀγείως. συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλόν σε ὅτως ὄντα ἐπείρα. Διόν. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα, καὶ ἐπὶ σὲ ἄν, ὦ Απολλον, ἀγάγοι τὴν πεῖραν. καλὸς γὰρ σὺ, καὶ κομήτης, ὡς καὶ νήφοντα ἄν σοι τὴν Πρίαπον ἐπιχειρήσαι. Απολ. ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε, ὦ Διόνυσε: ἐγὼ γὰρ μετὰ τῆς κόμης καὶ τόξα.

Priapus? Ridiculū enim qddam narrabo tibi, quod cū Lampsaci nuper essem, mihi accidit. Ego quidē ad vrbē accesseram, ille autē me recepit hospitio apud se præbito. Posteaquā igitur quieti nos dedimus in conuiuio affatim madefacti, circa mediam prope noctem exurgens generosus ille: sed pudet dicere. APOL. *Solicitauitne te?* BAC. *Huiusmodi quippiam est.* APOL. *Quid tu autem porrò ad hæc?* BAC. *Quid enim aliud quàm risi?* APOL. *Rectè sanè, quòd neque acerbè, neque rusticè quicquam. Venia enim dignus est, si te formosum adeò solicitauit.* BAC. *Huius igitur gratia etiam te Apollo solicitatum meritò venerit. Formosus enim et tu, & prætereà comatus, vt vel sobrius Priapus ille aggredi te queat.* APOL. *Sed non aggredietur, Bacche, me facilè: nam præter comam etiam arcum gero.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

Diuersi patres diuersorum in liberis causa.

a CVPIDINEM.] *Hunc Semonides & Cicero ex Venere & Marte natum volunt: Sappho, ex Venere & Cœlo: Seneca ex Venere & Vulcano: alij ex Venere & Ioue. Socrates in Symposio Xenophontis ideò pharetratum dici ait, quòd amantes quasi sagittis feriat.* b Hermaphroditum.] *Mercurij & Veneris filiū, vt ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. In Dialogo Apollinis & Mercurij, Hermaphroditum inquit Apollo, ex te Mercurio aiunt Venerem peperisse. Hinc factum est, vt omnes ἀνδρόγυνοι. i. vtrumque sexum habentes ab huius vnius nomine vocentur ἑρμαφρόδιτοι. Vide Muscæ encomium, vbi, vt Mercurij & Veneris filius, qui mista natura fuit, & duplici forma.*

c Priapum.] *Liberi patris & Veneris filium, quem superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. Idem Lampsacenus dicebatur, à Lampsaco non ignobili Troadis vrbe ad Hellespontum sita, in qua natus creditur, vbi cùm mater recèns natum deformem vidisset, pudore affecta, pro neglecto habuit. Vide Ouid. lib. 1. Fast. & Hyginum.* d Et potestate non parua.] *Hinc notissimum est distichon:*

Perfringunt, penetrant, vrunt mea spicula fulmen.

Scilicet hinc nomē est mihi παυδαμάτωρ. i. omnium domitor. Nam etiam dijs imperat. e Ij qui ex eodem patre.] *In Greco est prolepsis explicata, genere.* f Sed nos tamen similes sumus.] *Apollo Iouis & Latonæ filius, in Delo insula eodem cum Diana partu editus. Quatuor in primis artibus præfuisse legimus, idque ex Homeri & Orphei hymnis colligimus. Nam citharœdum primùm & citharœdorum deum putauit antiquitas: deinde Medicinæ inuentorem, & ipsum etiam Medicum constituit tum iaculatorem, & sagittarium: postremò vatem & vaticinij deum existimauit. Sectator promiscui coitus. vocatur χευσοχαίτης, à nostris Crinitus, vt Cicero in Academ. Intendit crinitus Apollo arcum. Pindarus in Pyth. χαίτη & quasi iubatus*

& comosus. g Sagittarij ambo.] *Diana arcum & pharetram ferebat, succincta semper incedens, & cothurno induta.* h Hospites mactat.] *Fuerunt Tauri omninò inhospitales, moribusq; immanissimis, vt qui hospites omnes Dianæ soleant immolare, à quibus Taurica appellatur regio. Sunt Sarmatiæ Europeæ populi, Scythia à meridie Tauro terminatur. Vtriusque variæ sunt gentes.*

ΑΠΟΛΛΟΝ ΚΑΙ Ερμης.

APOLLINIS ET Mercurij.

Iacobo Micyllo interprete.

APOLLO.

Εχεις μοι ἐπεῖν, ὦ Ερμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ἐστὶ τούτων, ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακείναιμι αὐτούς. Ερμ. ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. Απ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. Ερ. ὅτι οὗτος μὲν, ὦ Απολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ἑπὸ τοῦ βέβρυκος Αμύκου ἐπρώθη, τῷ Ιάσονι συμπλέον. ἅτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ

Potésne mihi dicere, Mercuri, vter istorum Castor est, aut vter Pollux? Nam ego quidem non facilè discreuero ipsos. MER. Ille qui heri conuersatus nobis est, Castor erat: hic aũt Pollux est. APOL. Quomodo dignoscis? similes enim sunt. MER. Quòd hic quidem, Apollo, habet [a] in facie vestigia vulnerũ, quæ aliquando ab ijs accepit quibuscum pugillatu certauit, & maximè quibus à [b] Bebryce Amyci filio vulneratus fuit, quando cum Iasone in Colchum nauigabat. Alter autem nil tale præ se fert, sed purus est, atque

καὶ ἁπαθὴς τὸ πρόσωπον. Απ. ὠνησας, διδάξας τὰ γνωρίσματα, ἐπὶ τάχει ἅπαντα πάντα ἴσα, τῷ ὡς τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀκριβῶς ὑπιράνω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ἵππῳ ἑκατέρωθεν κόσ. ὡς τι πολλάκις ἐγὼ τὸν μὲν πρεσβύτερον Κάστορα, Πολυδεύκη ὄντα, τὸν δὲ νεώτερον Πολυδεύκους ὀνομάζει. ἀτὰρ ἀπόκριναί μοι καὶ τόδε τί δήποτε ἐκ ἄμφω ξύνεσιν ἡμῖν, ἀπ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρὸς, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἄτερος αὐτῶν. Ερ. τὸ φιλαδελφίας ἕνεκα τοιοῦσιν, ἐπεὶ χρὴ δὴ ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνεμάνθανον ὅτως αὐτοὶ πρὸς ἀθανασίαν. Απ. ὦ ξύνετε, ὦ Ερμῆ, πρὸς νομίζω ἄγαν ἀδόκητος ὅτως ἀπόλουσι, ὅπερ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα. πῶς γὰρ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πρὸς ἀλλὰ. ὅς περ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ δὲ Ασκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ

atque integer facie totus. APOL. Operæprecium feciſti, qui diſcrimina, quibus internoſci queant, docueris me. Nam cætera certè omnia æqualia ſunt, oui pars dimidia, & ſtella ſupernè imminens, & iaculum in manu, & equus vtrique candidus. Quare ſæpè equidem appellaui hunc Caſtorem, qui Pollux erat: & rurſus Caſtorem Pollucis nomine. Sed & illud mihi dic, cur non ambo pariter nobiſcum verſantur, ſed ex diuiſo nunc quidem mortuus, nunc autem Deus eſt alteruter ipſorum? MERC. Fraterno amore hoc faciũt. Nam cùm oporteret [c] alterum ex Ledæ filijs [d] mortem obire, alterum autem immortalem eſſe, diuiſerũt ita inter ſe ipſi immortalitatem. APOL. Non ſanè prudenti, Mercuri, diuiſione. Siquidem nec aſpicient ſeſe mutuò hoc pacto, quod vel maximè opinor deſiderabant. Aut quomodo enim, cùm alter apud Deos, alter apud manes exiſtat? Veruntamen, quemadmodum ego vaticinor, Aeſculapius medetur, tu

δὲ παλαίειν διδάσκεις, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Ἀρτεμῖς μαιεύεται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἔχει τίνα τέχνην, ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμην. οὗτοι δὲ τί ποιήσουσιν ἡμῖν, ἢ ἀργοὶ εὐωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; Ερμ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρόστεταχται αὐτοῖν ὑπηρεῖν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ ἄν που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπὶ καθύσαντας, ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. Απ. ἀγαθὴν, ὦ Ερμῆ, καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην.

palæstricam doces, puerorũ exercitator optimus. Diana autem obstetricatur, atq; aliorum suam quisque artem habet, vel dijs vel hominibus vtilem: hi verò quid agent nobis? an inertes atq; ociosi conuiuabuntur nobiscum, tam grandes cũ sint? MER. *Haudquaquam, sed iniunctum illis est, Neptuno, vt ministrent & subseruiant, & obequitare ipsos oportet pelagus: & sicubi* [e] *nautas tempestate periclitantes aspexerint, insidentes nauigio præstare incolumes nauigantes.* APOL. *Bonam, Mercuri, & salutarem narras artem.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

DE Polluce, quomodo à Castore internoscatur, quorum diuersa studia fuerunt: nam Pollux pugil clarissimus fuit, Castor verò optimus eques. Horatius lib. 2. Serm. Sat. 1:

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis.— Homerus:
Κάστορα δ' ὑπ' ὁδάμων, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα.

a INfacie vulnerum vestigia.] *Castor eques nobilis & victor, Pollux pugil præstantissimus. Colchos profecti cum Argonautis, Pollux Amycum Bebryciorũ regẽ, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reuersi, Helenam sororem à Theseo ra-*

seo raptam, receperunt, Aphidna vrbe, Theseo absente recepta.

b Bebryce.] Hæc aliter ab alijs referuntur: nam Castor à Lynceo occisus dicitur. Theocritus Eidyllio 27. de laudibus Castoris & Pollucis Dioscurorum: id est, geminorum, Iouis Ledæq; filiorum, commemorat certamen inter Pollucem & Amycum, Neptuni & Melies Nymphæ filium Bebrycioriū principem, athletam crudelem, atq; hospitum interfectorem. Is enim cum robore corporis & arte pugilum superaret omnes, crudelem tulit legem, ne quis hospes aut peregrinus, qui ea loca adisset, inde discederet, quin prius secum cæstu decertaret. Atqui cum ita multos hospites interfeciſſet, tādem & Pollucem, qui cum Iasone & Argonautis eò venerat, secum decertare cogit, à quo victus & occisus est. Hæc pugna etiam describitur ab Apollonio lib. 2. Argonaut. Sunt autem Bebryces Bithyniæ populi, quos olim Thraces fuisse Strabo testatur, à Bebryce rege suo nomen sortiti. Ex hac gente & Buthen athletam producit Virg. in 5. Aeneid. cuius victorem Darentem facit his versibus:

Idemq; ad tumulū quo maximus occupat Hector
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.

c Alterum ex Ledæ filijs mortē obire.] Castoris mortis occasio fuit hæc. Castor & Pollux rapuerunt filias Leucippi, Phœben & Talayran, Lynceo atque Idæ fratribus, filijs Apharei desponsatas. Sponsi eas bello repetiuerunt. In eo bello Castor à Lynceo interfectus est, & Pollux Lyncea interemit: fuissetq; & ab ipso Ida interfectus, nisi Iupiter id fulmine prohibuisset, à quo Ida interfectus est. Hæc ab Ouidio referuntur in fine lib. 5. Fastorum, & à Propertio. Theocritus etiam hoc certamen describit in Dioscuribus. d Mortem obire.] Homerus Castorem & Pollucem vocauit ἐπιχθονίους, hoc est, qui alternis diebus fata subirent. Virg. 6 Aeneid.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit
Itq; reditq; viam toties——. Castore autem occiso, Pollucis optio data est, vtrum immortalitate solus vt vellet, an cum fratre vitam communicare. Ille cum fratre maluit alternis viuere, proinde apud superos nunc Castor, nunc Pollux, & contrà appa-

rere videntur. Hinc Homerus ἐπεγκμίφους, ait eos viuere & mori. e Nautas tempestate periclit.] *In magna tempestate Gemini cœleste signum apparent quasi stellæ in cœlo insidentes: adiuuariq; se tunc periclitantes existimant Pollucis & Castoris nomine.* A Columella dicitur *Geminum astrum, quod* 14. *Cal. Iunij Sol ingreditur. Plin. lib.* 2. *naturalis hist. Cùm geminas illas flammas inquit, quæ Castoris ac Pollucis esse putabantur salutares ac prosperi cursus prænuncias esse dixisset. Harum, inquit, aduentu fugari diram illam ac minacem appellatam Helenam ferunt. Quinetiam Franc. Vicomercatus Arist. Meteorologica exponens cur Castor & Pollux salutares sint, explicat.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

De Castore & Polluce colloquuntur.

Michaël Toxites.

Mercurius fratres Helenæ discernit, & alter
Cur cœlo stygijs luceat alter aquis.
Quodq; sit illorum munus, quæ gratia, quorum
Summus diuisa morte refulsit amor.

POTE'S NE mihi dicere.] κρῖσιν ἐρώτησιν. Non ego quidem.] *Ratio.* Ille qui heri conuersatus.] *Responsio.* Quomodo dignoscis.] *Rogatio de modo.* Quod hic quidem habet.] ἀπολογία κατὰ ἀντιπόδοσιν. Operæprecium feciſti.] ὠφελεία, *& post discrimina similitudinem indicat.* Quare sæpe equidem.] *Ratio.* Appellaui hunc Castorem.] *Conclusio.* Cur non ambo.] *Secunda interrogatio.* Fraterno more hoc faciunt.] *Expositio causæ.* Nam cùm oporteret.] ἔκθεσις. Non sanè prudenti.] *Improbatio.* Aut quomodo enim.] *Tertia interrogatio per comparationem.* Haudquaquam.] *Responsio ab officio illorum.* Bonam, Mercuri.] ἐπίκλησις.

MARI

MARINORVM DIALOGI.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥμωνης καὶ Ποσειδῶνος.

TRITONIS, AMYmones, & Neptuni.

Iacobo Micyllo interprete.

TRITON.



Ἐπὶ τὴν Λέρναν, ὦ Πόσειδον, παραγίγνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη παρθένος, παγκαλόν τι χρῆμα, οὐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω παῖδα ἰδών. Πο. ἐλευθέραν τινὰ, ὦ Τρίτων, λέγεις, ἢ θεραπαινάτις ὑδροφόρος ἐστίν; Τρί. οὐμενουν. ἀλλὰ τοῦ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτὴ, Αμυμώνη τοὔνομα. ἐπυθόμην γὰρ, ἥτις καλεῖτο, καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τι ἀρυσομένας, καὶ πρὸς



AD Lernam, Neptune, quotidie venit aquatum virgo, pulchra omnino species. Haud equidem scio formosiorem vllam puellam vidisse me. NEP. Liberámne dicis, Triton, an verò serua quæpiam est, quæ aquam ferre solet? TRITON. Minimè veró. sed Danai illius filia, vna ex quinquaginta istis etiam ipsa est, Amymone nomine. Interrogaui enim & quæ vocaretur, & genus ipsius. Danaus autem duriter admodum educat filias, & opus manu facere ipsas docet, & ad aquam hauriendam mittit, & ad

πρὸς τὰ ἄλλα, παιδεύει ἀόκνους εἶναι αὐτάς. Πο. μόνη δὲ παραγίνεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ Αργους ἐς Λέρναν; Τρί. μόνη. πολυδίψιον δὲ τὸ Αργος, ὡς οἶσθα, ὥστε ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν. Πο. ὦ Τρίτων, οὐ μετρίως μεδιετάραξας, εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδὸς, ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτήν. Τρί. ἴωμεν. ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορείας, καὶ σχεδόν που κατὰ μέσην τὴν ὁδόν ἐστιν, ἰοῦσα ἐς τὴν Λέρναν. Πο. οὐκοῦν ζεῦξον τὸ ἅρμα, ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν, ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ, καὶ τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν; σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκέων παράστησον. ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα. Τρί. ἰδοὺ σοι οὗτοσὶ ὁ δελφίνων ὠκύτατος. Πο. εὖγε ἀπελαύνω μὲν, σὺ δὲ παρανήχου, ὦ Τρίτων, καὶ ἐπειδὴ πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω

ad alias res agendas instituit, impigræ ipsæ vt sint. NEP. *Soláne autem venire solet longam adeò viam ex Argis ad Lernam vsque?* TRI. *Sola. nam siticulosum ipsum Argos est, vt nosti: quare necesse est semper aquatum venire illam.* NEPT. *Non mediocriter affecisti me animo, ô Triton, qui mihi hæc de puella narrâris. Quare eamus ad ipsam.* TRIT. *Eamus. iam enim tempus quoque est cùm aquatum ire solet. Ac propè mediam circa viam alicubi est petendo Lernam.* NEPT. *Proinde currum iunge, vel, an hoc longiorē rebus moram inijciet, submittere equos iugo, & currum apparare? Tu verò potius delphinem mihi aliquem ex velocibus illis huc siste: inequitando enim illi quamcelerrimè prouehar.* TRIT. *Ecce tibi hunc delphinum omnium velocissimum.* NEP. *Probè sané. prouehamur igitur. Tu verò iuxta natando consequere me, Triton. Ac posteaquam ad Lernā iam aduenimus, ego quidem hîc in*

χήσω ἐνταῦθά πω, σύ δ' ἀκρο-
σκόπει, ὁπότ' ἂν αὖθις πρόσι-
σαν αὐτιῶ. Τρί. αὕτη σοι
πλησίον. Πο. καλὴ, ὦ Τρί-
των, καὶ ὡραία παρθένος, ἀλ-
λὰ συμπλέκεται ἡμῖν ἤδη. Α-
μυ. ἄνθρωπε, τοῖ μὲ ξυναρ-
πάσας ἄγεις; ἀνδραποδιεῖς
ἦ, καὶ ἕοικας ἡμῖν ἀπ' ἀγύρτης
τοῦ θεόυ ἐπιτεμφθῶσα, ὥσ-
βούσομαι τὸν πατέρα. Τέ.
σιώπησον, ὦ Ἀμυμώνη, Πο-
σειδῶν ἐστι. Αμ. τί Ποσειδῶν
λέγεις; τί βιάζῃ με, ὦ ἄνθρω-
πε, καὶ ἐς τὸν θάλαττάν με κα-
θέλκεις; ἐγὼ δ' ἀποπνιγήσο-
μαι ἢ ἀθλία καταδῦσα. Πο.
θάῤῥει, οὐδὲν δεινὸν πάθῃς,
ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι
ἀναδοθῶσα ἐάσω ἐνταῦθα,
πατάξας τῇ τριαίνῃ τὸν πέ-
τραν, πλησίον τῆ Ἑλήσματος·
καὶ σὺ ὑδρεύσῃ ἔση, καὶ μόνη
τῶν ἀδελφῶν οὐ ὑδροφο-
ρήσεις ἀφθανέ-
σα.

hîc in insidijs ero: tu autem speculando obserua quando illam accedêtem sentias. TRIT. *Eccam tibi, propè est.* NEP. *Formosa, Triton, & in ipso ætatis flore puella hæc: sed comprehendêda nobis est.* AMY. *Heus homo, quò me hinc correptã abducis? plagiarius quispiam es, ac videris ab Aegypto patruo nostro allegatus esse: quare clamando patrem vocabo.* TRI. *Tace, Amymone, Neptunus hic est.* AMY. *Quid Neptunũ mihi narras? Cur mihi, ô homo, vim facis, atq; hinc in mare abstrahis? Ego verò suffocabor misera, submersa aquis.* NEP. *Bono animo sis: nihil graue patiaris, faciam: sed & a fontem cognominem tibi emanare hîc sinam, percusso tridente saxo hoc iuxta æstuarium, & tu ipsa felix atque beata eris, ac sola sororum obita morte aquam non gestabis.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

DAnaus Beli filius, in Aegypto regnauit, & quinquaginta filias habuit, quarum vna dicta Amymone, cuius amore obretitus, Neptunus fontes aperuit Lernæos. Vnde aquis abundare contigit Argiuis, atque factum est vt Amymoniæ aquæ dicantur Argiuæ.

a FONTEM cognominem.] *Est Amymone fons iuxta Lernam, ab Amymone Danai filia nomen habens, cuius meminerunt Plinius lib. 4. cap. 5. & Strabo lib. 8.*

NOTOY KAI ZEφύρȣ.

NOTI ET ZEphyri.

Iacobo Micyllo interprete.

NOTVS.

ΤΑύτην, ὦ Ζέφυρε, τὴν δάμαλιν, ἣν δὲ τοῦ πελάγους ἐς αἴγυπτον ὁ Ερμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρεσεν ἁλὸς ἔρωτι; Ζε. ναὶ, ὦ Νότε, οὐ δάμαλις δὲ τότε, ἀλλὰ πῶς ἦν τοῦ ποταμȣ Ινάχου. νῦν δὲ ἡ Ηρα τοιαύτην ἐποίησεν, αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἑώρα ἐρῶντα

NVm hanc, Zephyre, iuuencam, quam per mare in Aegyptum Mercurius ducit, Iupiter amore captus vitiauit? ZEPH. *Hanc ipsam, Note, sed iuuenca tum non erat, sed puella, Inachi fluuij filia. Nunc autem Iuno talem ipsam effigiauit, æmulatione amoris commota, propterea quòd videbat Iouem illam*

prorsus

τὸν Δία. Νο. νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός; Ζέ. καὶ μάλα, καὶ διὰ τοῦτο ἐς αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμψε, καὶ ἡμῖν προσέταξε, μὴ κυμαίνειν τὴν θάλασσαν, ἐς ἂν διανήξηται, ὡς ἀπρεπεῦσα ἐκεῖ. εἰ δὲ ἤδη, θεὸς γένοιτο καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ τεχθὲν. Νό. ἡ διάμαλις θεός; Ζέ. καὶ μάλα, ὦ Νότε. ἄρξει τε, ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα, ὅν τινα ἂν ἡμῶν ἐθέλῃ ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ἐπιπνεῖν. Νό. θεραπευτέα τοιγαροῦν, ὦ Ζέφυρε, ἤδη δέσποινά γε οὖσα, νὴ Δία. εὐνουστέρα γὰρ οὕτω γένοιτο. Ζέ. ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε, καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν. ὁρᾷς, ὅπως οὐκέτι μὲν τεραποδιστὶ βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς, γυναῖκα παγκάλην αὖθις ἐποίησε; Νό. παράδοξα γοῦν ταῦτα, ὦ Ζέφυρε. οὐκ ἔτι τὰ κέρατα, οὐδὲ οὐρὰ, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἐπέρασε κόρη.

prorsus deperire. NOT. *Proinde etiam nunc bouem illam amat?* ZEPH. *Atque admodum: & propterea in Aegyptum ipsam misit, nobisq; edixit ne conturbaremus mare, donec illa transnatasset, vt quæ illic paritura sit: fert autem vterũ modò, Deusq; fiet* [a] *cum ipsa, tum quod ex ea partum erit.* NOT. *An iuuenca Deus?* ZEPH. *Atque admodum, Note, imperabitq; (inquit Mercurius) nauigantibus, ac nostra erit domina, vt quemcunque nostrûm volet, emittat, vel prohibeat spirare.* NOT. *Colenda igitur obseruandaque nobis erit, Zephyre, iam domina certè cùm sit. nam per Iouem, beneuolentior eo pacto nobis erit.* ZEPH. *Sedenim iam traiecit, & in terram enatauit. Vides vt non ampliùs quadrupes incedat, sed erectam ipsam Mercurius denuò mulierem formosam prorsus reddidit.* NOT. *Mira nimirum hæc, Zephyre: nusquam ampliùs neq; cornua illius, neque cauda, neque tibiæ bifidæ, sed amabilis puella est.*

κόρη, ὁ μέν τοι Ερμῆς τι παθὼν, μεταβέβληκεν ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ νεανίου, κυνοπρόσωπος γεγένηται; Ζέ. μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτι ἄμεινον ἐκεῖνος οἶδε τὰ πρακτέα.

puella est. Cæterùm Mercurio quídnam accidit, qui se ipsum mutauit, & ex adolescente factus est quispiam caninam faciem præ se ferens? ZEPH. *Ne curiosiùs persequamur ista, quandoquidem meliùs ille quæ facienda sunt nouit.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

FAbulam quidem vulgatam apud poëtas de Io, minus hîc ascribo, eam cùm ex Græcis tum Latinis leges, sed in primis apud Ouid. in 1. Metam. & Luciani nostri dialogũ Iouis & Mercurij, vbi eã descripsimus.

a CVM ipsa.] *Io coniugis loco habita fertur ab Osyride Aegyptiorum rege, & post mortem culta pro Dea nomine Isidis, quam singulari superstitione coluit & Germania, ante receptã Christianam religionem. Huius sacra ex Aegypto Romam sunt translata, eiusq; templum in campo Martio fuit. Isidis capillos Memphitæ pro miraculo ostendunt. Idem Lucianus aduersus Indoctum.*

ΔΟΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

DORIDIS ET THETIDIS.

Iacobo Micyllo interprete.

DORIS.

ΤΙ δακρύεις, ὦ Θέτι; Θέ. καλλίστην, ὦ Δωρὶ, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ἐπὸ τῆς πατρὸς ἐμβληθεῖσαν ἀν τὴν

QVid lachrymaris, Theti? THET. *Pulcherrimam, Dori, puellam vidi in arcam à patre coniectam, tum ipsam,*

τήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆ ἀρτιγέννητον. ἐκέλευσε δ' ὁ πατὴρ τοὺς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν, ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ βρέφος. Δω. τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφὴ, ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα; Θέ. Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆ, καλλίστην οὖσαν ἐπαρθένευεν, εἰς χαλκοῦν τινὰ θάλαμον ἐμβαλὼν: εἶτα τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν. φασὶ δ' οὖν τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον ῥυήναι διὰ τοῦ ὀρόφου ἐπ' αὐτὴν, δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταῤῥέοντα τὴν θεὸν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο ἀναισθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις, καὶ ζηλότυπος γέρων ἠγανάκτησε, καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς αὐτὴν, ἐμβάλλει ἐς τὴν κιβωτὴν ἄρτι τετοκυῖαν. Δω. ἡ δὲ τί ἔπραττεν, ὦ Θέτι, ὁπότε καθίκετο; Θέ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφε-

ipsam, [a] *tũ infantem abs ea paulò antè genitũ. Iussit aũt pater nautas, arcẽ illam acceptam, postquam in altum à terra prouecti essent, in mare abijcere, vt ita periret & misera illa, & infans vnà cum ea.* DOR. *Quamobrem aũt, ô soror, hoc? quandoquidem comperta habes exactè omnia.* THE. *Pater illius Acrisius, quia pulcherrima erat, in æreum quendam thalamũ inclusam, perpetuæ virginitati destinârat. Deinde, verum quidem dicere non possum, Iouem autem aiunt, conuersum in aurum, delapsum per impluiũ ad ipsam esse. Accipiente autem illa in sinu demanantem Deum, grauidam ex eo factam fuisse. Quod cùm pater animaduertisset, vtpotè durus quidam & zelotypus senex, grauiter indignatus est. Et quia ab aliquo stupratam fuisse illam arbitratus est, conijcit in arcam hanc cùm paulò antè peperisset.* DOR. *Cæterùm illa quid agebat, Theti, quando abripiebatur?* THE. *Pro se quidem nihil dicebat, Dori, sed tacitè*

ρε τὴν καταδίκην, τὸ βρέφος δὲ παρητεῖτο μὴ ἀρθανεῖν δακρύουσα, καὶ τῷ πάππῳ δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιστον ὄν· τὸ δὲ ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν, καὶ ἐμειδία πρὸς τὴν θάλασσαν. ἐποπίμπλαμαι αὖθις τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, μνημονεύουσα αὐτ̄. Δω. κἀμὲ δακρύσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν; Θέ. οὐδαμῶς. νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶντας αὐτοὺς φιλάττουσα. Δω. τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τοῦ τοῖς ἐμβαλοῦσαι ἐς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δ' ἀνασπάσαντες σώσουσι δηλονότι. Θέ. εὖ λέγεις, οὕτω ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀρλέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον, οὕτως ὂν καλόν.

ferebat damnationem: pro infante autem deprecabatur, ne morti traderetur, lachrymando, atque illum auo ostentando pulcherrimũ sanè puerum, Dori. Ille autem præ ignorantia malorũ, etiam arridebat matri. Oppleor rursum lachrymis, cùm in mentem illius venit. DO. *Et me flere fecisti. Sed nũquid iã mortui sunt?* THE. *Haudquaquam, natat enim adhuc arca circa Seriphum, viuis illis custoditis.* DO. *Cur igitur non conseruamus ipsam, piscatoribus istis Seriphijs in retia immittendo, qui extractos illos, incolumes præstabunt scilicet?* THE. *Rectè dicis, atque ita faciamus. Non enim perire decet, neque ipsam, neque infantem, adeò cùm sit formosus.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

DAnaë Acrisij Argiuorum regis filia, à patre in quadam turri conclusa fuit, ob id quòd in responsis habuit, se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturũ; ac hanc Iupiter (cùm alia via non pateret) in aureum imbrem

imbrem ex tegulis per impluuium in gremium eius se demisit, quæ ex eo congressu Perseum genuit, qui ob crudelitatem erga se, & matrem Danaën Acrisium Argiuorum regem, auum maternum interfecit. Ea fabula in fine quarti, & in initio 5. lib. Metamorphoseôn commemoratur, cuius etiam in alio quodã Dialogo meminit Lucianus noster. Iouis autem Metamorphoses Ouid. alias habet lib. 6. Metamorph. Idem Lucianus in Gallo. In taurum conuersus est proximo dialogo Noti & Zephyri.

a TVM infantem.] *Hanc fabulam tangit Lucianus in Tritonis & Nereidum dialogo: vbi de Balæna cui Andromeda erat exposita à Perseo occisa.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς de vnica filia Acrisij Danaë, à Ioue in aurum conuerso decepta, & à patre in mare exposita.

Notum est quod Danaën clausam delusserit imber
Aureus: vt ponto post dederitq; pater.
Heu nil tam firmum quicquam sanctéq; pudicum,
Quinetiam maculet pernicioſus amor.

QVID lachrymaris.] *Interrogatio.* Pulcherrimam Dori.] *Narratio generalis.* Iussit autem pater.] *ἐπιδιήγησις, qua copiosius exponit superiora.* Vt ita periret.] *λογισμὸς τελικὸς.* Quamobrem autem.] *Rogatio causæ.* Pater illius.] *ἐπιδιήγησις δευτέρα, & fabulæ expositio ἐνδιαθετέρα.* In thalamum inclusam.] *Factum & causa.* Deinde verum quidem.] *παρεμφασις & præmunitio.* Accipiente autem illa.] *τὸ πεφάγμα.* Stupratam fuisse illam arbitratus.] *τὸ μέσον. Horat. lib. 3. Carmin. oda. 16.* Ferebat damnationem.] *τὸ ἐπόμβρια.* Oppleo rursum oculos.] *πάθος muliebre.* Sed nunquid iam.] *Alia interrogatio.* Cur igitur non.] *Effectus commiserationis, hortantis interrogatio.* Rectè dicis.] *Assensus ad illam.*

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ Ενιπέως.

NEPTVNI ET Enipei.

Iacobo Micyllo interprete.

ENIPEVS.

ΟΥ καλὰ ταῦτα, ὦ Πόσειδον, εἰρήσεται γὰρ τἀληθές. ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα, ἡ δὲ ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν. Πο. σὺ γὰρ, ὦ Ενιπεῦ, ὑπεροπτικὸς ἦσθα, καὶ βραδὺς, ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τοῦ ἔρωτος. ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρεν λυπῶν αὐτήν. ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη ἐνίοτε εὔχετό σοι ἐντυχεῖν· σύ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν. Ενι. τί οὖν, διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προσαρπάσαι τὴν ἔρωτα, καὶ καθυποκρίνεσθαι Ενιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι, καὶ κατασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ, ἀφελῆ κόρην οὖσαν; Πο.

MInimè verò præclara hæc, Neptune (dicetur enim verum) qui circumuenta amica mea, assimilatus in formam meam, vitiasti puellã. Putabat enim illa mecũ rem esse sibi, & ob id exhibebat sese. NEP. Tu enim, Enipeu, fastuosus es & tardus, qui puella adeò formosa quotidie ad te nante, ac præ amore pereunte, despexeris illam, & gauisus sis si posses illi ægrè facere. Illa verò iuxta ripas mœrore affecta, atque ibi inambulans, seséq; lauans, nõ semel optabat in conspectum sibi venire te, at tu fastuosus deludebas illam. ENIP. Quid igitur? an propterea oportebat te præripere amorem mihi, & velut histrionem aliquem pro Neptuno Enipeum te gerere, atque ita decipere [a] Tyro istam, puellam adeò simplicem? NEP.

Πο. ὀψὲ ζηλοτυπεῖς, ὦ Ενιπεῦ, ὑπερόπλως πρότερον ὤν. ἢ Τυρὼ δ' ὀλίγον λευκὸν ὑπενόθευ, εἰ ὁμίνην ὑπὸ σοῦ δεδιωκυῖαν.

Ενι. ἔμινυνε γάρ ἐπιὼν, ὅτι ποσαπλῶν κάθα, ὁ κὴν μάλιστα ἐλυπήσω αὐτὴν, κὴν ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ ἀφραίνων τότε, καὶ παρισήσας πορφυρέῳ τι κύμα, ὅπερ ὑμᾶς σωίκρυπτε, ἅμα σωῆθα τῷ παιδὶ ἀντ' ἐμοῦ. Πο. σὺ γὲ οὐκ ἤθελες, ὦ Ενιπεῦ.

NEP. *Serò verò nunc zelotypus es* [b] *Enipeu, cùm priùs superbum & contemptorem te gesseris. Ipsa autem Tyro nihil graue passa est, quando se putauit à te vitiatam esse.* ENIP. *Nihil autem? Dixisti enim abiens Neptunum esse te, quod vel maximè dolore affecit ipsã: atq; ipse eò abs te iniuria affectus sum, quòd & quæ mea esse debuerat, eam voluptatem percepisti tu, & prætereà composito circa vos fluctu purpureo, sub quo absconditi iacuistis, cùm puella pro me tute rem habuisti.* NEP. *Tu enim non volebas, Enipeu.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a TYRO.] *Virguncula fuit Thessala, Salmonei filia, & Enipei amica, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit: de qua inferiùs in Philopatre, & lib. 2. Historiarum verarum.*

b Enipeu.] *Thessaliæ fluuius est.*

MORTVORVM DIALOGI.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. *ALEXANDRI ET Philippi.*

Ottomaro Luscinio interprete.

PHILIPPVS.

ΝΥΝ μὲν, ὦ Ἀλέξανδρε, ἐκ ἄλλου ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς

NON igitur inficiaberis, [a] *Alexander, ex me prognatũ te esse filium.*

ὑὸς εἶναι; οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκεις, Αμμωνος γε ὤν. Αλ. οὐδ' αὐτὸς ἠγνόουν, ὦ πάτερ, ὡς Φιλίππου τοῦ Αμύντου ὑός εἰμι· ἀλλ' ἐδεξάμην τὸ μάντευμα, ὡς χρήσιμον ἐς τὰ πράγματα οἰόμενος εἶναι. Φί. πῶς λέγεις; χρήσιμον ἐδόκει σοι, τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῶν πεφηκτῶν; Αλ. οὐ τοῦτο, ἀλλ' οἱ Βάρβαροι κατεπλάγησάν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο, οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι, ὥστε ῥᾷον ἐκράτουν αὐτῶν. Φί. τίνων ἐκράτησας σύγε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, ὃς δειλοῖς ἀεὶ συνηνέχθης, τοξάρια καὶ πελτάρια, καὶ γέῤῥα οἰσύϊνα πεβεβλημένοις; Ελλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν. Βοίων τῶν Φωκέων, καὶ Αθηναίων, καὶ τὸ Αρκάδων ὁπλιτικὸν, καὶ τὴν Θετταλὴν ἵππον, καὶ τοὺς Ηλείων ἀκοντιστὰς, καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικὸν, ἢ Θράκας,

se filiũ. nam ad Iouem Hammonem genus paternum referens, mortem non obîsses. ALEX. *Neq; verò nescius eram, pater, Philippi Amyntæ me esse filium: sed quia ad res gerendas sic mihi visum erat conducere, commento hoc vsus sum vaticinij.* PHIL. *Quid ais? Conducibile id tibi visum, vt* [b] *vatibus impostoribus fallendum te exponeres?* ALEX. *Non isthuc, sed barbaros in mei admirationem tractos, facilius hoc prætextu nostro subdidimus imperio: quum nemo vnus viribus nostris hactenus restiterit, quippe hac sola opinione ducti, quòd aduersus Deũ sibi esset præliandũ.* PHIL. *Quos tu igitur tanto conatu dignos vsquã vicisti, qui cum timidis illis* [c] *arculis,* [d] *peltarijs ac* [e] *gerris vimineis pugnare solitis, semper congressus es? Atqui Græcos armis domare, Bœotios, Phocenses, Athenienses, & id genus alios, operis fuerat strenui atque magnifici.* [f] *Arcadum insuper sustinere armaturam,* [g] *equitatũ Thessalum* [h] *Eleorũ iaculatores,* [i] *Mantineos* [k] *peltis instructos, aut cũ* [l] *Thracibus,*

κας, ἢ Ἰλλυριοὺς, ἢ καὶ Παίωνας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα. Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καὶ Χαλδαίων, καὶ χρυσοφόρων ἀνθρώπων, καὶ ἁβρῶν, οὐκ οἶσθα ὡς πρὸς σοῦ μύριοι, μετὰ Κλεάρχου ἀνελθόντου, ἐκράτισαν, οὐδ' εἰς χεῖρας ἑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, φυγόντων; Αλ. ἀλλ' οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες, οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον, καὶ ὅμως οὐ διαστήσας αὐτοὺς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας, ἐκράτουν αὐτῶν. οὐδ' ἐπιώρκησα πόποτε ἢ ἑποσχόμενος ἐψευσάμην, ἢ ἄπιστον ἐπραξάτι τοῦ νικᾶν ἕνεκα. καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ, τοὺς μὲν ἀναιμωτὶ παρέλαβον, Θηβαίους δὲ, ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον. Φί. οἶδα ταῦτα πάντα. Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῶν δορατίῳ διελάσας, μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.

bus,[m] *Illyricis,*[n] *Pæonibúsve manum conserere, operosum profectò atque arduum id fuisset in primis. Cæterùm* [o] *Medos, Persas & Chaldæos delicatos, ac plurimo auro conspicuos, non satis compertum habeo quonam modo ante te* [p] *duce Clearcho mille viri bello adorti expugnârint, fœdè in fugam actos antequam ad manus ventum fuisset.* ALEX. *At verò* [q] *Scythæ pater, &* [r] *Indici elephantes, res sunt non vsq; adeò abiectæ & contemptibiles:* [s] *& tamen neque concitatis inter ipsos intestinis odijs, neque per proditionē mihi venundari passus sum victoriam. Sed neq; peieraui vnquam, aut per nugas à pollicito recessi, fidemq; solui victoriæ gratia. Adde quòd & Græcos alios sine sanguine in deditionem accepi:*[t] *Thebanos autem fortassis ipse audîsti quomodo aggressus fuerim.* PHIL. [u] *Noui hæc omnia ex Clito, quem tu inter epulas, eò quòd nomen meum celebraret, & meas res gestas cum tuis conferre auderet, traiecto per corpus telo tū iugulâras.*

σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, ἐάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους. καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμίμου τὰ τῶν νενικημένων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, λέουσι συγκατακλείων πεπαιδευμένους ἄνδρας, καὶ γάμους τοιούτους γαμῶν, καὶ Ηφαιστίωνα ὑπεραγαπῶν. ἓν ἐπήνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου τῆς τοῦ Δαρείου γυναικὸς, καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν θυγατέρων ἐπεμελήθης, βασιλικὰ γὰρ ταῦτα. Αλ. τὸ φιλοκίνδυνον δὲ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς, καὶ τὸ ἐν Οξυδράκαις πρῶτον καθάλλεσθαι εἰς τὸ ἐν τὸς τοῦ τείχους, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα; Φί. οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Αλέξανδρε, οὐχ ὅτι μὴ καλὸν

Tu verò & [x] Macedonicam chlamydem abijciens, [y] candyn Persicum amictum recepisti (vt aiunt) [z] & tiaram rectam. Vt ne interim commemorem, quòd à Macedonibus viris vtique liberis, A adorari debere te, in animũ duxeris, & qui quod maximè omnium erat ridiculum, hominum abs te B victorum mores imitatus es. Tempero mihi ne memorem alia quæ turpiter admiseris, C viris doctis in leonũ claustra inclusis, & D nuptijs talibus peractis: quodq; E Hephæstionem plus quàm esset satis, amaris. Vnũ est quod solum laudo abs te gestum, in F Darij vxore videlicet, forma præstante, quia ab illius complexu abstinueris: & genetricis illius, atque filiarum, ne vim paterentur, curam susceperis. Regium certè id opus extitit, quod tum factitasse te accepimus. ALEX. *Quomodo autem tibi non probatur, pater, quòd G in Oxydracis, gente Indica lubẽs me in periculum coniecerim, atq; acceptis plurimis vulneribus, muros primus omniũ transilierim?* PHIL. *Non probo, Alexander: neque id quia pulchrum*

καλὸν εἶναι οἶμαι καὶ τιτρώσκεσθαι ποτὲ τὴν βασιλέα, καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ, ἀλλ' ὅτι σοι τοιοῦτο ἥκιστα συνέφερε. θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν, εἴ ποτε τρωθείης, καὶ βλέπειέν σε φοράδην τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, αἵματι ῥεόμενον, οἰμώζοντα ἐπὶ τῷ τραύματι, ταῦτα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι, καὶ ὁ Αμμων, γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ πεφῆται, κόλακεν, ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν, ὁρῶν τὴν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νῦν μὲν γὰρ ὁπότε ἤδη τέθνηκας οὐκ οἴει πολλοὺς εἶναι τοὺς τὴν πεσποίησιν ἐκείνην ἐπικερτομοῦντας, ὁρῶντας τὴν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξωδηκότα, κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; ἄλλως τε, καὶ τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφης, Αλέξανδρε, τὸ διὰ τοῦτο κρατεῖν, ῥᾳδίως, πολύσε τῆς δόξης ἀφηρεῖτο

pulchrum esse negem vulnerari, quandoq; Imperatorē, & in subeūdis periculis prætentare viam: sed quia H ex re tua isthuc erat minimé. Si quidem pro Deo habitus, quos, oro, risus præbebas spectatoribus, quando post acceptū vulnus, ab exercitu magno tumultu direptus, mœrens ac eiulans sanguine fluitabas? Adde quòd Iupiter Hammon tanquam præstigiator quispiam & vanus propheta, reus mendacij palàm tum arguebatur. Non enim video qualiter risum contineat, qui Iouis filiū viderit animū deijcere, & I in desperatione rerum efflagitare medicorū auxilia. Denique quum iam tandem mortem obieris, quē credas obsecro esse, qui confictam illam adoptionē, qua Iouis dictus es filius, non carpat maledictis? Potissimùm vbi Dei istius cadauer porrectum iacere, turgidum sanè, & iuxta aliorū corporū morem contactu suo omnia labefactans aspexerit. Cæterùm quòd ais, Alexander, tibi fuisse conducibile, K quò faciliùs rerum potireris: id profectò multum tibi gloriæ ex benè etiam ac strenuè ge-

ρᾶτο τ̃ ἰαζορθεμιχώρ. πᾶν γὲ ἰδόκεῖ ἰνδεῖς, ὑπὸ θεῦ γίνεσθαι δοκεῖν. ΑΛ. ἃ ταῦτα φρονεῖσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀπ' Ηρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἰνάμιλον τιθέα σί μι, καὶ ζὶ τλὼ Λορνον ἰκάνλω, ἀλλ' ἐτέρε ἰκείνων λαβόνζ, ἰγὼ μόνζ ἰχαρωσάμλω. ΦΙΛ. ὁρᾶς ὅτι ταῦτα ὡς ὑὸς Αμμωνζ λέγεις, ὃς Ηρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτ̃, καὶ ἐκ ἀσχωῆ, ὦ Αλέξανδρε, ἀλλ' τ̃ύφορ ἀπμαθόσα, καὶ γνώσῃ σεαυτ̃, καὶ σωῆς ἤδη νεκρὸς ὤν; *stis eripuit. Nã quanq̃ insigniter multa, tamẽ dijs lõgè inferiora agere visus, vacillare ob hoc iudicatus es, & tota ratione deficere.* AL. *Haud quaquam de me isthuc sentiunt mortales: sed cum Hercule me & Baccho conferunt, veluti æmulum, pariq̃ cum illis gloria certantem. Nam & L Aornum à neutro etiam illorum armis subactum, ego facilè cœpi.* PHIL. *Etiam dum videris ista vt Hammonis filius dicere, quando nec Baccho quidem cedis, aut Herculi.* M *Sed nec erubescere nosti, Alexander, solitámve dediscere arrogantiam, teipsum dein noscere, vel iam tandem sapere, etiamsi seriùs, vbi fato occubueris?*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

PHilippi Macedonum regis & Alexandri filij compa ratio. Duo aũt contraria sunt exempla, alterum moderati animi, alterũ immoderati. Quorum historiæ requirantur è Plutarcho, Q. Curtio, Arriano, & Diod. Siculo lib. 6. De ijs Cic. lib. 1. Offic. cap. de Prudentia, Philippum quidem Macedonũ regem, rebus gestis & gloria superatum à filio, facilitate & humanitate video superiorem fuisse. Itaq; alter semper magnus, alter sæpè turpissimus fuit. Cicero rebus gestis animi constãtiam & moderationem antefert. Increpuit Philippus Alexandrum

drum filiũ, vt Valerius commemorat, quòd Macedonum beneuolentiam largitione ad se attraheret, quum ipse maiore ex parte Græciæ mercator, q̃ victor fuerit: atque vt Diodorus testatur, auro sibi q̃ imperio magis acquisierit. Neq; à Demosthene alio nomine peius audit, q̃ quòd malis artibus imperium sibi acquisiuerit. Quid q̃ & post secundùm fortunæ afflatum, tyrannum factum legimus. Eius vituperatio habetur apud Aphthonium rhetorem in Progymnasmatis, vbi dicitur, q̃ Græca iuuentus in vituperando Philippo se exercuit. Caruit ergo vera & solida gloria, quæ, vt Cic. dicit, incorrupta vox benè iudicantium est, & consentiens laus bonorũ. Ad historiæ Philippi Macedonis cognitionem pertinẽt etiam ea, quæ Iustin. habet lib. 8. & 9. Thucyd. belli Pelop. lib. 2. Plutar. in vita Alexand. Paul. Orosius lib. 3. cap. 12. ad 15. Philippo autem primum certamen fuit cum Athenien sibus, quibus per insidias victis, in Illyrios bellum transtulit, & nobilissimam Larissam cepit, vt ait Iustinus lib. 10. Diodor. lib. 2. de rebus Alexandri ait, Philippus anno secundi regni sui in Illyrici fines cum decẽ millibus peditum & 600. equitibus intrauit.

a ALEXANDER Amyntæ me esse fil.] *Amyntas Alexandri Magni auus & Philippi Macedonis pater, Macedonum rex, rei militaris peritiß. rebusq; gestis clariß. de quo Diodor. & Trog. lib. 7. 8. & 9.* *b* Vatib.] *Scilicet Hammonis. De Hammone verò & eius vatibus in Dialogis Diogenis & Alexandri. Item Alexandri, Annibalis & Scipionis latè annotauimus.*

c Arculis.] *Arculus diminutiuum ab arcus, τοξάριον, à quo fit aliud diminutiuum Arcellus.* *d* Peltarijs.] *πέλτη scutum exiguum, Lunæ semiplenæ imaginem referens, quo genere Amazones præcipuè in prælijs vti solebant. Virgil. 1. Aeneid.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina Peltis.

Scuta Amazonica vocat Nonius. Pelta cetræ haud dissimilis est, qua armatus πελτάριον, πελτασὴς, καὶ πελτοφόρος dicitur: i. peltarius & peltatus. Liu. lib. 8. bel. Pun. Menippũ quendam ex regijs ducibus cũ mille peltatis Chalcidem mittit. Hi etiam πελ(ά)στὴ Græcis dicuntur. Liu. lib. 1. bel. Maced. Nocte cetratos,

tos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidijs abdiderat. e Gerris vimineis.] *Suidas neutro genere γέρρα refert, vt Persicam vocem, quæ quidem tũ arma declaret, tũ quoduis defensaculum siue protectionem siue è corio, aut alia quauis materia: dicitur & σκέπασμα. Porrò gerras Græci crates vimineas appellãt.* f Arcadũ armaturã.] *Peloponnesi regionis intimæ populorũ.* g Equitatũ Thessal.] *Thessalorum, quos ingenti clade profligauit Philippus ipse in agro Thessalonico.* h Eleorũ iaculatores.] *Elei populi in Pelopõneso Elidem incolentes.* i Mantineos.] *Mantineã Arcadiæ vrbem incolentes, apud quã cõtigit prælium inter Thebanos & Lacedæmonios.* k Peltis.] *Scutis.* l Thracib.] *Europę populis feris & asperis, Macedonib. finitimi ab Oriente.* m Illyricis.] *Regionis Europæ populis, qui hodie Sclauones dicti sunt, Macedonibus finitimi ab Occidente.* n Pæonib.] *Populis Pæoniæ regionis Macedoniæ, qui fortissimi olim habiti sint, magnumq; sibi ex rei militaris scientia nomen pepererunt. Vide Plin. lib. 4. Macedonib. finitimi à Septentrione.* o Medos.] *Asiæ populos, de quib. antè in dialogo Alexandri, Annibalis, Minois & Scipionis. Aduersus Medos & Armenios, qui anteq̃ quisquam sequatur, fugiunt.* p Duce Clearcho.] *Darius nothus Persarũ rex moriens duos reliquit filios, Artaxerxem, qui vocatur Mnemon, & Cyrum iuniorẽ: inter hos fratres cũ excitatum esset bellũ, Clearchus vnus fuit de ducib. exercitus belli, qui deinde interfecto iam Cyro ab Artaxerxe captus, necatus est, de quo Plutarch. in Artax.* q Scythæ.] *Septẽtrionales populi Europæi & Asiatici ad bella magis q̃ ad vllũ humanitatis studiũ idonei.* r Indici elephãtes.] *India orientalis regio Asiæ terminus elephantis abundat, & in ea maiora q̃ in cæteris regionibus nascuntur animalia.* s Et tñ neq; concitatis.] *Demosthenes Philippũ Macedonem depingit, versutũ hominem, qui in omnẽ partem animũ versabat, nihilq; intentatũ relinquebat, quo suis rationib. consulturus esset, sine vllo veritatis, virtutis & constantiæ respectu. Mentiebatur, fallebat, fraudabat, peierabat, assentabatur, si expedire videretur.* πολύτροπος καὶ παντοῖος *dicebatur. Diuturno enim rerum vsu ita eruditus, ex aliorũ incommodis sua vt pararet commoda, vt loquitur*

quitur Comicus, nec à malis artibus abhorrebat. Græciã totam propè consiliys præuentam viribus domuit. Oros. lib. 3. cap. 12.

t Thebanos.] Bœotiæ regionis, à Thebe præcipua vrbe, quã Alexander euertit, dictos. u Noui hæc ex Clito.] Seneca lib. de Ira 3. cõparatione simili Alexandrũ ab aui patrisq; humanitate degenerasse, Cliti & Lysimachi optimorũ amicorũ lachymabili cæde docet. Fuit aũt Clitus inter præcipuos Alexãdri familiares, eidemq; charissimus, tum q; filius esset nutricis ipsius, tũ q; ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset seruatus. Hũc tamen in conuiuio quodã liberiùs in Persicos mores inuectum, rex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eũ postridie tanta cœpit pœnitentia, discussa iam ebrietate, vt totũ triduũ cibo abstinuerit, decreueritq; omninò inedia sibi necem consciscere, amicumq; de se optimè meritũ ad inferos persequi. Tandẽ agrè admissa amicorũ consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eũ funere sepeliuit. Latiùs habetur hæc historia apud Arrianũ, Q. Curt. & Plutar. in vita Alex. Non igitur ἀσχημοσύνα in Alexandro fuit, sed ἀκρασία, quæ in ipso non ἤθη, sed πάθη excitauit. Eousq; enim Alexandrũ præcipitẽ egit impetus animi, vt in amicissimos etiã ferrũ distrinxerit. x Macedonicã chlamydẽ.] Paludamentũ dicitur, autore Nonio, palliũ militare. Sagulũ à Politiano vertitur. y Candyn Persicum amictũ.] De quo Cæl. Lect. ant. lib. 14. cap. 56. z Et tiaram rectã.] Ornamentũ capitis, quod erectũ soli reges apud Persas gestabant, duces verò inflexũ. Herod. lib. 7. Lucian. παρὰ τὸν ὀρθὸν ideò dixit. A Adorari debere te.] Alexandrum Magnũ Iouis Ammonis filium fabulosè creditum & adorari se passum, iam antè in Scipione annotasse me recordor. Verũ de Alexandri stulta ambitione, ac execranda scelerati sacerdotis adulatione Q. Curt. lib. 5. & lib. 9. vbi stolida eius ambitio describitur, qua se Dei filiũ non solùm dici, sed vt credi voluit, inflatus à duobus malis Poëtis, Agide Argiuo, & Cleone Siculo, contranitentibus omnib. Macedonibus, & præcipuè Callisthene Philosopho, optimo viro. B Victorum mores imitatus es.] Vino & morũ externorũ desiderio, & se & suos perdidit, vt scribit Q. Curt. lib. 7. C Viris doctis in leonũ claustra inclusis.] Lysimachus Agathoclis filius è successorib. Alexandri Ma-

dri Magni, Pergamo præfuit, vbi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit, amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, vt Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitũ, de virtute disserentem sæpiùs audiuerit, poculumq; ei, ac remedium miseriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille viribus fretus, rem posteris prodendam fecit, manũ amiculo conuolutam in os leonis inferens, arrepta lingua feram exanimauit, quo facto vehementiùs posteà Alexandro dilectus, & apud eum in maximo honore fuit. Vide Trogum lib. 15. Alexandri autem rebus prosperis Theophrastus angebatur, interitũ Callisthenis deplorãs. Itaq; dicebat, Callisthenem incidisse in hominẽ summa potentia, summaq; fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis vti conueniret. Cic. Tuscul. quæst. 3. Q. Curt. lib. 9. D Nuptijs tabus peractis.] *Alexander Rhoxanes Oxyartis fratris sui filiæ amore deuinctus, eam vxorem cœpit, non absq; Macedonum indignatione. Plura lege apud Q. Curtium lib. 9. & Arrianum*

E Hephęstionem.] *Inter amicos quos habebat præcipuos, omnium maximè videbatur honorare Craterũ, sed omnium maximè diligere Hephæstionem. Illum ornauit dignitate, hunc ad intimam admisit familiaritatem, quẽ posteà apud Babylonem vita functum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, vt facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Vide Q. Curt. & Plutar. in vita Alex.* F Darij vxorem.] *Sysigambem Darij genitricem, vxorem & puellas captiuas, quanta integritate seruauerit, ignorat nemo, quas nisi demissis oculis salutauit, idq; raro, sibi metuens ab illarum insigni forma.* G In Oxydracis, gente Indica.] *Ab his Indiæ populis cùm Alexandrũ liberasset Ptolemæus, Soter: i. Seruator cognominatus est. Cùm autem in illo bello crus esset illi vulneratum, ac Chirurgum accersisset, multiq; accurrerent, qui ipsum frequenter Deum appellare consueuerãt, exporrecta hilariq́ue fronte inquit: Omnes me prædicant Iouis esse filium, sed vulnus hoc, hominem esse me declarat. Alijs item duabus potissimùm rebus, se quòd mortalis esset, deprehendere dicebat, somno & coitu, quòd hæc præcipuè proderent humani corporis im-*

ris imbecillitatem. Somnus enim mortis imago est, & coitus species est morbi comitialis. Periculum autē Alexandri grauiter vulnerati in Oxydracis, alij authores, in Mallis factum perhibent. H Ex re tua.] *Alexander cum latronibus pugnans sagitta vulneratur. Ad Memacenos vrbem, saxo in ceruicem acto, vulneratur. Deinde in Oxydracis grauiter vulneratur. Q. Curt. lib. 4. 9. & 10.* I In desperatione rerū.] *Apud Curtium lib. 4. Alexāder fatigatur, deficit, desperat, & dubius est: vulneratus Medicos habet Philippū & Critobulum.* K Quò faciliús.] *Alexandri ingens conatus de acquirēdo orbis imperio describitur à Q. Curtio lib. 11.* L Aornum.] *De Petræ, quæ Αορνος, expugnatione oppidò difficili Q. Curt. lib. 9. Arrianus lib. 4. Scribit Plutarchus Alexandrum, quum intellexisset hanc Petram teneri ab homine meticuloso, dixisse: Nunc locus iste facillimus est captu.* M Sed nec erubescere nosti.] *Alexander modestiæ mediocritatisque oblitus, sibi blandiebatur, & quantum alijs præter æquum detrahebat, tantum sibi philautiæ vitio præter meritum tribuebat.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Culpatur Alexandri arrogantia & commentum, quo Deum se haberi voluit.

Factus Alexander successibus ipse superbus:
Innumeris voluit cultibus esse Deus.
Vituperat cæcos sensus, mentemq; Philippus
In quibus & fuerit strenuus enumerat.

NON igitur.] *Propositio.* Nam.] *Ratio à repugnātibus.* Neque verò nescius.] ἀπόκρισις αὐτεισαγωγική. Quid ais?] ἀπάρνησις. Non isthuc.] ἐπιβεβαίωσις ἀπὸ τοῦ ἐκβαύτος χρησίμου. Hac opinione ducti.] ἀπάτησις τῆς ἐκθέσεως. Atqui Græcos.] *Cōparatio.* Arcadū insuper.] τὰ χαλεπώτερα αἱραιτότερα. Cæterū Medos.] ἀπόδοσις, *facilia nō tā præclara.* At verò Scythę.] ἡ ἔκθεσις: *opponit ea quæ difficulter vinci poterant.* Adde qd &.] αὔξησις κατ' ἀπαρίθμησιν.

Assumit

Assumit quod antè de Græcis ille affirmauerat. Noui hæc.] *Obijcit illi Clitum* ὀνειδισμῷ. Tu veró.] τὰ ἄλλα ψεκτὰ πραχθέντα. Tempero mihi.] παράλειψις. Vnum est.] *Correctio* κατ' ἐξαίρεσιν. Regiũ certè id.] ἐπιφώνημα ἐγκωμιαστικόν. Quomodo aũt tibi nõ probatur.] *Compescat* ἐπονείδιστα *oppositione audacissimi facti.* Non probo.] ἐπίκρισις οὐκ ἐπαινετική. Neq; id quia pulchrũ.] αἰτιολογία κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν. Adde quod.] *Latior probatio* κατὰ ψεκτά. Non em̃ video.] *A' repugnantibus.* Denique.] *Expolitio.* Cęterùm quod ais.] *Occupatio.* Id profectó.] ἀφαίρεσις. Nam quanq̃.] *Ratio.* Haudquaq̃.] *Inficiatio.* Sed cum Hercule.] *Collatio.* Nam &.] *A' suo præclarè facto.* Sed nec erubescere.] *Arguit eum arrogantiæ, & concludit.*

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ Ηρακλέους.

DIOGENIS ET Herculis.

P. Virunio interprete.

DIOGENES.

Οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὐμένουν ἄλλος μὰ τὸν Ἡρακλέα. τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντὶ, τὸ μέγεθος, ὅλος Ἡρακλῆς ἐστίν. εἶτα τέθνηκε Διὸς υἱὸς ὤν; εἴπε μοι, ὦ Καλλίνικε, νεκρὸς εἶ; ἐγὼ γάρ τοι ἔθυον ὑπὲρ γῆς, ὡς θεῷ. Ηρακ. καὶ ὀρθῶς ἔθυσα. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεστι; καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἡβην: ἐγὼ δ' εἴδωλον εἰμὶ αὐτοῦ.

NVnquid [a] *Hercules hic est? Haud quisquam mehercule alius. arcus, claua, pellis leonina, magnitudo ipsa, totus deniq; Hercules est. Igitur è vita decessit, q Iouis erat filius? Dic, quæso, ô victoriose, mortuúsne es? Ego enim cũ terræ superessem, tibi haud secus quàm deo sacrificaui.* HER. *Rectè quippe sacrificâsti: Hercules enim ipse in cœlo vnà cũ dijs immortalib. consistit. Heben apud se habens crurib. formosissimã. Ego verò q te alloquor, sua sum vmbra.*

DIO.

Δι. πῶς λέγεις εἴδωλον τοῦ θεοῦ, καὶ δυνατὸν ἐξ ἡμεισίας μέντινα θεὸν εἶναι, τεθνεῖναι δὲ τῶν ἡμίσει; Ηρ. ναί. οὐ γὰρ ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἡ εἰκῶν αὐτοῦ. Δι. μανθάνω. ἄντανδρόν σε τῶν Πλούτωνι πρέπλωκεν ἀνθ' ἑαυτοῦ. καὶ σὺ νῦν ἀντ' ἐκείνου νεκρὸς εἶ. Ηρ. τοιοῦτό τι. Δί. πῶς οὖν ἀκριβὴς ὢν ὁ Αἰακὸς, οὐκ ἔγνω σὲ μὴ ὄντα ἐκεῖνον, ἀλλὰ πρεπέστατο ἐποβολιμαῖον Ηρακλέα πρόντα; Ηρ. ὅτι ἐῴκειν ἀκριβῶς. Δί. ἀληθῆ λέγεις· ἀκριβῶς γὰρ, ὥστε αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι. ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστί. σὺ μὲν εἶ ὁ Ηρακλῆς, τὸ δὲ εἴδωλον γεγάμηκε τὴν Ηβην πρὰ τοῖς θεοῖς. Ηρ. θρασὺς εἶ καὶ λαλος, καὶ εἰμὴ παύσῃ σκώπτων ἐς ἐμὲ, εἴσῃ αὐτίκα οἵου θεοῦ εἴδωλόν εἰμι. Δι. τὸ μὲν τόξον γυμνὸν καὶ πρόχειρον, ἐγὼ δὲ τί ἂν ἔτι φοβοίμην σε, ἅπαξ τεθνεώς; ἀτὰρ

DIO. *Quidnam dicis amabò? vmbra ipsius dei? fieri enim potest, altera eundem ex parte deum esse, altera vitâ decessisse?* HER. *Vtiq. Ille enim nequaquã mortuus est, sed ego duntaxat imago ipsius sum.* DIOG. *Intelligo rem. Te virum pro viro Plutoni pro se dedit, & tu nunc pro illo mortuus es.* HERC. *Sic res se habet.* DIOG. *Quo pacto igitur callidissimus cùm sit Aeacus, te nequaquam illum esse non nouit, sed admisit tanquam supposititium Herculem?* HERCVL. *Quoniam ille ipse esse videor.* DIOG. *Vera autumas: nam ita persimilis es, vt si ille ipse sis. Caueas igitur ne contra sit: vt tu quidem Hercules existas, imago verò apud Deos immortales Heben in vxorem duxerit.* HER. *Audax nimiùm es atque loquax: & nisi à scommatibus, quæ in me iacis, abstinueris, senties quamprimùm qualis Dei imago sim.* DIOG. *Arcus enim nudus est atque paratus. Cur autem de cætero te timeam, quum semel mortuus sis?*

ἀτὰρ ἄπιθί μοι πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, ὁπότε ἐκεῖνον ἔζη, συνῆς αὐτῷ, καὶ τότε ἄλλοιον ἦν; ἢ τὸ μὲν ἔτι περὶ τὸν βίον, ἐπειδὴ ἀπεθάνετε, διῃρέθητε, ὁ μὲν εἰς θεὸς ἀπεπλάζ, σὺ δὲ τὸ ἄλλοιον, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, εἰς Ἅιδου πάρει; Ηρ. ἐχέτω μὲν μηδὲν ἀρκείναθαι πρὸς ἄνδρα ἐπίτηδες λόγοις ἐρισχιλλόντα· ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτ' ἀκουσόν. ὁπόσον μὲν Ἀμφιτρύωνος ἦν ἐν τῷ Ἡρακλεῖ ἐκείνῳ, τέθνηκε, καὶ ἅμα ἐκείνῳ τὸ ἐκείνου πᾶν. ὃ δὲ ἦν τοῦ Διὸς, ἐν οὐρανῷ σώζεται τοῖς θεοῖς. Δι. εὖ οἶδα· ἔτι γὰρ ἐγὼ καὶ Ἀλκμήνην ἐρατὸ αὐτὸ Ἡρακλέα, τὸν μὲν Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ παρὰ τοῦ Διὸς, ὥστε ἐναλλὰξ δίδυμοι ὄντος ὁμομήτριοι. Ηρ. ὄκνει, ὦ μάταιε, ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν. Δι. οὐκ ἔστι μαθεῖν τοῦτο ῥᾴδιον, σωθέντος δὲ ὄντος Ἡρακλέους, ἐκτὸς εἰμὶ ὥσπερ Ἱππο-

Sed per tuum Herculem die quæso, dum ille viuebat, erásne vnà cum ipso, & tunc imago existens, aut vnus quidem eratis in vita, posteaquã autem è vita decessistis separati: ille quidem ad deos immortales auolauit, tu verò vmbra, vt dignum videtur, ad inferos aduenisti? HER. *Etsi fas equidem foret nequaquam respondere viro sophisticè percunctanti: attamen aures quoque ad hoc porrigas. Quicquid enim Amphytrionis in Hercule erat, idipsum morte affectum est, quod nempe ego sum (vt dixi) totum: quod autem ex Ioue erat, cum Dijs immortalibus conuersatur.* DIO. *Perspicuè nunc intelligo. autumas enim eadem vice Alcmenam duos peperisse Hercules: vnum quidem ex Amphytrione, alterum verò ex summo Ioue: ex quo factum est, vt gemini vnius matris vtero latueritis.* HER. *Nequaquam, ô insane: idem profectò ipsi eramus ambo.* DIOG. *Neque adhuc ad intelligendum id facile est, duos Hercules in vnum esse compositos, nisi quis diceret vos tanquam Hippo-*

Ἱπποκένταυρός τις ἦτε εἰς ἓν συμπεφυκότου, ἄνθρωπος, καὶ θεός. Ηρ. οὐ γὰρ καὶ παντεῦ οὕτω σοι δοκοῦσι συγκεῖσθαι ἐκ δυεῖν ψυχῆς, καὶ σώματος; ὥστε τί τὸ κωλύον ἐστὶ, τὴν μὲν ψυχὴν ἐν οὐρανῷ εἶναι, ἥπερ ἦν ἐκ Διὸς, τὸ δὲ θνητὸν ἐμὲ, παρὰ τοῖς νεκροῖς; Δι. ἀλλ' ὦ βέλτιστε Ἀμφιτρυωνιάδη, καλῶς ἂν ταῦτ' ἔλεγες, εἰ σῶμα ἦσθα. νῦν δὲ ἀσώματον εἴδωλον εἶ, ὥστε κινδυνεύεις τριπλοῦν ἤδη ποιοῦσαι τὸν Ηρακλέα. Ηρ. πῶς τριπλοῦν; Δι. ᾧ δέ πως, εἰ γὰρ ὁ μέν τις ἐν οὐρανῷ, ὁ δὲ παρ' ἡμῖν σὺ τὸ εἴδωλον, τὸ δὲ σῶμα ἐν Οἴτῃ κόνις ἤδη γενόμενον, τρία δὴ ταῦτα γίνεται. καὶ σκόπει ὅν τινα δὴ πατέρα τρίτον ἐπινοήσεις τοῦ σώματι. Ηρ. θρασύς τις εἶ, καὶ σοφιστής. τίς δὲ καὶ ὢν τυγχάνεις; Δι. Διογένους τοῦ Σινωπέως εἴδολον. αὐτὸς δὲ, οὐ μὰ Δία μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις νεκρῶν σύνειμι, Ομήρου, καὶ τοῦ τοσαύτης ψευδολογίας καταγελῶν.

Hippocentaurũ in vnum fuisse copulatos: hominẽ videlicet & Deũ. HER. *An non & homines eodem pacto ex duobus componi tibi videntur, animo videlicet & corpore? Vnde quid prohibet animum quidẽ ipsum ex summo Ioüe natum adesse cœlo, me verò mortalẽ ad inferos venisse?* DIOG. *Vtique eleganter hæc disseruisses, ô optime Amphitryoniade, si corpus hac tempestate esses: sed incorporea es imago: itaque periculum est, te triplicẽ iã fecisse Herculem.* HER. *Quónam modo triplicem?* DIO. *Hoc quidem modo: nam si vnus in cœlo existit, tu verò apud nos imago, corpus autem in Oeta iam in puluerẽ versum, hæc tria iam sunt. animaduertas igitur velim, quẽ tertiũ corpori esse intelligas patrẽ.* HER. *Audax es, atq; sophista: sed quod nomen tibi est?* DIO. *Diogenis Sinopei imago: ipse autẽ per Iouẽ, minimè cũ dijs immortalibus, sed cum mortuorũ optimis cõuersor, Homerũ atq; huiuscemodi fabulas deridens,*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

AN idola siue formæ defunctorum aliæ sint ab animalibus, videndum hîc & in Platonis Phædone.

a HERCVLES.] *Vlysses ὀδ. λ. εἴδωλον quidem Herculis apud inferos esse narrat, ipsum autem in cœlo cum cæteris dijs immortalibus oblectari, vnde hic facetissimus & argutissimus dialogus fluxit. Sic Virgil. 4. Aen.*

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Ridetur diuinitas Herculis.

Diogenes ridet celebrem præstantibus ausis
Amphitryoniadem, quòd Ioue natus erat.
Ridet: nilominus diuinos esse putamus,
Dotibus herois quid valuêre boni.

NVNQVID Hercules.] ἔκφασις ἐννοηματική. Igitur è vita discessit.] θαύμασις. Dic quæso.] ἐρώτησις. Ego enim.] *A' repugnanti.* Rectè.] *Collaudatio.* Hercules enim.] ἀπόκρισις *ad rogationem.* Quídnam dicis.] ἀνασκευή. Vtique.] κατασκευή. Quo pacto igitur.] ἐπιμονὴ *in eadem re.* Caueas igitur.] σκῶμμα. Audax nimiúm.] ἀπειλή. Cur autem.] *Contemptio.* Sed per.] *Sophistica percunctatio.* Etsi fas quidem.] *Occupatio.* Nequaquam respondere.] ἀξίωσις. Quicquid enim.] ἀπόκρισις διακριτική. Perspicuè nunc.] πόρισμα. Nequaquam.] *Consecutionis illusio.* Neque adhuc.] *Confirmat eam ab absurdo.* An'non &.] *A' simili distinctio probatur.* Vnde quid prohibet.] *Conclusio.* Vtiq; eleganter.] σκῶμμα. Nam si vnus.] σκώμματος *ridicula ratio.* Audax es.] *Epilogus.* Minimè cum dijs.] *Epicurea de animorum immortalitate sententia.*

MENIΠ-

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Ταντάλου.

MENIPPI ET Tantali.

Erasmo Roterodamo interprete.

ΜΕΝΙΠΠΟΥΣ.

Τί ἐλάᾳς, ὦ Τάνταλε, ἢ τί σαυτὸν ὀδύρῃ, ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς. Ταν. ὅτι, ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους. Μέ. οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ἐπὶ λύψας πιεῖν, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος οἴσῃ τῇ χειρί; Τάν. ἐδέν ὄφελος, εἰ ἐπικύψαιμι· φεύγει γὰρ τὸ ὕδωρ, ἐπειδὰν πέσω ἐπὶ τὰ χείλη μου ἀθυτάμενος, ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι, καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, ὑπεκφεύγει ἄκρον τὸ χεῖλος, ὑπὸ τῶν δακτύλων διαῤῥέον, οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου. Μέ. τραπόν τι πεπονθέναι, ὦ Τάνταλε. ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί γὰρ καὶ δεῖ τοῦ πιεῖν; ἐχρῆν σῶμα ἔχειν, ἀλλ' ἰχῶρα μόνον ἦν Λυδίᾳ που τεθάφθαι, ὅπως καὶ πανῇ καὶ δίψῃ ἐδιώκεις. σὺ δὲ ἡ ψυχὴ, πῶς ἂν ἔτι ἢ δίψώης, ἢ πίοις;

QVid eiulas, ô [a] Tantale, aut quid tuam deploras fortunam stagno imminens? TANT. Quoniã siti enecor, Menippe. MEN. Vsque adeò piger es atq; iners, vti non vel pronus incumbens bibere noris, vel caua vola hauriẽs. TAN. Nihil profecero si procumbã: refugit.n. aqua simul atq; me propiùs admoueri senserit, quòd si quando hauserò, oriq; coner applicare, priùs effluit, quã summa rigem labia: atq; inter digitos effluẽs aqua, haud scio quomodo rursus manum meam aridam relinquit. MEN. Prodigiosum quiddam de te narras Tantale: verùm dic mihi, istuc ipsum quorsum opus est bibere, quũ corpore careas? nam illud quòd esurire poterat, aut sitire, [b] in Lydia sepultum est: cæterùm tu quum sis animus, quinam posthac aut sitire queas, aut bibere?

Ταν. τοῦτ' αὐτὸ ἡ κόλασίς ἐστι, τὸ διψῆν μου τὴν ψυχὴν, ὡς σῶμα οὖσαν. Με. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔτω πιστεύομεν ἐπεὶ φῂς τῶν διψεικολάζεσθαι. τί δ' οὖν σοι τὸ δεινὸν ἔσται; ἢ δέδιας, μὴ ἐνδεία τοῦ ποτοῦ ἀρθαίνῃς; οὐχ ὁρῶ γὰρ ἄλλον μετὰ τοῦτον Ἅδην, ἢ θάνατον ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον τόπον. Ταν. ὀρθῶς μὲν λέγεις. καὶ τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν, μηδὲν δεόμενον. Με. λῃρεῖς, ὦ Τάνταλε, καὶ ὡς ἀλιθῶς ποτοῦ δεῖσθαι δοκεῖς, ἀκράτου γε ἐλλεβόρου, νὴ Δία, ὅσις τοὐναντίον τοῖς ὑπὸ τῶν λυττώντων κυνῶν δεδηγμένοις πέπονθας, οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὴν δίψαν πεφοβημένος. Ταν. οὐδὲ τὸν ἐλλέβορον, ὦ Μένιππε, ἀναίνομαι πιεῖν, γένοιτό μοι μόνον. Με. θάρρει, ὦ Τάνταλε, ὡς οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν. ἀδυνα-

TANT. *Atqui hoc ipsum supplicij genus est, vt anima perinde quasi corpus sit, ita sitiat.* MENIP. *Age, hoc ita habere credamus, quandoquidem affirmas te siti puniri: at quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros inferos, si quis hos relinquat, neque locum alium in quem morte demigret quispiam.* TANT. *Rectè tu quidem dicis: verùm hoc ipsum supplicij genus est, sitire, quum nihil sit opus,* MENIP. *Desipis, Tantale, & vti verum tibi fatear, non alio potu videris egere, quàm* [c] *veratro mero, nam diuersum quiddam pateris ijs quos* [d] *canes rabiosi momorderint, vt qui non aquam quemadmodum illi, sed sitim horreas.* TANT. *Ne veratrum quidem recusârim bibere, Menippe, si liceat modó.* MENIP. *Bono es animo, Tantale, certum habens, nunquam fore vt vel tu vel reliquorum manium quispiam bibat, nec*

ἀδυνάτου γάρ. καίτοι οὐ πάντου, ὥσπερ σὺ, ἐκ καταδίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ἑπομένοντος.

nec enim fieri potest: quanquam non omnibus quemadmodum tibi, pœna adiudicata est, vt sitiant aqua illos non expectante.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a TANTALE.] *Poëtæ tradunt Tantalum Iouis ex Plotæ Nympha filium, ac Phrygiæ regem, amicum dijs fuisse, qui cùm eos frequenter hospitio susciperet, & quodam tempore deessent epulæ, filium suum Pelopem occidit, ac dijs coctum epulandum apposuit, vt eorum diuinitatem experiretur. Sola autem Ceres, reliquis abstinentibus, humerum exedit. Vitæ demum restitutus Pelops, pro humero comeso à dijs eburneum recepit: vt testantur Seneca in Thyeste, & Virgilius tertio Georgicôn:*

—humeroq; Pelops insignis eburno.

Tantalum verò propterea apud inferos fingunt damnatum, atque assistere Eridano flumini sitientem, quòd si quando admouerit, se potaturus repentè aquam à labris contactam refugere. Tum capite imminere arborem pomis onustam, sed eam subitò porrigenti manum aliò subducere sese, atque ita miserum præsente copia, inopia discruciari. Bologninus ex 4. Metamorph. Ouid.

Tantalus hic etiam sitiens potare vetatur,
Corpora quod Pelopis dijs epulanda dedit.

Meminit etiam Virgilius 6. Aen. Ouidius scribit hoc illi tormentum inditum esse, quòd deorum secreta mortalibus reuelauerit:

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Idem lib. 3. Elegiarum:

Proditor in medio Tantalus amne sitit.

b In Lydia.] *Minoris Asiæ regio est, Cræso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, Phrygiæ ab exortu Solis vicina.*

c Veratro.] *Elleboro poto tibi opus est, eoque sanè meraco. Qui autem parùm animo constant, & insaniunt, elleboro opus habere dicuntur, & elleboro sese purgare iubentur. Rhadamanthus in secundo Verarum narrationum libro, ita pronunciat, vt Aiax traditum ab Hippocrate elleborum bibat, priusquam in heroum consortium recipiatur: alludens ad eius insaniam. Ibidem scribitur, non licuisse Chrysippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartùm iam sumpto elleboro. Nimirum illuc alluditur, quòd ter in vita bibisse memoratur, vt testatur etiam Petronius in carmine quodam.* *d* Canes rabiosi.] *Canes rabie perciti, quæcunque momorderint, rabiescunt, aquam horrent, & tandem intereunt.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς de Tantalo fabulæ Ouid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

ARGVMENTVM.

Tantalus ob factum fugientia flumina captat:
Quo dijs vix alius gratior antea erat.
Ausus consilium tandem est aperire Deorum,
Cogitur idcirco nunc tolerare sitim.

QVID eiulas.] *ἐρώτησις τοῦ αἰτίου.* Quoniam siti.] *Causæ redditio querula.* Vsque adeó.] *εἰρωνεία ἢ ἐπιτίμησις.* Nihil profecero.] *Narratio.*

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina —.

Hor. lib. 1. Satyra 1. Prodigiosum quiddam.] *θαύμασις.* Dic mihi isthuc.] *ἀνασκευὴ ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου.* Cæterùm tu

cùm

cùm sis.] *Sublata re eius quoque actio desinit.* Atqui hoc ipsum.] ἀντεισαγωγή. Age hoc ita habere.] ὁμολογία ἐκ περιουσίας. Num metuis.] *Extenuatio.* At equidem haud.] *Inuestigatio causæ sitis.* Verùm hoc ipsum.] περίφρασις. Desipis, Tantale.] *Reprehensio.* Bono es animo.] *Conclusio.*

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ Μαυσώλου.

DIOGENIS ET Mausoli.

Erasmo Roterodamo interprete.

DIOGENES.

Ὦ Κὰρ, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς, καὶ πάντων ἡμῶν ποτιμᾶσθαι ἀξιοῖς; Μαύ. καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μὲν, ὦ Σινοπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καείας μὲν ἁπαίσης, ἦρξα δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων, καὶ νήσους δὲ τινὰς ὑπηγαγόμην, καὶ ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην, τὰ πολλὰ τῆς Ιωνίας καταστρεφόμενος, καὶ καλὸς ὢν καὶ μέγας, καὶ ἐν πολέμοις καρτερός. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Αλικαρνασσῷ μνῆμα

O He [a] *tu Car, quare tandem insolens es, tibique places, ac dignum te credis qui vnus nobis omnibus anteponare?* MAVS. *Primùm regni nomine, ô tu* [b] *Sinopensis: quippe qui Cariæ imperauerim vniuersæ, prætereà* [c] *Lydiæ quoque gentibus aliquot: tum autē & insulas nonnullas subegerim:* [d] *Miletum vsque peruenerim, plerisque* [e] *Ioniæ partibus vastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Postremò quod est omnium maximum, in Halicarnasso*

μνῆμα παμμέγεθες ἔχω ἐπιστῆσαι, οὐκ ὀλίγον ἐκ ἄπορος νικῆσαι, ἀλλ' ὁθενοῦν ἕως ἐμὲ ἔτι ἐξακκημένον, ἵππον ἢ ἀνθρώπων ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀκασμένον, λίθου δὲ λαμπρότητα οἷον δὲ νιφόεντος εὑρεῖν ἐστὶν ἀμήχανον. ὁ δὲ λοκῶ δικαίως ἐπὶ τοῖς μεγαλοφροσύνῃ. Δι. ἐπὶ τῇ βασιλέως φησὶ, καὶ τῷ μάκελλ, καὶ τῷ βάρει τάφου; Μαύ. νὴ Δί' ἐπὶ τούτοις. Δι. ἀλλ', ὦ μακάριε Μαύσωλε, ὅτι μὲ ἰσχὺς ἔτι σοὶ ἐκάνη, ὅτι μὲ μορφὴ πάρεστιν. ἀ γὰρ τινα ἡδοίμεθα δικαίως ὑμορφίας πέρι, ἐκ ἔχω ἁπάσῃ, τίνος ἕνεκα τὸν σὸν οὐρανίον πετιμηθείη ἄρ' ἐμοῦ φαλακρὰ γὰρ ἄμφω, καὶ γυμνά. καὶ τὰς ὀδόντας ὁμοίως πεφαίνομεν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα, καὶ τὰς ῥῖνας ἀπεσιμώμεθα, ὁ δὲ τάφος, καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι, Αλικαρνασσεῦσι μὴ ὅσως ἔξεστιν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς ἄλλο μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ὄν.

monumetũ erectũ habeo singulari magnitudine, quantũ videlicet defunctorum alius nemo possidet, neq; pari etiã pulchritudine conditũ, viris scilicet atq; equis pulcherrimo è saxo ad viuam formam absolutissimo artificio expressis, adeò vt vel phanum aliquod simile haud facilè quis inueniat. Nũ iniuria tibi videor has ob res mihi placere atq; efferri? DIO. Num ob imperium ais, ob formam, atque ob sepulchri molem? MAV. Per Iouem ob hæc inquam. DIO. Atque, ô formose Mausole, neq; vires iam illæ, neq; forma tibi iã adest, adeò vt si quẽ arbitrũ de formæ præcellẽtia delegerimus, haudquaquã dicere potis sit, quamobrẽ tua caluaria meæ sint anteferẽda: siquidẽ vtraq; pariter tum calua, tũ nuda: vtriq; dentes pariter ostendimus: pariter oculis orbati fumus: pariter naribus simis ac sursum hiantibus deformati. Cæterùm sepulchrum ac saxa illa preciosa Halicarnassei forsitan iactare licebit, & hospitibus gloriæ causa ostentare, tanquam qui magnificã quandam apud se structurã habeant: verùm

οὐ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀπολαύεις αὐτῆς, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς, ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. Μαύ. ἀνόνητα οὖν μοι ἐκεῖνα πάντα, καὶ ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος, καὶ Διογένης; Δι. οὐκ ἰσότιμος, ὦ γενναιότατε, οὐ γάρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται, μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, ἐν οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο· Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν Αλικαρνασσῷ ἐρεῖ ἑαυτοῦ, ὑπὸ Αρτεμισίας τῆς γυναικὸς, καὶ ἀδελφῆς κατασκευασμένον· ὁ Διογένης δὲ, τοῦ μὲν σώματος, εἰ καί τινα τάφον ἔχει, οὐκ οἶδεν. οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου. λόγον δὲ τοῖς ἀείσοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν, ἀνδρὸς βίον βεβιοκὼς ὑψηλότερον, ὦ Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε, τοῦ τοῦ μνήματος, καὶ ἐν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

verùm quid hinc commoditatis ad te redeat, vir egregie, nequaquam video, nisi forsan illud commodum vocas, quòd plus oneris atque nos sustines, sub tam ingentibus saxis pressus ac laborans. MAV. *Itáne nihil illa mihi conducunt omnia? planéq; pares erunt Mausolus ac Diogenes?* DI. *Imò haud pares, inquam, vir clarissime: nam Mausolus discruciabitur quoties earum rerum in mentem veniet, quibus in vita florere consueuit: at Diogenes interim eum ridebit. Atque ille quidem de suo illo monumento quod est in Halicarnasso, memorabit, ab vxore Artemisia atque sorore parato: contrà Diogenes ne id quidem suo de corpore nouit, nunquid habeat sepulchrum. Neque enim illi res ea curæ est, verùm apud viros excellentissimos sui memoriam famamq; reliquit, vt qui vitam peregerit viro dignam, tuo monumento, Carum abiectissime, celsiorem, ac tutiore in loco substructam.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Tv Car.] *Mausolum Cariæ regem intelligit, qui fuit maritus Artemisiæ, quæ illum tam ingenti amore prosecuta est, vt eius fato perfuncti cineres vino permistos, tradatur ebibisse. Adhæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, quod à nomine eius Mauseolum est appellatum, ob operis magnificentiam inter septem orbis miracula numeratum: vt Plinius scripsit lib.36. cap.5. Opere nondum absoluto perijt Artemisia. Caria autem regio est minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam sita, à quo Car caros, aliquis de Caria. Hinc Aristophanes in Auibus:* εἰ δ' δοῦλος ἐστὶ καὶ Κάρ: *Quòd si seruus est, & Car. Carum mores quoque prouerbijs aliquot locum fecêre, de quibus Erasmus noster. b* Sinopensis.] *Sinope vrbs Ponti, frequenti gymnasio clarissima, & patria Diogenis. Hinc Ouid.lib.1. de Ponto:*

Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

c Lydiæ.] *Lydia quoque Asiæ minoris regio est, Cræso rege & Pactolo aurifero flumine notissima. d* Miletum.] *Miletum Cariæ oppidum, præstantissimæ lanæ prouentu nobilitatum: hinc Milesii populi, & Milesiæ vestes. e* Ioniæ partibus.] *Ionia regio est in extremitate minoris Asiæ: media inter Cariam & Aeolidem, tum cœli bonitate, tum situs commoditate nulli regionum posthabenda. Huius incolæ dicti sunt Iones, & metropolis Miletus, vt Cariæ Halicarnassus, in qua nobile Mauseolum extat.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Contentio de sepultura, alterius quidem magnificentissima, alterius verò neglectissima.

Vult alijs se Mausolus præferre sepultis,
Forma quòd multos vicerit, atq; manu.
Diogenes ridet formam monumentaq́; clara,
Illo & felicem se magis esse probat.

OHE tu

OHE tu Car.] *Propositio* ἐρωτητικὴ, καὶ ἐλεγκτικὴ κατ' ἐπιμονήν. Primum regni nomine.] ἀπόκρισις αἰτιώδης κατ' ἀπαρίθμησιν. Postremò quod est omnium.] *Amplificatio postremi membri per* καταγραφήν. Adeò vt vel phanum.] *Conclusio.* Num ob imperium ais.] *Negatio.* Per Iouem.] *Asseueratio.* Atqui, ô formose.] ἀνασκευὴ, *fuisse & habuisse miserum est.* Siquidem.] *Ratio ab æqualitate.* Cæterúm.] *Responsio ad quartum membrum.* Verùm quid huic.] *Remotio.* Vir egregie.] ἐξαίρεσις εἰρωνική. Illud commodum vocas.] *Epilogus comparationis.* Itáne nihil illa mihi conducunt.] *Propositio.* Nam Mausolus discruciabitur, quoties ear. rer.] *Ratio: antefert autem Diogenes se Mausolo.* Neque enim illi res ea curæ est.] *Approbatio.* Apud viros excellentissimos.] καύχησις, *quæ animi bona reliquis anteponit.*

ΝΙΡΕΟΣ, ΘΕΡΣΙτου καὶ Μενίππου.

NIREI, THERSItæ, & Menippi.

Erasmo Roterodamo interprete.

NIREVS.

ΙΔὸ δὴ Μένιππος οὗτοσὶ δικαίσει, πότερος εὐμορφώτερός ἐστιν. εἰπὲ, ὦ Μένιππε, οὐ καλλίων τοι δοκῶ. Μέν. τίνου δὲ καὶ ἐστὶ πρότερον, οἶμαι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι. Νί. Νιρεὺς, καὶ Θερσίτης. Μέ. πότερος ὁ Νιρεὺς, καὶ

ECce denique vel Menippus hic iudex erit, vter nostrûm sit formosior. Dic, Menippe, ánnon tibi videor forma præstantior? MENIP. *Imò quínam sitis, priùs arbitror indicandum: nam hoc opinor scito est opus.*

NIR. *Nireus ac Thersites.* MENIP. *Vter*[a] *Nireus, vter*

καὶ πότερ' ὃν ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. Θερ. ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτο ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι. καὶ οὐδὲν τιμιώτερόν σου διαφέρειν, ὑπόκωφον σε Ὁμηρος ἱκανῶς ὁ τυφλὸς ἐποίησεν, ἀπάντων ἀμορφότατον πεποιηκώς. ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, καὶ ψιλὸς, οὐδὲν χείρων ἐφαίνομαι τῶν δικαίων ὥρα δή σοι, ὦ Μεγίππη, ὅν τινα ἀμορφότερον ἴδῃς. Νι. ἐμὲ γὲ τὴν Ἀγλαΐας καὶ Χαροπὸς, ὃς καλλίστου ἀνὴρ ὑπὸ Ἰλίου ἦλθον. Με. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὑπὸ γέλωτος, ὡς οἶμαι, καλλίστου ἤλθον, ἀλλὰ τὰ μὲν ὄντα ὅμοια, τὸ δὲ κάρα ἀνόμοιον ταύτῃ μόνον· ἆρα διαφέρειν οἴει, ἢ τὸν Θερσίτου κάρανίν, ὅτι σὺ θρυπτικὸν τὸ σόν· ἀλλὰ παραδώσω γὰρ αὐτὸ, καὶ σκόπει ἄνδρα ὃν ἔχεις. Νι. καὶ μάλα ἔρου Ὁμήρου, ὁποῖος ἦν, ὁπόταν συστρατεύωμαι τοῖς Ἀχαιοῖς. Με. οὐκοῦν

vter Therſites? nondum enim vel hoc ſatis liquet. THER. *Iam vnum hoc vinco, quòd tibi ſum ſimilis, neque tantopere me præcellis, quantopere te* [b] *cæcus ille Homerus extulit, vnum omnium formoſiſsimum appellans: quin ego faſtigiato vertice, raríſque & impexis capillis ille, nihil te inferior viſus ſum arbitro. Iam verò tempus eſt vti pronuncies, Menippe, virum altero formoſiorem exiſtimes.* NIR. *Mirum ni me, Agalia Charopéque prognatum:*

—qui vir pulcherrimus vnus,
Omnibus è Graijs Priameïa ad Pergama veni.

MEN. *Atqui non item ſubterram opinor pulcherrimus veniſti, quippe qui reliquis quidè oſsibus alijs appareas aſsimilis: porrò caluaria hoc vno inſigni à Therſitæ caluaria dignoſci poſsit, quòd tua delicata eſt ac mollicula: quandoquidem iſthuc habes effœminatum, ac neutiquam viro decorum.* NIR. *Attamen Homerum percontare, qua ſpecie tum fuerim, quum inter Græcorum copias militarem.* MEN. *Tu qui-*

ὀνει-

ἐνείρατά μοι λέγεις, ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχεις, ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν. Νί. οὔκουν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφώτερός εἰμι, ὦ Μένιππε; Μέ. οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος εὔμορφος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν Ἅδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. Θρ. ἐμοὶ μὲν καὶ τοῦτο ἱκανόν.

Tu quidem [c] *somnia mihi narras: at ego ea specto quæ video, quæq; tibi adsunt in præsentia: cæterùm ista norunt qui id temporis viuebant.* NIR. *Quid igitur tandem? ánnon ego formosior, Menippe?* MEN. *Neq; tu, neq; quisquam alius formosus hoc loco: siquidem apud inferos æqualitas est, paresq; sunt omnes.* THER. *Mihi quidem vel hoc sat est.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

THersites cum Nireo de forma contendit apud inferos, vbi pares sunt omnes, sub Menippo iudice, & moriendum esse omnibus docetur.

a NIREVS ac Thersites.] *Nireus Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium formosissimus, quemadmodũ Thersites omnium maximè deformis. Ouid. lib. 4. de Ponto:*

Tam mala Thersiten prohibebat forma latêre,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.

Homerus Iliad. 2. Thersiten totum à capite, quod aiunt, vsque ad pedes ita graphicè depingit, vt corporis vitia & animi morbos, vt dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse. Itidem fecit Lucianus noster aduersus Indoctum librorum copia tumentem. Hinc cùm hominem vehementer fœdum significare velimus, Θερσίτειον βλέμμα: id est, *Thersitæ faciem habere dicamus. Iuuenal. Satyra 8:*

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis —.

b Cæcus ille Homerus.] *Quum priùs Melesigenes diceretur,*

ceretur, quòd ad Meletem fluuium natus esset, ob id tamen quòd cæcus esset, Homeri nomen sortitus est. Cumæi nanque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quòd ὁμήροις: id est, *itineris ducibus egeant. Hinc cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de Nuptijs Philolog. c* Somnia.] *Lucianus hîc & in Harmonide, ὀνείρατα prouerbio dicit rem futilem, inanem & nihili. Idem in Somnio suo, introduxit quempiam, qui suum somnium, tanquam orationem ineptam ac futilem reijcit. Vide in nostro adagiorum chiliarcho Extra somnum.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Contentio de pulchritudine, quæ apud inferos nulla est.

Lis est egregia de forma: pulchrior alter
Vult esse, Aglaia de genetrice satus.
Cedere Thersites non vult, turpissimus olim:
Omnia mors æquat: gratia nulla valet.

ECCE deniq;.] *Propositio.* Dic, Menippe.] *Iussio, cum rogatione.* Imò quínam sitis.] ἐρώτησις. Nireus ac.] *Responsio.* Vter Nireus.] *Alia rogatio.* Nondum enim.] *Ratio.* Iam vnum hoc vinco.] *Conclusio.* Neque tantopere.] *Homeri reprehensio.* Quin ego.] αὔξησις. Iam verò tempus.] ἀποστροφή. Mirum ni me.] *Asseueratio à parentibus, & Homeri testimonio.* Atqui non item.] *Refutatio, cum Menippi comparatione.* Attamen Homerum.] *Iussio, & confirmatio ἀτεχνός.* Tu quidem somnia.] *Contemnit testimonium comparatione.* Quid igitur.] *Rogatio.* Neque tu.] *Epilogus cum generali sententia.*

ΔΙΟΓΕ-

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣθένους, Κράτητος καὶ πτωχῶν.

DIOGENIS, ANTIsthenis & Cratetis.

Iacobo Micyllo interprete.

DIOGENES.

ΑΝτίσθενες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν. ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν ἐνθὺς ἐπὶ ταθόδε περιπατήσοντες, ὄψόμενοι τοὺς ἰατιόντας, οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; Αν. ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες· καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τοὺς μὲν ἀναμένοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τοὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι, ἐνίους δὲ μόλις ἰατιόντας, καὶ ἅτε πράγματος ὠθουμένου ὑπὸ Ἑρμοῦ, ὅμως ἀντιβαίνοντας, καὶ ὑπείους ἀντρεπομένους οὐδὲν δέον. Κρά. ἐγὼ γὰρ καὶ διηγήσομαι ὑμῖν, ἃ εἶδον, ὁπότε ἰατρὸν κατὰ τὴν ὁδὸν. Δι. διήγησαι, ὦ Κράτης. ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια ἐρᾶν. Κρά.

OCium nunc agimus, Antisthenes, & tu Crates: quare cur non, obsecro, imus deambulatum recta ad ingressum & fauces orci, vt ibi spectemus eos qui descendunt, quinam sint, & quid quisque eorum agat? ANT. Eamus, Diogenes. Etenim spectaculum hoc iucundum fuerit, videre alios quidem ipsorum lachrymari, alios autem vt dimittantur supplicare: quosdam autem ægrè descedere, & quanquam ceruicem vrgente ac impellente Mercurio, reluctari tamen, & resupinos obniti, nulla necessitate aut cõmodo suo. CR. Ego verò etiam exponam vobis quæ ipse vidi in via quando huc descendebam. DIOG. Exponas licet, Crates. videris enim quædã omnino risu digna dicturus esse.

Κρά. καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν, ἐν αὐτοῖς δ' ἐπίσημοι, Ισμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος, ὁ ἡμέτερος, καὶ Αρσάκης, ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ Οροίτης ὁ Αρμένιος. ὁ μὲν Ισμηνόδωρος (ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ λῃστῶν παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα, ἐς Ελευσῖνα οἶμαι βαδίζων) ἔστενέτε, καὶ τὸ τραῦμα ἐν ταῖν χροῖν εἶχε. καὶ τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ καταλελοίπει, ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τόλμης. ὃς Κιθαιρῶνα ὑπερβαλλων, καὶ τὰ περὶ τὰς Ελευθερὰς χωρία, πανέρημα ὄντα ὑπὸ τῶν πολέμων, διοδεύων, δύο μόνους οἰκέτας ἐπήγετο, καὶ ταῦτα, φιάλας πέντε χρυσᾶς, καὶ κυμβία τέτταρα μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων. ὁδ' Αρσάκης (γηραιὸς γὰρ ἤδη, καὶ νὴ Δί' οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν ἐς τὸ βαρβαρικὸν) ἤχθετο, καὶ ἠγανάκτει, πεζὸς βαδίζων, καὶ ἠξίου τὸν ἵππον αὐτῷ προσαχθῆναι, καὶ

CRA. *Cùm alij multi nobiscũ descendebant, tum verò inter ipsos maximè nobiles, Ismenodorus ille diues ex nostris, & Arsaces Medorum præfectus, & Armenius Orates. Ismenodorus igitur (occisus enim fuerat à latronibus circa Cithæronem, quando Eleusinem, vt arbitror, proficiscebatur) & gemebat, & vulnus in manibus præ se ferebat, liberos suos paruos, quos reliquerat, identidem vocando, sibiq; ipsi ob audaciam succensendo, qui cùm Cithæronem transisset, ac loca illa circa Eleutheras deserta ac bellis vastata peragrasset, non ampliùs quàm duos seruos secum adduxisset, idqúe etiam cùm phialas quinque aureas & cymbia quatuor secum haberet. Arsaces autem (senior enim iam erat, & per Iouem, pro Barbarico illo ritu, facie non adeò inhonesta aut contemnenda) grauiter ferebat atque indignabatur quòd pedibus incederet, volebatq; sibi equum suum adduci.*

Nam

τὴ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῶν συνετεθνήκει μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι διαπρήσσεται ὑπὸ Θρακός τινος πελταστοῦ, ἐν τῇ ἐπὶ τῶν Ἀράξῃ, πρὸς τὸν Καππαδόκην συμπλοκῇ, ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς διηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προϋπεξορμήσας. ἑποστὰς δὲ ὁ Θρὰξ, τῇ πέλτῃ μὲν ὑποδὺς, ἀπρσείεται τὸν Ἀρσάκου ἰοντόν· οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν, αὐτόν τε διαπείρει, καὶ τὸν ἵππον. Αν. πῶς οἷόν τε, ὦ Κρατης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι; Κρά. ῥᾷστα, ὦ Αντίσθενες· ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν, εἰκοσάπηχύν τινα ἰοντὸν προβεβλημένος. ὁ Θρὰξ δὲ εἰπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν, καὶ πρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωνὴ, ἐς γόνυ ὀκλάσας, δέχεται τῇ σαρίσσῃ τὴν ἐπέλασιν, καὶ τιτρόσκει τὸν ἵππον ὑπὸ τὸ στέρνον, ὑπὸ θυμοῦ καὶ σφοδρότητος ἑαυτὸν διαπείραντα.

Nam & equus vnà cum eo mortuus fuerat, vna plaga ambobus transfossis à Thracensi quodam scutato in eo prælio quod cum rege Cappadocum ad Araxem fluuium commissum fuerat. [a] *Nam Arsaces quidem infesto cursu in hostem ferebatur, longè vt quidem ipse narrabat, ante alios euectus. Thrax autem expectato illo subsistens, ac scutum præ se te tenens, venientem Arsacis hastam excutiendo diuertit: ipse autem submissa parumper sarissa sua, & equum & insidentem illum transuerberat.* ANT. *Sed quo pacto fieri potuit, Crates, vt vno ictu ambos transuerberaret?* CRA. *Facillimè Antisthenes: nam ille quidem cursu ferebatur, contum quendam viginticubitalem prætentum habens: Thrax autem vbi pelta obiecta plagam excussisset, & iam cuspis ipsum præteruecta esset, in genu procumbens excipit sarissa venientis impetum, ac equum sub pectus vulnerat: quo mox præ furore ac vehementia cursus seipsum*

τα. διελαύνεται δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐς τὴν βουβῶνα δεξιὰ μπὰξ, ἄχεις ἐπὶ τὴν πυγήν. ὁρᾷς, οἷόν τι ἐγένετο, οὐ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ τοῦ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. ἠγανάκτει δὲ ὅμως, ὁμότιμος ὢν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἠξίου ἱππεὺς κατιέναι. ὁ δέ γε Ὀροίτης, ὁ ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τὼ πόδε, καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο. πάσχουσι δ' αὐτὸ ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὴν ἀπροβῶσι τῶν ἵππων, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ἀκροποδητὶ, μόλις βαδίζουσιν. ὥστε ἐπεὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο, καὶ οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν, ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον, ἐγὼ δὲ ἐγέλων. Αν. καὶ γὼ δὲ, ὅτε κατήειν, οὐδ' ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἀφεὶς οἰμώζοντας αὐτοὺς, προσδραμὼν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, προκατέλαβον χώραν ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι.

transadigente. eadem hasta etiam Arsaces per inguina vtrinque ad nates vsque penetrante transfoditur. Intelligis nimirum quo pacto acciderit, cùm non viri, sed equi magis hoc opus fuerit. Veruntamen indignabatur ille, quòd non ampliore honore quàm cæteri habebatur, volebatq; eques huc descendere. Orœtes autem, priuatus quispiam erat, atq; admodũ debilis pedibus: quippe qui neq; stare humi, nedum incedere vllo modo poterat. Accidit autẽ hoc prorsum Medis omnibus, vt postquam ab equis descenderint, veluti qui super spinas ingrediuntur, summis pedum digitis vix atq; ægrè incedant. Quamobrem cùm per se ipsum humi deiectus iaceret, neque vllo prorsum pacto resurgere vellet, bonus ille Mercurius sublatum in se hominem ad cymbam vsque portauit: ego verò sequens ridebam. AN. *Et ego porrò quando huc descendebam, neque admiscui me ipsum cæteris, sed relictis plorantibus illis ad cymbam accurrendo, præoccupaui mihi locum, quò commodiùs nauigarem.*

σαιμι. πρὰ τὴν πλοῦν ἢ οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε, καὶ ἐναντίων, ἐγὼ δὲ μάλα ἐτρπόμην ἐν αὐτοῖς. Δι. σὺ μὴ, ὦ Κράτης, καὶ Αντίσθενες, τοιούτων ἐτύχετε ξυνοδοιπόρων. ἐμοὶ δὲ Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς, ὁ ἐκ Πειραιῶς, καὶ Λάμπις ὁ Ακαρνὰν, ξεναγὸς ὢν, καὶ Δάμις ὁ πλούσιος ἐκ Κορίνθου, συγκατήεσαν. ὁ μὲν Δάμις, ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐκ φαρμάκων ἀπεθανὼν· ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆς ἑταίρας, ἀπεσφάξας ἑαυτὸν· ὁ δὲ Βλεψίας, λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι. καὶ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. ἐγὼ δὲ, καί περ εἰδὼς, ἀνέκεινον ὃν τρόπον ἀποθάνοι. εἶτα τοῦ μὲν Δάμιδι αἰτιωμένου τὸν ἡδὸν, οὐκ ἄδικα μέν τοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ' αὐτοῦ, ὡς τάλαντα ἔχων ὁμοῦ χίλια, καὶ τρυφῶν αὐτὸς, ἐνενηκονταέτης ὢν, ὀκτωκαιδεκαέτει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς πρεῖχες. σὺ δὲ, ὦ Ακρ=

uigarem. Inter nauigandum verò alij quidem lachrymabantur, alij autem nauseabant: ego verò inter ipsos sedens admodum oblectabar. DIO. Tu quidem, Crates, & tu Antisthenes, huiusmodi sortiti estis itineris comites. mecum autem Blepsias ille fœnerator ex Piræo, & Lampis Acarnam, qui mercenarios milites ductauerat, & Damis diues ille Corinthius, simul descendebant. Quorum Damis quidem à puero veneno interemptus fuerat, Lampis autē ob amorem Myrtij meretricis se ipsum iugulârat: Blepsias verò fame miser perijsse dicebatur. & apparebat sanè adhuc pallidus supra modum, ac tenuis maximé. Ego verò quanquā antea noram, interrogabam tamen quo pacto quisq; mortuus esset. Ac Damidi quidem accusanti filium: Non iniusta verò, inquam, passus es ab illo, qui talenta cùm haberes coaceruata mille, ac ipse in delicijs viueres annos nonaginta natus, adolescenti illi quatuor obolos scilicet suppeditabas. Tu

Ακρνὰν (ἔστι γὰρ μαινό-
μενος, καὶ μαίηται τὴν Μυρτίδα)
τί αἰτιᾷ τὸν ἔρωτα, σαυτὸν δ'
οὔ; ὃς τὴς μὴ πολυμίτου ἀδελ-
φῆς πρώτος ἔτυχες, ἀπὸ φιλο-
κινδύνως ἀγωνίζη πρὸ τῶν ἄλ-
λων, ἀπὸ δὲ τυχόντος πα-
ρθενισκαείου, καὶ δακρύων ἐπι-
πλαστων καὶ συναγμῶν, ἰσ-
λως ὀγκνᾶς, ὁ μὴ γὲ βλέ-
ψίας, αὐτὸς ἑαυτὸν κατηγό-
ρει, φθονῶς πολλὴν πλὴν ἄ-
νοιαν, ὅτι χρήματα ἐφυλά-
τι τοῖς μηδὲν προσήκουσι
κληρονόμοις, ἃς ἀεὶ βιώσιμη
ὁ μάταιος νομίζων. πολλὴ ἔ-
μοιγε ὁ πλὴν τυχὸν τρυ-
φὴ πρίσχοντο σύνοντες.
ἀπ' ἤδη μὲν ἐπὶ τῷ στομίῳ
ἐσμὲν ἀφθόγγου καὶ, καὶ
ἀκροσπεῖν πόῤῥωθεν τὰς ἀ-
φικνουμένους. βαβαὶ, πολλοί
γε, καὶ ποικίλοι, καὶ πάντων
δακρύοντων, πλὴν τῶν νεο-
γνῶν τούτων, καὶ νηπίων. ἀπὸ
καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀλύ-
ρονται. τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον
αὐτὸς

verò Acarnan, (gemebat enim & ille, ac deuouebat Myrtium) quid amorem accusas, inquam, & non potius te ipsum? qui hostes quidem haud vnquam perhorrueris, sed te vltrò periculis offerendo, ante alios in prælium descenderis, à puella verò vulgari illa quidem, ac fortè oblata, & à lachrymis atque singultibus fictitijs, generosus ipse tu captus fueris. Nam Blepsias quidem ipse sese accusat ob nimiam stultitiam, quòd pecuniam videlicet custodierit hæredibus nulla necessitudine sibi coniunctis, dum vanus ipse in perpetuum victurum esse se putat. Verùm mihi quidem non vulgarem voluptatem præbuerùt tunc lamentantes isti. Sed iam circa fauces sumus. Aspicere nos illuc oportet, atque à longè contemplari aduenientes. Papæ! multi certè, & varij, omnésque lachrymantes, præter pullos istos & infantes. Quin & ætate nimia confecti illi lugent. Sed quid hoc? num philtro aliquo

αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου; τοῦτον οὖν τὸν ὑπέργηρον ἔρεσθαι βούλομαι. τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀπεθανών; τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα, γέρων ἀφιγμένος; ἧπου βασιλεὺς ἦσθα. Πτω. οὐδαμῶς. Δι. ἀλλὰ σατράπης; Πτω. οὐδὲ τοῦτο. Δι. ἆρα οὖν ἐπλούτεις, εἶτα ἀνιᾷ σε τὸ πολλὴν τρυφὴν ἀπολιπόντα τεθνάναι; Πτω. οὐδὲν τοιοῦτον. ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα, βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον, ἐς ὑπερβολὴν πτωχὸς ὤν, ἄτεκνός τε, καὶ πρεσέτι χωλὸς, καὶ ἀμυδρὸν βλέπων. Δι. εἶτα τοιοῦτος ὤν, ζῆν ἤθελες; Πτω. ναί. Ἠδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς. καὶ τὸ τεθνάναι, δεινὸν καὶ φευκτέον. Δι. παραπαίεις, ὦ γέρων, καὶ μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρεὼν, καὶ ταῦτα, ἡλικιώτης ὢν τῆς πορθμέως. τί οὖν ἄν τις ἔτι λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπότε οἱ τηλικοῦτοι

liquo vitæ tenentur? Istum igitur decrepitum interrogare lubet: Quid ploras, heus tu, tam prouecta ætate mortuus? Quid indignaris, bone vir, præsertim cùm senex huc adueneris? Eccubi rex fuisti? MEND. *Haudquaquam.* DIOG. *Verùm satrapa.* MEND. *Neque hoc.* DIOG. *Num igitur diues fuisti, ideòque malè te habet, quòd relictis multis delicijs ac voluptatibus mori coactus fueris?* MEND. *Nihil tale: sed annos quidem circiter nonaginta natus fui, vitam autem difficilem egi, arundine & linea victum quæritans, vltra modum egenus ac pauper, liberis carens, & prætereà claudus quoque, & parùm oculis videns.* DIOG. *Et viuere cupiebas, cùm talis esses?* MEND. *Certè quidem. dulcis enim erat lux: mori autem graue & horrendum.* DIOG. *Deliras, ô senex, & iuueniliter te geris erga necessitatem: & hoc, cùm sis coæqualis portitori huic. Proinde quid iam de adolescentibus dicamus, quando etiam decre-*

κοῦτοι φιλόζωοι εἰσὶν, οὓς ἐχρῆν διώκειν τὸν θάνατον, ὡς τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φαρμακον; ἀλλ' ἀπίωμεν, μὴ καί τις ἡμᾶς ὑπίδηται, ὡς ἀπόδρασιν βουλεύοντας, ὁρῶν περὶ τὸ στόμιον εἱλουμένους.

piti isti tantopere viuere cupiunt, quos decebat ipsam mortem etiam consectari, tanquam remediũ quoddam eorum malorum quæ secum fert senectus? Sed abeamus iam, ne quis & nos suspicetur tales esse, qui hinc aufugere cupiamus, quando circa fauces hic nos oberrare viderit.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a NAM Arsaces.] *De Arsace Medorum præfecto, qui à Thrace pedite vnà cum equo suffossus fuit. Tale quoddam certamen peditis cum equite describitur in Commentarijs Cæsaris lib.4. vt videre possit vnusquisque, quomodo à peditibus suffoderentur equi.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς καὶ ἐρωτηματικός.

Tænarias adeunt fauces & limina nigra,
Vt spectent ducat quos ibi Atlantiades.
Quisq; suos narrat comites: quos inter habetur
Pauper, qui vitæ stamina longa petit.

OMNIVM nunc.] *Occasio.* Cur non obsecro.] *Hortatio.* Recta ad.] *A` loco.* Vt ibi spectemus.] *A` causa.* Eamus.] *Assensus.* Etenim.] *Ratio à iucundo* κατὰ μερισμόν. Ego verò exponam.] προέκθεσις ἢ ὑπόσχεσις. Exponas licet.] ἀξίωσις. Tum alij multi.] ἔκθεσις κατὰ πρόσληψιν. Ismenodorus ille.] τὸ πρόσωπον ὡρισμένον. A` latronibus.] *Mortis genus.* Circa Citheronem.] *Locus.*

Quando

Quando Eleusinum.] *Tempus.* Et gemebat.] τὰ πραχθέντα. Arsaces autem.] *Secunda pars de Arsace.* Nam Arsaces.] ἡ μάχη. Thrax.] *Narratio luminosa.* Ille quidem cursu.] ὁ τρόπος. Contum quendam.] *Modi luculenta descriptio.* Intelligis nimirum.] *Conclusio.* Veruntamen.] ἐπάνοδος μετὰ τὴν ἀποπλάνησιν. Et ego porró.] *Interfatio Antisthenis, per narrationem.* Tu quidem.] *Diogenis narratio.* Ac Damidi quidem.] *Capita orationis suæ ad singulos habitæ.* Tu verò Acarnan.] ἀποστροφή. Qui hostes quidem.] *Comparatio ab indigno.* Verùm mihi quidem.] τὸ ἐκβαὶ ἡδύ. Sed iam circa.] *Ambulationis finis.* Papæ.] θαύμασις. Quid ploras.] ἐρώτησις. Quid indignaris.] *Multiplex sciscitatio.* Nihil tale.] *Responsio negans.* Sed annos.] *Affirmatio, & narratio.* Mori autem graue.] ἀντίθεσις. Deliras.] ἐπιτήμησις. Proinde quid iam.] θέσις παραινετική. Sed abeamus.] *Conclusio.*

ΑΙΑΝΤΟΣ ΚΑΙ Αγαμέμνονος.

AIACIS ET AGAmemnonis.

Iacobo Micyllo interprete.

AGAMEMNON.

Εἰ σὺ μανεὶς, ὦ Αἶαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὸν Ὀδυσσέα; καὶ πρώην ὅτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἧκε μαντευσόμενος, ὅτε προσειπεῖν ἠξίωσας ἄνδρα συστρατιώτην, καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνων, παρῆλθες.

SI tu, dum furore correptus fuisti, [a] *Aiax: te ipsum interfecisti: nos autem cunctos etiam membris, vt putabas, detruncatis, deformâsti: quid quæso Vlyssem accusas? Ac paulò antè neque aspicere ipsum voluisti, cùm venisset huc vates cõsulturus: neq; alioqui dignatus es virum commilitonem ac socium: sed superbè admodum ac grandi incedens gres-*

ρῦλθες. Αἴ. εἰκότως, ὦ Αγάμεμνον. αὐτὸς γάρ μοι τῆς μανίας αἴτιος κατέστη, μόνος ἀντεξετασθεὶς ἐπὶ τοῖς ὅπλοις. Αγ. ἠξίους δὴ ἀνανταγώνιστος εἶναι, καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν ἁπάντων; Αἴ. ναὶ, τάγε τοιαῦτα· οἰκεία γάρ μοι ἦν ἡ πανοπλία, τοῦ ἀνεψιοῦ γε ὄντος. καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, πολὺ ἀμείνους ὄντες, ἀπείπασθε τὸν ἀγῶνα, καὶ πρεχωρήσατέ μοι τῶν ἄθλων. ὁ δὲ Λαέρτου, ὃν ἐγὼ πολλάκις ἔσωσα, κινδυνεύοντα κατακεκόφθαι ὑπὸ τῶν Φρυγῶν, ἀμείνων ἠξίου εἶναι, καὶ ἐπιτηδειότερος ἔχειν τὰ ὅπλα. Αγ. αἰτιῶ τοιγαροῦν, ὦ γενναῖε, τὴν Θέτιν, ἣ δέον σοι τὴν κληρονομίαν τῶν ὅπλων παραδιδόναι, συγγενεῖ γε ὄντι φέρουσα, ἐς τὸ κοινὸν κατέθετο αὐτά. Αἴ. οὔκ, ἀλλὰ τὴν Οδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος. Αγ. συγγνώμη, ὦ Αἶαν,

su præterîsti. AIAX. *Meritò Agamemnon. Ille enim mihi furoris huius author extitit, vt qui solus mecum pro armis iudicio contendere ausus fuerit.* AGA. *An verò dignum censebas te, qui absque aduersario, atque absque puluere, vt dicitur, superares omnes?* AIAX. *Quid ni in tali vtique causa? Nam armatura ea cognitionis quodam iure ad me pertinebat, cùm fratris mei patruelis certè fuerit. Deinde vos cæteri, qui multò quàm ille præstantiores eratis, detrectâstis certamen, & cessistis mihi arma: iste autem* [b] *Laërtæ filius, quem ego non semel in summo periculo seruaui, cùm iam à Troianis propè concideretur, melior esse me voluit, ac dignior qui armis illis potiretur.* AGA. *Accusa igitur, ô generose,* [c] *Thetim, quæ cùm tibi debuisset armorum successionem ac hæreditatem, vtpotè cognato, tradere, in medium allata illa posuit.* AIAX. *Haudquaquam, sed Vlyssem, vt qui solus sese mihi opposuerit.* AGA. *Ignoscendũ.*

Aiax,

Αἶαν, εἰ ἄνθρωπος ὢν ὠρέχθη δόξης, ἡδίστου πράγματος, ὑπὲρ οὗ καὶ ἡμῶν ἕκαστος κινδυνεύειν ὑπομένει, ἐπεὶ καὶ ἐκράτισέ τοῦ, καὶ ταῦτα παρὰ Τρωσὶ δικασταῖς. Αἴ. οἶδα ἐγὼ ἥ τις μου κατεδίκασεν· ἀλλ' οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν. τὸν γοῦν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην, ὦ Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι.

Aiax, est, si homo cùm esset, appetiuit [d] *gloriã, rem dulcissimam, cuius gratia etiam nostrûm quilibet obire pericula sustinet : præcipuè quando & vicit te postea, & hoc Troianis ipsis iudicibus.* AIAX. *Noui ego quæ me damnârit, sed fas non est de dijs aliquid dicere. Vlyssem igitur aliud quàm odisse non possum, Agamemnon, non si mihi ipsa Minerua hoc imperet.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a AIAX.] *Post Achillem præstantissimi Græcorum fuêre apud Troiam, Aiax & Vlysses, id quod passim Homerus in sua Iliade docet. Lege apud Ouidium lib. 3. Metamorph. orationes contrarias Aiacis & Vlyssis pro armis Achillis contendentium. Duo fuêre Aiaces furiosi, alter amore, alter ira: de quibus Plutarchus in vita Sertorij. Hic adeò grauiter tulisse legitur, Vlyssem sibi prælatum in capessenda successione armorum Achillis, vt præ dolore in insaniam versus sit. itaque gladio districto in gregẽ pecorum insilijt, existimans sese Græcorũ copias cædere. Tũ duos quosdã maximos sues à trabe suspensos, flagris cæcidit, arbitrãs hos esse Agamemnonẽ & Vlyssem, quorum alteri vt iudici, alteri vt victori potissimùm erat iratus. Deinde postquam resipuisset, partim pudore, partim metu sibi mortẽ consciuit.* *b* Laërtę filius.] *Vlysses, qui ab eo Laërtiades dicitur.* *c* Thetin.] *Achillis matrẽ, ex Peleo Aeaci filio.* *d* Gloriam.]

riam.] *Insignis enim gloria non nisi magnis periculis contingit. Neque triumphum egit quisquam, qui non sit ausus Martis euentum experiri. Omnes enim qui maximo ingenio præditi sunt, stimulis gloriæ concitati, res præclaras aggrediuntur. Gloria nihil est in rebus humanis pulchrius, nihil dulcius & amabilius, nihil cum virtutis altitudine copulatius.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Κατηγορητικὸς, καὶ ἀπολογητικός.

Ausus quòd pro armis Aiaci congredi Vlysses,
Iudicio captus ille furore fuit:
Idcirco semper contemnens odit Vlysses,
Nec Thetidos culpam cæruleæ esse putat.

SI tu dum furore.] κατηγορία αὐτικατηγορητική. Meritó.] ἀντέγκλημα. An verò dignum.] *Obiectio.* Quid ni.] *Responsio.* Nam armatura.] *Ratio à iusto, & ἀφήγησις.* Accusa igitur.] *Regestio.* Haudquaquam.] *Inficiatio.* Ignoscendum est.] παραίνεσις θετική. Sed fas non est.] *Præcisio.* Vlyssem igitur.] *Conclusio.*

ΜΙΝΩΟΣ ΚΑΙ ΣΟστράτου.

MINOIS ET SOstrati.

Iacobo Micyllo interprete.

MINOS.

Ο Μὲν λῃστὴς οὗτος Σώστρατος, ἐς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω. ὁ δ' ἱερόσυλος ὑπὸ τῆς Χιμαίρας δασπασθήτω. ὁ δὲ τύραννος, ὦ Ερμῆ, παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀπαθεὶς, ὑπὸ τῶν γυπῶν μειρέσθω καὶ αὐτὸς τὸ ἧπαρ.

PRædo hic quidem Sostratus in Pyriphlegethontem præcipitetur, sacrilegus autem ille à Chimæra discerpatur: tyrannus verò iste, Mercuri, iuxta Tityum in longum extentus, arrodendum & ipse hepar præbeat vulturibus.

Vos

ὑμεῖς δ' οἱ ἀγαθοὶ, ἄπιτε κατὰ τάχος ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, καὶ τὰς Μακάρων νήσους κατοικεῖτε, ἀνθ' ὧν δίκαια ἐποιεῖτε πρὰ τῆς βίου. Σώ. ἄκουσον, ὦ Μίνως, εἴ σοι δίκαια δόξω λέγειν. Μί. νῦν ἀκούσω αὖθις; οὐ γὰρ ἐξελήλεγξαι, ὦ Σώστρατε, πονηρὸς ὤν, καὶ τοσούτους ἀπεκτονώς; Σώ. ἐλήλεγμαι μὲν, ἀλλ' ὅρα εἰ δικαίως κολασθήσομαι. Μί. καὶ πάνυ, εἴγε ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν δίκαιον. Σώ. ὅμως ἀπόκριναί μου, ὦ Μίνως· βραχὺ γάρ τι ἐρήσομαί σε. Μί. λέγε, μὴ μακρὰ μόνον, ὅπως καὶ τοὺς ἄλλους δακρίνομεν ἤδη. Σώ. ὁπόσα ἔπραττον ἐν τῷ βίῳ, πότερα ἑκὼν ἔπραττον, ἢ ἐπεκέκλωστό μοι ὑπὸ τῆς Μοίρας; Μί. ὑπὸ τῆς Μοίρας δηλαδή. Σώ. οὐκοῦν καὶ οἱ χρηστοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ πονηροὶ δοκοῦντες ὑμεῖς, ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες, ταῦτα δρῶμεν. Μί. ναί, τῇ Κλωθοῖ, ἢ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρα-

Vos autē boni ac probi, abite quàm celeriter in campū Elysium, insulasq; beatorum habitate, pro ijs quæ rectè ac iustè in vita fecistis. SOS. *Audi, ô Minos, num tibi iusta dicere videar.* MIN. *An ego denuò nunc audiam? An non conuictus es, Sostrate, quòd & malus fueris, & tam multos occideris?* SOS. *Conuictus quidem fui, sed vide num iustè ob id supplicio afficiar.* MIN. *Atque admodum, si modò id iustum est, pro merito quemque suo pœnam dependere.* SOS. *Attamen responde mihi, ô Minos. breue enim quiddam interrogabo te.* MIN. *Dic, sed ne prolixè modò: quò deinceps & cæteros dijudicare possimus.* SOSTR. *Quæcunque in vita egi, vtrum volens ea feci, an ita à Parca agglomeratum mihi fuit?* MIN. *A' Parca scilicet.* SOS. *Proinde & boni pariter omnes, & nos qui mali videmur, eadem agimus, dum illi obsecundamus.* MIN. *Ita profectò, Clotho videlicet, illi parentes: quæ vnicuique iniungit, cùm primùm natus est: quæ agen-*

πρακτέα. Σώ. εἰ οὖν τις ἀναγκασθεὶς ὑπ' ἄλλου φονεύσειέν τινα, οὐ δυνάμενος ἀντιλέγειν ἐκείνῳ, βιαζόμενος οἷον δήμιος ἢ δορυφόρος, ὁ μὲν δικαστῇ πεισθεὶς, ὁ δὲ τυράννῳ, τίνα αἰτιάσῃ τοῦ φόνου; Μί. δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν, ἢ τὸν τύραννον, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό· ὑπηρετεῖ γὰρ τοῦτο, ὄργανον ὂν πρὸς τὸν θυμὸν, τοῦ πρώτως πρᾶσχόντι τὴν αἰτίαν. Σώ. εὖγε, ὦ Μίνως, ὅτι καὶ ἐπιδαψιλεύῃ τοῦ παραδείγματι. ἢν δέ τις ἀποστείλαντος τοῦ δεσπότου, ἥκῃ αὐτὸς, χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων, τίνι τὴν χαρὶν ἰστέον, ἢ τίνα εὐεργέτην ἀναγραπτέον; Μί. τὸν πέμψαντα, ὦ Σώστρατε· διάκονος γὰρ ὁ κομίσας ἦν. Σώ. οὐκοῦν ὁρᾷς πῶς ἄδικα ποιεῖς, κολάζων ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους ᾧ ἡ Κλωθὼ προσέταττε, καὶ τούτους τιμῶν

agenda ipsi sunt. SOST. Si quis igitur vi compulsus ab alio, occiderit aliquem, cùm non possit illi contradicere à quo compellitur, vt verbi gratia, si carnifex aut satelles quispiam alter iudici parendo, alter tyranno, quémnam cædis istius reum ages? MIN. Quem alium, nisi iudicem aut tyrannum: quoniam neque ipsum gladium accusare possumus: subseruit enim hic tanquam instrumentum quoddam, animis atque furori accommodatus illius qui primò causam hanc præbuit. SOST. Rectè sanè, ô Minos. laudo quòd hæc etiam exemplo quasi quodam auctario locupletas. Si quis autem mittente hero veniat ipse, aurum vel argentum afferens, vtrínam ea gratia haberi debet, aut vtri beneficium hoc acceptum referendum est? MIN. Ei qui misit, Sostrate: nam ille qui attulit, minister tantùm fuit. SOSTR. Vidésne igitur quàm iniusta facis, dum supplicio afficis nos, qui ministri tantùm fuimus eorum, quæ Clotho nobis imperauit: & rursum, dum

μῶν τοὺς δακονησαμένους ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν, ὡς ἀντιλέγειν δυνατὸν ἦν τοῖς μετὰ παίσης ἀνάγκης προστεταγμένοις. Μί. ὦ Σώστρατε, πολλὰ ἴδοις ἂν καὶ ἄλλα οὐ κατὰ λόγον γινόμενα, εἰ ἀκριβῶς ἐξετάζοις· πλὴν ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀπλαύσεις τῆς ἐπερωτήσεως, διότι οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφιστής τις εἶναι δοκεῖς. ἀπόλυσον αὐτὸν, ὦ Ερμῆ, καὶ μηκέτι κολαζέσθω. ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾷν τὰ ὅμοια διδάξῃς.

dum honore prosequeris eos qui in alienis bonis veluti dispensatores quosdam sese gesserunt? Non enim illud dicere quisquam poterit, quòd contradicere, aut imperata detrectare, licitum fuerit in ijs quæ cum omni prorsum vi ac necessitate imperata fuêre. MIN. *Multa, ô Sostrate, & alia videas, licet minimè secundum rationem fieri, si diligenter expendas. veruntamen tu ex hac quæstione hoc boni consequêris, quandoquidem non prædo solùm, verumetiam Sophista quidam esse videris: Solue ipsum, Mercuri, néve deinceps ampliùs puniatur. Cæterùm illud vide, ne & cæteros manes similia interrogare doceas.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

HVius Sostrati idem Lucianus meminit in Alexandro Pseudomãte, & inter sceleribus nobilitatos annumerat. Hic Prædo habetur, & suæ nequitiæ conuictus peccatorum causam in fatum transfert.

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Disputatorius, Num iure puniantur sontes. locus communis de Stoico fato: Si fatali necessitate omnia peraguntur, immeritò puniuntur sontes.

Iudicium expectant Minois, qui periêre,
Quorum de vita iudicat atq; statu.
Sostratus excusat facinus, fatoq; coactum
Se dicit, quicquid fecerit vsq; mali.

PRAEDO hic.] πρόσταξις κατακρίσεως. Vos autem boni.] ἀποστροφὴ *ad bonos & probos, quos beatos esse vult.* Audi, ô Minos.] Ἀξίωσις *ad defensionem.* An ego denuó.] *Recusatio.* An non conuictus es.] κατηγορία, καὶ τὸ ἔγκλημα. Conuictus quidem fui.] παρομολογία, *confessio facti.* Sed vide num iusté.] *Asseueratio ex defensione.* Attamen responde mihi.] ἀπαίτησις τῆς ἀποκρίσεως. Dic, sed ne prolixé.] *Permissio conditionalis.* Quæcunque in vita egi.] πρότασις διαλεκτικὴ κατὰ δίλημμα. A' Parca scilicet.] ἀπόκρισις μεταστατικὴ *ex causis.* Rectè sanè, ô Minos.] ἐπίκρισις. Si quis autem mittente hero.] *Aliud simile* τῆς σωκρατικῆς ἐπαγωγῆς. Et qui misit.] *Responsio Minois ad* ἐπερώτησιν. Nam ille qui attulit.] *Conclusio.* Vidésne igitur.] μετάστασις σωικὴ εἰς τὴν μοῖραν. Et rursum.] *Altera pars.* Non enim illud.] αἰτιολογία. Multa, ô Sostrate.] ἐπίλογος. Veruntamen tu] τὰ ἐκβαύτα. Solue ipsum.] πρόσταξις.

ΠΕΡΙ ΘΥΣΙΩΝ. *DE SACRIFICIIS.*

Erasmo Roterodamo interprete.



Μὲν γὰρ ἐν ταῖς θυσίαις οἱ μαλταιοὶ πράττουσι, καὶ ταῖς ἑορταῖς καὶ προσόδοις τῶν θεῶν,



Nimuero [a] *si quis recensere velit quæ stultissimi mortales factitãt in sacris, in festis diebus, in adeũdis salutãdisq; dijs,*

θεῶν, καὶ ἃ αἰτοῦσι, καὶ ἃ εὔχονται, καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, οὐκ οἶδα εἴ τις οὕτω κατηφὴς ἐστι, καὶ λελυπημένος, ὅς τις οὐ γελάσεται, τὴν ἀβελτηρίαν ἐπιβλέψας τῶν δρωμένων. καὶ πολύ γε, οἶμαι, πρότερον τοῦ γελᾶν πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάσει, πότερον ἐνσεβεῖς αὐτοὺς χρὴ καλεῖν, ἢ τοὐναντίον θεοῖς ἐχθροὺς, καὶ κακοδαίμονας, οἵγε οὕτω ταπεινὸν, καὶ ἀγεννὲς τὸ θεῖον ὑπειλήφασιν, ὥστε εἶναι ἀνθρώπων ἐνδεὲς, καὶ κολακευόμενον ἥδεσθαι, καὶ ἀγανακτεῖν ἀμελούμενον. τὰ γοῦν Αἰτωλικὰ πάθη, καὶ τὰς τῶν Καλυδωνίων συμφορὰς, καὶ τοὺς τοσούτους φόνους, καὶ τὴν Μελεάγρου διάλυσιν, πάντα ταῦτα ἔργα φασὶν εἶναι τῆς Ἀρτέμιδος, μεμψιμοιρούσης ὅτι μὴ παρελήφθη πρὸς τὴν θυσίαν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως. οὕτως ἄρα βαθέως καθίκετο αὐτῆς ἡ τῶν ἱερείων δαμαρτία· καί

dijs tum quas res ab illis petant, quæ vota faciant, cuiusmodi sint quæ de illis sentiunt, statuuntq́ : equidem haud scio, sit ne quisquam animo curis ita confecto, vsq; adeò mœsto, quin risurus sit, vbi perpenderit negocij tum absurditatem, tum amentiam. [b] *At multò antè quàm ridere incipiat, opinor secum illud expendet, vtrum pios istos appellari cõueniat, an contrà dijs inimicos, atque infelices, ac Genios malos, qui quidem numen ipsum, rem vsqueadeo humilem atque abiectam existimant esse, vt humanis egeat obsequijs, vtique adulatione capiatur ac gaudeat : rursum vt stomachetur, atque iracundè ferat si negligatur.* [c] *Nam Aetolica illa mala, simulq́ Calydoniorum calamitates, totq́ hominum cædes, ad hæc & Meleagri interitũ, hæc omnia à Diana authore profecta esse prædicant, quæ videlicet grauiter ferret quòd ab Oeneo non esset ad sacrificium adhibita. Vsqueadeò nimirum altè dolor hic animo illius insederat, quòd sacris epulis esset frustrata.*

ἐμοί μοι δοκεῖ ὁρᾷν αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ τότε μόνην, τῶν ἄλλων θεῶν ἐν Οἰνέως πεπορευμένων, δεινὰ ποιοῦσαν, καὶ σχετλιάζουσαν, οἵας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται. τοὺς δ' αὖ Αἰθίοπας, καὶ μακαρίους καὶ τρισευδαίμονας εἴποι τις ἄν, εἴγε ἀπομνημονεύοι τὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Ζεύς, ἣν ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρὸς αὐτὸν ἐπεδείξαντο, δώδεκα ἑξῆς ἡμέρας ἑστιάσαντες, καὶ ταῦτα, ἐπαγόμενον καὶ τοὺς ἄλλους θεούς. οὕτως οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ἀμισθὶ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν, ἀλλὰ πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθά. καὶ ἔνεστι πρίασθαι παρ' αὐτῶν, τὸν μὲν ὑγιαίνειν, εἰ τύχοι, βοιδίου· τὸν δὲ πλουτεῖν, βοῶν τεττάρων· τὸν δὲ βασιλεύειν, ἑκατόμβης· τὸν δὲ σῶον ἐπανελθεῖν ἐξ Ἰλίου ἐς Πύλον, ταύρων ἐννέα· καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος ἐς Ἴλιον διαπλεῦσαι, παρθένου βασιλικῆς. ὁ μὲν γὰρ ἑκατόμβη, τὸ μὴ ἁλῶναι τότε τὴν πόλιν

Quin illam iam mihi videre videor, vt erat id temporis, in cœlo solitariam, reliquis dijs ad Oenei conuiuiū profectis foras, miseris modis gerentem sese, ac miserabiliter eiulantem, quòd ab eiusmodi festo esset abfutura. Contrà Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis felices quis dixerit, si modò Iupiter illis gratiam referret pro humanitate quam in initio poëmatis Homerici in ipsum exhibuerant, duodecim perpetuos dies epulis acceptum, idq; quum reliquis etiam dijs comitatus ad conuiuium veniret.[d] *Vsque adeò nihil, vt apparet, quicquid faciunt illi, gratis faciunt: verùm sua bona vendunt mortalibus: atq; emere quidem ab illis licet omnia, puta bonam valetudinē bucula, diuitias bobus quatuor, tum regnum bobus centum: prætereà sospitem ab Troia in Pylum reditum tauris nouem, iam ex Aulide ad Ilium transmittendi facultatem regia puella. Nam alius quidam, ne id temporis*

vrbs

πὶρ ἐπείαζε παρὰ τ Αθλωᾶς, βοῶν ἀώδεκα, καὶ πέπλου. ἀκάζεται δὲ χρὴ ποτὰ ἐνν καὶ ἀλεκτρυόνος, καὶ στεφάνου, καὶ λιβάνου μόνα παρ' αὐτοῖς ὤνια. ταῦτα ἦ, οἶμαι, καὶ Χρύσης ἐπισάμενος, ἅτε ἱερεὺς καὶ γέρων καὶ ἅτε θεᾶ σοφὸς, ἐπεὶ ἄπρακτος ἀπίοι παρὰ τ Αγαμέμνονος, ὡς ἂν καὶ πεπλανεύσας τῶ Απόλλωνι πολὺ χάειν, δικαιολογᾶται, καὶ ἀπαίτα πολὺ ἀμοιβὴν, καὶ μόνον ὀκ ὀναδίζει λέγων, ὦ βέλτιστε Απόλλον, ἐγὼ μέγας τ νεὼν, τέως ἀστεφάνωτον ὄντα, πολλάκις ἐστεφάνωσα, καὶ σαυτᾶ δὲ μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τ βωμῶν, σὺ δ' ἀμελεῖς μου τοιαῦτα πονηθέντος, καὶ παρ' ὐδὲν τίθεσαι τὸν ὠνὴν ἐτίσω. δίκαιον γὰρ ἔστω σε κατὰ δύσπηνον αὐτὸν ἐκ τῶν λόγων, ὅστις ἀρπασάμενος τὰ τόξα, καὶ ὑπὲρ τῶν νεῶν καθίσας ἑαυτ καταστόξευσε τῶ λοιμῶ τὸς Αχαιὸς, αὐτοῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν. *vrbs caperetur, à Minerua mercato est bobus duodecim, ac peplo. Verisimile est autē esse prætereà quædā, quæ vel gallo, vel corolla, vel solo thure ab illis redimi queant.* e *Hæc igitur quū non ignoraret, opinor, Chryses ille, vtpotè tum sacerdos, tum senex, diuinarumq; rerū egregiè peritus, posteaquā re infecta rediisset ab Agamemnone, tanquā qui pridem Apollini mutuum dedisset beneficium, ita nūc imputat ac reposcit vicem, quin conuiciatur etiam propemodum, nempe quum sic ait: Equidē, Apollo egregie, templum tuū, quū id temporis adhuc esset incoronatū, sæpenumerò coronis ornaui, deinde tam multas tibi in aris adoleui coxas taurorum pariter atq; caprarum: at tu contrà me negligis, quum huiusmodi patiar iniurias, proq; nihilo ducis hominem bene de te meritum. Qua quidē oratione in tantum ille pudefactus est, vt protinus arrepto arcu, ac supra nauium stationem sese collocans, pestem in Græcorum copias iacularetur, ne mulis quidem & canibus intactis.*

ἐπεὶ δ' ἅπαξ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐμνήσθην, βούλομαι καὶ τἆλλα εἰπεῖν, ἃ περὶ αὐτοῦ οἱ σοφοὶ τῶν ἀνθρώπων λέγουσιν. οὐχ ὅσα περὶ τοὺς ἔρωτας ἐδυστύχησεν, οὐδὲ τοῦ Υακίνθου τὸν φόνον, οὐδὲ τῆς Δάφνης τὴν ὑπεροψίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ καταδικασθεὶς ἐπὶ τῶν τῶν Κυκλώπων θανάτῳ, καὶ ἀξοστρακισθεὶς διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεπέμφθη ἐς γῆν, ἀνθρωπίνῃ χρησόμενος τῇ τύχῃ. ὅτε δὴ καὶ ἐθήτευσεν ἐν Θετταλίᾳ παρ' Ἀδμήτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ παρὰ Λαομέδοντι, παρὰ τούτῳ μέν γε οὐ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ποσειδῶνος, ἀμφότεροι πλινθεύοντες ὑπ' ἀπορείας, καὶ ἐργαζόμενοι ἐς τὸ τεῖχος· καὶ οὐδὲ ἐντελοῦ τὸν μισθὸν ἐκομίσαντο παρὰ τοῦ Φρυγὸς, ἀλλὰ προσῶφλεν αὐτοῖς πλέον, ἢ τριάκοντά, φασι, δραχμὰς Τρωϊκάς. ἢ γὰρ οὐ ταῦτα σεμνολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν, καὶ πολὺ τούτων ἱερώτερα περί τε Ἡφαίστου καὶ Προμηθέως, καὶ Κρόνου καὶ

f *Sed quoniam de Apolline incidit mentio, referam de eodem & alia quæ de illo sapientes isti tradunt: non illa quidē, quoties, quàm infeliciter amârit: non Hyacinthi cædem, neq; Daphnes superbiam: verùm, quemadmodū damnatus etiā fuerit, & ob Cyclopes interfectos in exilium exactus. Vnde factū, vt è cœlo in terrā demitteretur, humana iam sorte vsurus, nostrisq; malis factus obnoxius. Prætereà aūt, quemadmodū in Thessalia mercenariā operam suā locârit apud Admetū, tum itē 8 in Phrygia apud Laomedontē: atq; apud hunc quidē haud solus, verùm cū Neptuno, quū ambo propter egestatem lateres componerent, inq; construēdis mœnibus operā præstarēt. Ac ne mercedē quidē solidam à Phryge illo tulerūt, verùm debebat illis adhuc de summa, vt ferūt, plus triginta drachmas Troiani nomismatis. Quid enim? An non hæc in Deorum honorem fabulantur poëtæ? atque his etiam multò diuiniora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rhea,*

Ρίας, καὶ σχεδὸν ὅλης τῆς τῶ Διὸς οἰκίας, καὶ ταῦτα, παρακαλέσαντες τὰς Μούσας σωφρόνως ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἐνθουσιῶντες ᾄδομεν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἄδουσιν, ὡς ὁ μὲν Κρόνος, ἐπειδὴ τάχιστα ἐξέστη τοῦ πατρὸς τὴν Οὐρανὸν, ἐβασίλευσε τε ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ τέκνα κατέπιεν, ὥσπερ ὁ Ἀργεῖος Θυέστης· ὕστερον δὲ ὁ Ζεὺς, κλαπεὶς ὑπὸ τῆς Ρέας, ἐποδαμομένης τὸν λίθον, ἐς τὴν Κρήτην ἐκπεθεὶς, ὑπ' Αἰγὸς ἀνετράφη· καθάπερ ὁ Τήλεφος ὑπ' ἐλάφου, καὶ ὁ Πέρσης (κύριος δὲ ὁ πρότερον) ὑπὸ τῆς κυνός. ἔπειτα ἐξελάσας τὸν πατέρα, καὶ ἐς τὸ ἁρμοστήριον καταβαλὼν, αὐτὸς ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας, ὑσάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφήν, κατὰ τὸν Περσῶν τε καὶ Ἀσσυρίων νόμους ἐρωτικὸς δὲ ὢν, καὶ ἐς Ἀφροδίσια μεγαλυνόμενος, ῥᾳδίως ἐνέπλησε πάντων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ἐξ ὁμοτίμων ποιησάμενος

Rhea, deniq; de vniuersa fermè Iouis familia, idq; inuocatis vt adsint canētibus, in exordio poēmatū, Musis: à quibus tandē velut afflati numine, id quod apparet huiusmodi quædā cantant, quēadmodum Saturnus vt primùm Cœlū patrem suū execuisset, ipse in eo regnauerit, deinde [h] liberos suos deuorārit, sicuti ferūt feciſſe & [i] Argiuū illum Thyeſtem. Deinde quemadmodum Iupiter furtim occultatus à Rhea, saxū pueri loco subijciente, in Cretam sit ablegatus, atque inibi [k] à capella nutrice sit alitus: itidē videlicet vt Telephus à cerua. Cyrus Perſa (is qui prior regnauit) à cane narratur enutritus. Poſtea, quemadmodum expulſo patre, atq; in vincula coniecto, ipſe [l] potitus sit imperio. Duxerat autem vxores complureis quidem alias, ſed poſtremo loco [m] Iunonem germanam, [n] idq; iuxta Perſarū & Aſſyriorū inſtitutum. Tum autem quòd eſſet in amores propenſus, atque in Venerem effuſus, facilè [o] cœlum liberis expleuerit. Quorum alios ex suæ ſortis deabus creā-

νος, ἐνίους δὲ καὶ νόθους, ἐκ τῶν θνητοῦ καὶ ἐπιγείου γένους, ἄρτι μὲν ὁ γεννάδας γιγνόμενος χρυσίον, ἄρτι δὲ ταῦρος, ἢ κύκνος, ἢ ἀετὸς, καὶ ὅλως ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως. μόνην δὲ τὴν Αθηνᾶν ἔφυσεν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς, ὑπ' αὐτὸν ἀτεχνῶς τὸν ἐγκέφαλον συλλαβών. τὸν μὲν γὰρ Διόνυσον ἡμιτελῆ, φασιν, ἐκ τῆς μητρὸς ἔτι καιομένης ἁρπάσας, ἐν τῷ μηρῷ φέρων κατώρυξε, κατὰ ἐξέτεμε, τῆς ὠδῖνος ἐνστάσης. ὅμοια δὲ τούτοις καὶ περὶ τῆς Ηρας ᾄδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας, ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι, τὸν Ηφαιστον, οὐ μάλα εὐτυχῆ τοῦτον, ἀλλὰ βάναυσον καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην, καὶ ἐν καπνῷ τὸ πᾶν βιοῦντα καὶ σπινθήρων ἀνάπλεων, οἷα δὴ καμινευτὴν, καὶ οὐδὲ ἄρτιον τὼ πόδε. χωλευθῆναι γὰρ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πτώματος, ὁπότε ἐρρίφθη ὑπὸ τοῦ Διὸς, ἐξ οὐρανοῦ. καὶ

rit : alios contrà nothos ex mortali terrestriq; genere sustulerit, quum interim generosus ille nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut aquilam verteretur: ac in summa plures sibi formas assumeret, ᵖ quàm vel Proteus ipse. Porrò Mineruam è suo ipsius capite progenuit, hanc planè sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum imperfectũ adhuc (vt aiunt) è matre etiamnum conflagrante surreptum, in suum femur illatum defodit : deinde vrgente partu execuit. Nec his dissimilia de Iunone etiam canunt. Nempe hanc ᵠ citra virilem congressum subuentaneo conceptu grauidam, puerum edidisse Vulcanum, atque eum quidem non admodum fortunatum, verũ excusorem ac fabrũ ærarium : quiq; perpetuò tum in igni, tum in fumo versetur, ac scintillis oppletum : quippe cuius ars in fornacibus exerceatur. Tum autem ne pedibus quidem integris. claudicare enim è ruina, quum à Ioue ʳ præceps datus esset è cœlo.

Quòd

καὶ ἄγε μὴ οἱ Λήμνιοι, καλῶς ποιοῦντες, ἔτι φερόμενον αὐτὸν ἐπιλιξάντο ἐτυθύκει ἂν ὑμῖν ὁ Ἡφαιστος, ὥσπερ ὁ Ἀσυάναξ ἀφ' ἧς πύργου καταπεσών. καίτοι μὲν Ἡφαίστου μήτρια, τὸν δὲ Προμηθέα τίς οὐκ οἶδεν οἷα ἔπαθεν, διότι καθ' ὑπερβολὴν φιλάνθρωπος ὢν; καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτον εἰς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς, ἀνεσάυρωσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου, καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ παρακαθίσας, ὃ ἔπαρ ὀνομάζουσι. οὕτως ἦν ἐξετίνεσε τὸν καταδίκην. ῥέα δὲ (καὶ γὰρ ἴσως καὶ ταῦτα ἐπέβη) πῶς οὐκ ἀσχημονεῖ, καὶ γενὰ ποιεῖ, γραῦς ἦδη, καὶ ἔξωρος ὅσα, καὶ τοσούτων μήτηρ θεῶν, παιδίσκας δὲ ἔτι, καὶ ζηλοτυποῦσα, καὶ τὸν Ἄττιν ἐπὶ τῶν λεόντων φέρουσα, καὶ ταῦτα, μηκέτι χρήσιμον εἶναι δυνάμενον; ὡς τί πῶς ἂν ἔτι μεμφοιτό τις ἢ τῇ Ἀφροδίτῃ, ὅτι μοιχεύ-

Quòd ni Lemnij pro sua bonitate eum, dum adhuc ferretur in aëre, suscepissent, perierat nobis Vulcanus, non aliter quàm Astyanax è turri deiectus. Quanquam quæ de Vulcano narrant, toleranda videantur: cæterùm de Prometheo, cui non cognitum est, quàm atrocia sit passus, propterea quòd supra modum humanæ gentis amans fuerit? Siquidem hunc Iupiter in Scythiam deportatum, super Caucasum montem cruci suffixit, adhibita illi aquila, quæ iecur illius assiduè circumroderet. Hic itaque pœnas pendit. Porrò Rhea (nam sunt hæc quoque simul referenda) annon indecorè atque indignè facit? Iam anus quum sit, & ætate exacta, ijsq; rebus intempestiua, deinde tam multorum mater deorum, dum pueros adhuc adamat, eosq; zelotypia prosequitur, dumq; Attin ipsum leonibus secum circumuectat, præsertim quum iam vtilis esse non queat? Itaq; quinam posthac vitio vertat aliquis vel Veneri quòd

μοιχεύεται, ἢ τῇ Σελήνῃ, πρὸς τὸν Ενδυμίωνα κατιούσῃ πολλάκις, ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ; φέρε δὲ ἤδη τούτων ἀφέμενοι τῶν λόγων, ἐς αὐτὸν ἀνέλθωμεν τὸν οὐρανὸν, ποιητικῶς ἀναπτάμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν Ομήρῳ καὶ Ησιόδῳ ὁδὸν, καὶ θεασώμεθα ὅπως ἕκαστον διακεκόσμηται τῶν ἄνω. καὶ ὅτι μὲν χαλκοῦς ἐστι τὰ ἔξω, καὶ πρὸ ἡμῶν τοῦ Ομήρου λέγοντος ἠκούσαμεν. ὑπερβάντι δὲ καὶ ἀνακύψαντι μικρὸν ἐς τὸ ἄνω, καὶ ἀτεχνῶς ἐπὶ τοῦ νώτου γενομένῳ, φῶς τε λαμπρότερον φαίνεται καὶ ἥλιος καθαρώτερος, καὶ ἄστρα διαυγέστερα, καὶ τὸ πᾶν, ἡμέρα, καὶ χρυσοῦν τὸ δάπεδον. ἐσιόντι δὲ πρῶτον μὲν οἰκοῦσιν αἱ Ωραι, πυλωροῦσι γάρ. ἔπειτα δὲ ἡ Ιρις, καὶ ὁ Ερμης, ὄντες ὑπηρέται, καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός. ἑξῆς δὲ τοῦ Ηφαίστου τὸ χαλκεῖον, ἀνάμεστον ἁπάσης τέχνης. μετὰ δὲ αἱ τῶν θεῶν οἰκίαι, καὶ τοῦ Δι-

adulteretur, vel Dianæ quòd ad Endymionem frequenter medio è cursu diuertens descẽdat? Sed age missas faciamus has fabulas: atq; ipsum cœlum conscendamus, poëtico illo more subuolantes: ea nimirum via, quam vnam pariter cum Homero Hesiodus commonstrat, contemplaturi quem in modum singula apud illos sint ordinata. Ac primùm quidem quòd forinsecùs sit ferreum, vel ab Homero, qui id ante nostrã ætatem dixit, audiuimus. Quod si superas, ac sublato paulùm capite sursum aspexeris, ac planè in ipsum quasi dorsum perueneris, ibi simul & lumen apparet candidius, & serenior sol, & astra fulgentiora, nihilq; vsquam oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum vndique aureum. Cæterùm introgredienti, primo loco mansitant [t] Horæ: quippe portas seruant. Post eas Iris, ac Mercurius: vtpote ministri, ac Iouis internuncij. Deinde Vulcani fabrilis officina, omnigeno referta artificio. Postea deorum ædes, ac Iouis

ὃς τὰ βασίλεια, ταῦτα πάντως μιμησάμενος τὸν Ἡφαίστου κατασκευάσαντα. οἱ δὲ θεοὶ παρὰ Διὶ καθήμενοι (πρέπει γάρ, οἶμαι, ἄνω ὄντα μιμεῖσθαι) ἀρκοποῦσιν εἰς τὴν γῆν, καὶ πάντη περιβλέποντες ἐπικύπτοντες, ἔνθεν ὄψονται πῦρ ἀναπτόμενον, ἢ ἀναφερόμενόν τινα ἰνιδυμένον περὶ καπνοῦ. κἂν μὴ θύῃ τις, ὅμως κνίσωνται πάντες, ἐπικεχυνότες τῷ καπνῷ, καὶ τὸ αἷμα πίνοντες, ὥσπερ ἀμυᾶται. ἦν δὲ εἰκόσι θεοῖς ὦσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία τὸ δεῖπνον. πάλαι μὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι συνεστιῶντο, καὶ συνέπινον αὐτοῖς ὁ Ἰξίων καὶ ὁ Τάνταλος. ἐπεὶ δὲ ὕβρεις καὶ λάλοι, ἐκεῖνοι μὲν ἔτι καὶ νῦν κολάζονται: ἄβατος δὲ τοῖς θνητοῖς γέγονε, καὶ ἀπόῤῥητος ὁ οὐρανός. διὸ καὶ ὁ βίος τῶν θεῶν. διαγαρεῖν καὶ οἱ ἄνθρωποι

uis ipsius regia: quæ quidem omnia Vulcanus pulcherrimè fabricatus sit. At verò diÿ iuxta Iouem assidentes (conuenit enim opinor, vt in supernis illis sedibus magno strepitu fastuq; viuatur) in terram despiciunt & quoquouersum intento capite circūspectant, sicunde [u] subuolantem ignē videant, aut nidorem in aëre surgentem, circaquē fumum rotantem sese. Quòd si quis fortè sacrum faciat, epulantur omnes fumo inhiantes, ac muscarum in morem sanguinem exugentes, circum aras effusum. Alioqui si domi cibum capiant, nectare atque ambrosia victitant. Nam olim homines etiam ab illis in conuiuium sunt adhibiti, vnaquē cum eis potârunt, [x] nempe Ixion, [y] Tantalus: verùm illi quoniam vim & raptum pararent, essentq; futiles & garruli, ob id in

hunc quoq; diem pœnas luunt. Porrò reliquo mortalium generi cœlum iam inaccessum est, atq; occultū. Et in hunc quidem modum viuitur à diÿs. Proinde videlicet etiam morta-

ποι συνῳδὰ τοῦτοις, καὶ ἀκόλουθα περὶ τὰς θρησκείας ἐπιτηδεύουσι. καὶ πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο, καὶ ὄρη ἀνέθεσαν, καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν, καὶ τὰ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ θεῷ, μετὰ δὲ νειμάμενοι κατὰ ἔθνη σέβουσι, καὶ πολίτας αὐτῶν ἀπεφαίνουσιν, ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Απόλλω, καὶ ὁ Δήλιος, ὅδε Αθηναῖος τὴν Αθηνᾶν. μαρτυρεῖται γοῦν τὴν οἰκειότητα τῷ ὀνόματι, καὶ τὴν Ηραν ὁ Αργος, καὶ ὁ Μυγδόνιος τὴν Ρέαν, καὶ τὴν Αφροδίτην ὁ Πάφιος. οἱ δ' αὖ Κρῆτες, οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ ταφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσι, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι. καὶ ἡμεῖς ἄρα τοσοῦτον ἠπατώμεθα χρόνον, οἰόμενοι τὸν Δία βροντᾷν τε καὶ ὕειν, καὶ τἆλλα πάντα ἐπιτελεῖν· ὁ δὲ ἐλελήθει πάλαι τεθνεὼς, παρὰ Κρησὶ τεθαμμένος. ἔπειτα δὲ ναοὺς ἐγείραντες, ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι,

les ipsi in colendis illis consimilia quædam, atque istis cõsentanea moliuntur. Nam primùm lucos illis attribuerunt, tum & montes dicârunt, prætereà aues consecrârunt, deinde suam cuique arborem assignârũt. His factis, per regiones illos distributos colunt, eosq; velut in ciuitatem suam receptant, nempe Apollinẽ Delphi Delijq;, Mineruam Athenienses, quæ quidem Græcis Athena dicta, vel ipso vocabulo se ei Reip. familiarem esse testatur. Argiui Iunonẽ: Mygdonij Rheam: Venerem Paphij. [z] *Rursum autem Cretenses Iouem affirmant non modò vixisse apud sese, nutritumq; fuisse: verùm etiam sepulchrum illius ostendunt. At nos scilicet interim tam multis iam seculis fallimur, qui quidem opinemur Iouem tonare, pluere, reliquaq; omnia peragere. Et illud nos latuit, eum iam olim fuisse defunctum, & apud Cretenses sepultum. Deinde verò phanis in honorem illorum erectis, ne tectis videli-*

ἔοικοι, μὴ ἀνίσοι δὲ θεῶν ὦσιν, εἰκόνας αὐτῶν ἀπεικάζουσι, παρακαλέσαντες ἢ Πραξιτέλη, ἢ Πολύκλειτον, ἢ Φειδίαν· οἱ δέ, ὃκ οἶδ' ὅπως ἰδόντες, ἀναπλάττουσι γραπτὸν μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν ἀγένειον, καὶ Ποσειδῶνα μανωκάρηνον, καὶ γλαυκῶπιν τὴν Ἀθηνᾶν. ὅμως δ' ὧν οἱ παλαιότατοι ἐς τὸν νεὼν, ὅτι μὴ ἐξ ἐλέφαντος ἦν τι οἴονται ὁρᾶν, ὅτι τὸ ἐκ τῆς Θράκης μίτακα θεῖον χρυσοῦν, ἀπὸ τὸν Κρόνου καὶ Ῥέας ἐς τόδε γῆς ὑπὸ Φειδίου μετακομισθέν, καὶ τὸν Πισαίων ἐρημίαν ἐπισκοπῆν ἐκκλησάμενον, καὶ ἀγαπῶντα ἐπὶ τούτῳ ὅλων ἐστὶν θύσαι τις αὐτῷ πάρεργον Ὀλυμπίων. θύουσι δὲ βουμὸς καὶ περιῤῥήσεις καὶ στεμῤῥαντήρια, προσάγουσι τὰς θυσίας, βοῦν μὲν ἀροτῆρα ὁ γεωργὸς, ἄρνα δὲ ὁ ποιμὴν, καὶ αἶγα ὁ αἰπόλος, ἐπὶ δὲ τούτοις ἀπὸ τῶν ἀγρῶν ἕκαστος τῶν καρπῶν ἀπαρχὰς, ἐπὶ δὲ τοῖς

ἀπόλ, ὁ δέ τις λιβανωτὸν
ἢ πόπανον. ὁ δὲ πένης ἱλάσ=
το τὸν θεὸν, φιλήσας μόνον
πρὸς αὐτῆ δεξιάν. ἀλλ' οἴγε
θύοντες (ἐπ' ἐκείνες γὰρ ἐπά=
νειμι) στεφανώσαντες τὸ ἱερεῖον,
καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετά=
σαντες εἰ ἐντελὲς ἔη, ἵνα μη=
δὲ τῶν ἀχρήστων τι ἐατισφάτ=
τωσι, προσάγουσι τῷ βωμῷ,
καὶ φονεύσιν ἐν ὀφθαλ=
μοῖς τῦ θεῦ, γόερόν τι μυκώ=
μενον, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς ἐφη=
μῶν καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ
θυσίᾳ ἐπαυλῶν. τίς δὲ ἂν ἐ=
πάσειεν ἥδεσθαι ταῦθ' ὁρῶν=
τας τοὺς θεούς; καὶ τὸ μὴ πρό=
γραμμα φησὶ μὴ παιεύειν
πρὸ πιερέαντης είων, ὅσις
μὴ καθαρός ὄτι τὰς χέρας. ὁ
δ' ἱερεὺς αὐτὸς ἔσηκεν ἡμαγ=
μένος, καὶ ὅσπερ ὁ Κύκλωψ
ἐκεῖνος, ἀναλίμνων, καὶ λὰ ἔγ=
καλα ἐξαίρων, καὶ καρδιοπα=
πῶν, καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ πε=
σχέων, καὶ τί γὰρ ἂν ἀσεβὲς
ἐπιτελῶν; ἐπὶ πᾶσι δὲ πῦρ

caprarius. Est qui thus, est qui placentulam offerat. At si quis pauper, is ita deo litat, vt dextram duntaxat suam ipsius exosculetur. Iam verò quum immolant (nam ad illos redeo) primùm sertis coronant pecudem, multoq; antè explorant num legitima sit, & sacris idonea, ne quid fortè mactent ex his quæ religio repudiat: deinde ad aram applicant, ac sub oculis dei iugulant, flebile quiddam emugientem, beneque (sicuti licet conijcere) ominatam, denique voce iam leuiore ad sacri tibias respondentem. C Quis verò non facilè coniecter gaudere deos, quum ista spectent? Quin & in frontispicio posita scriptura denunciat, ne quis intra pura vasa consistat, qui manibus sit impuris. Atqui sacrificus ipse sanguine fœdatus, neque aliter quàm Cyclops ille pecudem incîdit, intestina educit, cor euellit, cruorem aræ circumfundit, & quid tandem non obiens peragens; quod ad pietatem, sacrorumq; ritum pertineat? Post omnia demum incenso igni, capram

ἀνακαύσας, ἐπίθηκε φέρων αὐτῇ λοιπὰ πλὴν αἶγα, μὴ αὐτοῖς ἐείοις τὸ πρόβατον. ἢν δ' ἐνίοτε θυσπέσι & κοὴ ἐπροπίπτῃς χωρεῖ ἄνω, καὶ ἐς αὐτὸν τ' οὐρανὸν ἀποσκίδναται πρῆμα. ὁ μὲν γε Σκύθης, καὶ πάσας τὰς θυσίας ἀφεὶς, καὶ ἀγησάμενος ταπεινὰς, αὐτὸς ἀνθρώπους τῇ Ἀρτέμιδι παείσησι, καὶ οὕτω ποιῶν ἀρίσκει τῇ θεῷ. ταῦτα μὲν ἴσως μύθια, καὶ τὰ ὑπ' Ἀσσυρίων γιγνόμενα, καὶ ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν. ἢν δ' ἐς πλὼ Αἴγυπτον ἔλθῃς, τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σμικὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τοῦ οὐρανοῦ, λειοπρόσωπον μὲν τὸν Δία, λιωπρόσωπον δὲ τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν, καὶ τὸν Πᾶνα ὅλον τράγον, καὶ ἴβιν τινὰ καὶ λιροκόδειλον ἕτερον καὶ πίθηκον. ἐπὶ δ' ἐθέλοις καὶ ταῦτα λαμπρὰ, ὄφρ' ἢν ἐ δῇς, ἀκόσῃ πολλῶν σοφιστῶν καὶ γραμματέων καὶ ῥητόρων ἐξυρημένων, διηγημένων. πρότερον δὲ φησὶν ὁ λόγ & (βύρας

capram ipsam pariter cum pelle deportatam imponit ipsam item cum lanis ouem. Nidor interim ille sacer atque diuinus sursum fertur, atque in ipsum vsque cœlum subuectus paulatim diffunditur. Iam verò Scythæ reliquis omnibus hostijs omissis, vt quas viles atque humiles existiment, ipsos homines mactent Dianæ, atque eo ritu deam placant. Verùm hæc fortassis modesta videantur, cumq; his ea quæ facilitant Assyrij, quæ Phryges, quæ Lydi- D verùm si in Aegyptum proficiscaris, ibi demum, ibi videbis permulta religiosa, planéq; cœlo digna: puta Iouem arietino vultu, Mercurium illum optimum, facie canina, Panem verò totum hircum. Ad hæc alium ibi, alium crocodilum, alium etiam simiam. Quod si his quoque de rebus, Quò planè pernoſ-

se queas, didicisse libebit, complureis sophistas audies, tum scribas ac prophetas mento raso, qui tibi narrent (sed priùs,

ρας δ' ἐπίθυρα βέβυηλοι) ὡς ἄρα ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ τῶν Γιγάντων τῷ ἐπανάστασιν οἱ θεοὶ φοβηθέντες, ἔκορυς τῷ Αἴγυπτον, ὡς δὴ ἐνταῦθα κρυβόμενοι τὰς πολεμίους. ἔθ' ὁ μὲν αὐτῶν ὑπέδυ κρύον. ὁ δὲ ἔλειον, ὑπὸ τὸ δείους, ὁ δὲ θηρίον ἢ ὄρνιον, διὸ δὴ ἔτι καὶ νῦν φυλάττεσθαι τὰς τότε μορφὰς ἐν τοῖς θεοῖς, ταῦτα γὰρ ἀμέλει ἐν τοῖς ἀδύτοις ἀπόκειται γραφέντα, πρὶν ἢ πεῖν τῶν μυρίων. αἱ δὲ θυσίαι καὶ παρ' ἐκείνοις αἱ αὐταὶ, πλὴν ὅτι σφᾶς θύσι τὸ ἱερεῖον, καὶ κόπτουσι πρίσαντες ἅλλη πρόσωμον. οἱ δὲ καὶ θάπτουσι, μόνον ἀποφάξαντες. ὁ μὲν γὰρ Απις, ὁ μέγιστος θεὸς αὐτοῖς, ἂν ἀποθάνῃ, τίς ὅτω περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὸν κόμην, ὅστις ἂν ἀπεξύρησε, καὶ ψιλὸν ἐπὶ ἁπαλῆς τὸ πρόσωπον ἐπιλέξατο, κἂν ἡ Νίσος ἔχῃ

priùs, vt dici solet, fores occlude prophane) quemadmodum videlicet quondam ea seditione territi, quam mouerant hostes atque Gigantes, in Aegyptum deuenerint, vt illic in posterum tuti ab hostibus latitarent: & ob eam causam alius hircum induerit, alius arietem, nimirum præ formidine, alius feram, alius auem. Atque hinc esse, vt dij nunc etiam eas obtineant formas, quas id temporis assumpserant. Nam hæc diligenter mandata literis, ideq; annos plus decies mille, in adytis illorum reposita seruantur. Porrò sacrorum peragendorum idem fermè apud illos ritus, nisi quòd hostiam luctu prosequuntur, iamq; mactatæ circumfusi membra laniant. Sunt qui sepeliant duntaxat, posteaquam occiderint. E Nam Apis ille, qui quidem deus apud illos est maximus, siquando moriatur, quis vsqueadeò magni faciat cæsariem suam, qui non eam detondeat, ac nudo capite luctum præ se ferat, etiam si vel purpuream. Nisi

coman

ἔχῃ πλόκαμον τὸν πορφυρῶν; ἔστι δὲ ὁ Ἄπις ἐξ ἀγέλης θεὸς, ἐπὶ τῶν πρότερῳ χειροτονούμενος, πολὺ καλλίων καὶ σεμνότερος τῶν ἰδιωτῶν βοῶν, ταῦτα οὕτω γιγνόμενα, καὶ ἑπὸ τῶν πολλῶν πιστευόμενα δεῖσθαί μοι δοκεῖ τοῦ μὲν ἐπιτιμήσοντος οὐδενὸς, Ηρακλείτου δέ τινος, ἢ Δημοκρίτου, τοῦ μὲν γελασομένου τὴν ἄνοιαν αὐτῶν, τοῦ δὲ τὴν ἄγνοιαν ὀδυρομένου.

comam habuerit? F Est autem hic Apis deus, ex armento iam antea suffragijs designatus, vtpote multò formosior ac venerabilior reliquis illis priuatis & gregarijs bubus. G Hæc igitur quũ sic habeant, & tamẽ à vulgo vera seriaq; credantur, mihi quidẽ postulare videntur nõ qui reprehendat, sed vel Heraclitum potius aliquem, vel Democritum: quorum hic amentiam eorum rideat, ille deploret inscitiam.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a ENIMVERO'.] *Propositio.*

Mõstrat vbi, ꝑ quos, q̃, quomodo, quãdo, libellus,
Sacra sui gentes exhibuêre deis.

Atque adeò in primis de templis, aris, simulachris, sacerdotibus, celebritatibus & varijs & multiplicibus sacrificiorum gentium ceremonijs, pro etiam personæ sacrificantis qualitate.

μόνος δ' αὐτὸν ἐώνησαι; Αγορ. μὰ Δί' ἀλλ' οὗτοι πάντες, οὓς ὁρᾷς. Ερμ. πολλοί γε, καὶ τοὺς ὤμους καρτεροὶ, καὶ τοῦ θερίζοντος λόγου ἄξιοι. Ζεύς. μὴ διάτριβε, ἄλλον κάλει. Ερμ. τὸν περιπατητικόν σε φημὶ, τὸν καλὸν, τὸν πλούσιον. ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸν συνετώτατον, τὸν πάντα ὅλως ἐπιστάμενον. Αγορ. ποῖος δέ τις ἐστί. Ερμ. μέτριος, ἐπιεικὴς, ἁρμόδιος τοῦ βίου. τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς. Αγ. πῶς λέγεις; Ερμ. ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔνδοθεν εἶναι δοκεῖ. ὥστε καὶ πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο τὸν μὲν ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ ἐξωτερικὸν καλεῖν. Αγορ. τί δὲ γιγνώσκει μάλιστα; Ερμ. τρία εἶναι τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἐκτός. Αγο. ἀνθρώπινα φρονεῖ. πόσου δέ ἐστιν; Ερ. εἴκοσι μνῶν. Αγορ. πολὺ λέγεις. Ερμ. οὐκ, ὦ μακάριε. καὶ γὰρ

Solúsne ipsum emisti? MERCAT. *Non per Iouem, verùm illi omnes, quos vides.* MERCVR. *Certè multi sunt, & fortes habentes humeros, & digni sermone colligante.* IVP. *Quid moraris? alium aduoca.* MERCV. *Peripateticum accerso, te inquam honestum & diuitem. Age, te quidem aptissimum, qui vendaris, quippe qui omnia solus nôris.* MERCA. *Qualis nam ille est?* MERCV. *Modestus, æquus, vita benè composita: &, quod maximum est, duplex existit.* MERCAT. *Quomodo dicis?* MERCV. *Alius quidem foris apparet, quàm intus esse videtur. Itaque si ipsum emes, memento vt hūc internum, illum verò externum appelles.* MERCAT. *Quid verò potissimùm nouit?* MERCV. *Nouit B triplicia esse bona: animæ scilicet, corporis, & rerum externarum.* MERCA. *Humana sapit. quanti verò venditur?* MERCV. *Viginti minis.* MERCAT. *Pluris certé.* MERCV. *Nequaquam equidem: &*

ipse

γὰρ αὐτὸς ἔχει τι ἀργύριον δοκεῖ, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος. ἔτι δὲ εἴσῃ αὐτίκα μάλα παρ' αὐτοῦ, πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὅσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ἐπὸ μὲν ἡλίου καταλάμπεται, καὶ ὁποῖά τις ἐστιν, ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρέων. Αγορ. Ηρακλεις, τῆς ἀκριβολογίας. Ερμ. τί δὲ, εἰ ἀκούσοις ἄλλα πολλὰ τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι, καὶ γενέσεως, καὶ τῆς ἐν ταῖς μήτραις τῶν ἐμβρύων πλαστικῆς; καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωιζόμενον; Αγορ. πάνσεμνα φῄς, καὶ ὀνησιφόρα, καὶ τὰ μαθήματα, ὥστε ὠνοῦμαι αὐτὸν εἴκοσιν. Ερμ. εἶεν τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλέλειπται; ὁ σκεπτικὸς οὗτος. σὺ ὁ πυῤῥίας πρόσιθι, καὶ ἀπρικηρύττου κατὰ τάχος. ἤδη μὲν ἐπορρέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. ὅμως δὲ τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται; Αγορ.

ipse pecuniam habere videtur. Itaque non est quòd in illo emendo possis esse celerior quàm deceat: præterea non ita multò pòst disces ab eo quamdiu viuat culex, & quàm profundè Sol radios immittat in mare: denique qualem animam habeāt ostrea. MERCAT. *O Hercules, quanta argutia?* MERCVR. *Quid si audias alia multa his acutiora, de semine videlicet & generatione, déque embryonis formatione in vtero, & quomodo homo risibilis sit: asinus verò animal quod neque ridere, neque ædificare, neque nauigare possit?* MERCAT. *Planè admiranda sunt ea, quæ narras, & valdè vtilia dogmata. Itaque emam ipsum viginti minis.* MERCVR. *Quis adhuc reliquus est?* C *Scepticus ille. Heus tu Pyrrhia, accede, illicò proclamandus es: iam enim multi abeunt, & diffluunt, atque in paucis erit venditio. Veruntamen quis emet illum?* MERCAT.

Αγορ. ἴσως· ἀλλ' οὖν πρῶτον ἀπό μοι, σὺ τί ἐπίστασαι; Φιλ. οὐδέν. Αγορ. πῶς δῆτ' ἔφησθα; Φιλ. ὅτι οὐδὲν ὅλως ἔναί μοι δοκεῖ. Αγορ. οὐκ ἄμεινον ἄρα ἐσμέν τινων; Φιλ. οὐδὲ τοῦτο οἶδα. Αγορ. οὐδ' ὅτι σύ τις ὢν τυγχάνεις; Φιλ. πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ. Αγορ. ὦ τῆς ἀρρείας· τί λαί σοι τὰ παθήματα ταυτὶ βούλεται; Φιλ. ξυνοπτῶ ἐν αὐτοῖς τὸν λόγους, καὶ ὅταν τὸ ἴσον ἀπονθυώσω, καὶ ἐπαδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ ἀγνοῶ ἤδη ἀληθέστερον. Αγορ. τῶν ἄλλων δέ τι ἂν πράττοις ἐμμελῶς; Φιλ. τὰ πάντα, πλὴν ὀφειτέλου μεγαθικάν. Αγορ. τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδυνάτου; Φιλ. ὅτι, ὦ γαθέ, δ καταλαμβάνω. Αγορ. ἀκότως· βραδὺς γὰρ, καὶ νωθής τις ἂναι δοκεῖς. ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ἐπισάσεως; Φιλ. ἀμαθία, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν, μήτε ἀ-

MERCAT. *Ego, Sed primùm dic mihi,* D *quid nôsti?* PHILOS. *Nihil.* MERCAT. *Quid ita?* PHILOS. *Quia omninò nihil videtur existere.* MERCAT. *Igitur neque nos aliq; sumus.* PHILOS. *Nec hoc quidem scio.* MERCAT. *Neque tu aliquis existis.* PHILOS. *Hoc ego multò magis ignoro.* MERCAT. *O ignorantiam: verùm quid sibi volunt hæ stateræ?* PHILOS. *Sermones in illis trutino,* & *ad æqualitatem redigo: postquam autem illos planè similes,* & E *æquale pondus habere cognouero, tunc ignoro quis horum verior sit.* MERCAT. *In alijs autem rebus quid potissimùm facere soles?* PHILOS. F *Omnia facio, præterquam quòd fugitiuos non persequor.* MERCAT. *Quid? An' ne hoc tibi impossibile est?* PHILOS. *Quia, ô bone, non comprehendo.* MERCAT. *Iure, tardus enim* & *piger esse videris. Verùm quis tuæ sapientiæ finis est?* PHILOS. *Ignorantia,* & *nihil nec audire,*

σε ἀκοῦειν, μήτε ὁρᾶν. Αγο. ὄκνῶ γὰ λωφὸς ἅμα καὶ τυφλὸς εἶναι λίγειν; Φι. καὶ ἄκουτός γε πάντι, γὰ ἀναίσθητ]ος. καὶ ὅλως τ σκόλιγκος ὄδὲ διαφέρων. Αγ. ὠνητί; ἃ δὲ ταῦτα. πόσου τοῦτ ἄξιον καὶ φάναι; Ερ. μνᾶς Αττικῆς. Αγο. λάμβανε. τί φὴς, ὦ οὗτος, ἐπριάμην σε; Φι. ἄθλιον. Αγο. μὴ λάμβανε. ἐώνημαι γάρ, γὰ ταραγῶδες ἀτίβολον. Φι. ἐπίχω περὶ τούτου, γὰ διασκέπτομαι. Αγ. καὶ μὲν ἀκολούθει μοι, λαβὰ πᾶς καὶ ἐμὸν οἰκέτην. Φι. τίς οἶδεν, εἰ ἀληθῆ ταῦτα φὴς; Αγο. ὁ κῆρυξ, καὶ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ παρόντες. Φι. πάρεσι γάρ ἡμῖν τινες; Αγο. ἀπ' ἔγωγε σε ἤδη ἐμβαλὼν εἰς τ μυλῶνα, πείσω ἕνα εἶναι δεσπότην κατὰ τ χείρω λόγον. Φι. ἐπίχω περὶ τούτου. Αγο μὰ Δί' ἀπ' ἤδη γε ἀπέφηνάμην. Ε. σὺ μ παῦσαι ἀντιτείνων, καὶ ἀκολούθει ὡς πειαμένῳ

audire, neq; videre. MERCAT. *Num ergo & surdus simul & cæcus es?* PHIL. *Imò sensu etiam & iudicio careo. breuiter nihil à verme differo.* MERCAT. *Propterea emẽdus es. Quãtillum æstimas?* MERCV. *Attica mina.* MERCA. *Accipe. Heus tu quid ais? ego te emi.* PHILOS. *Non est certum.* MERCAT. *Nequaquam. emi enim, & pecuniam numeraui.* PHILOSO. *De eo nunc cogito, atque G istud considero.* MERCAT. *Atqui sequere me quemadmodum seruum decet.* PHILOS. *Quis nouit nũ vera sint quæ dicis?* MERCA. *Præco, & Attica mina, & illi qui adfuerunt.* PHIL. *An aliqui etiam nobiscum sunt?* MERCAT. *At ego te iam conijciens in pistrinum, persuadebo tibi secundum peiorem causam, me tuum esse herum.* PHILOS. *Ea de re nunc mecum delibero.* MERCAT. *Sed per Iouem iam pronunciaui, & sententiam tuli.* MERCVR. *Tu quidem desine te huic opponere, atque sequere eum,*

πριαμένῳ. ὑμᾶς δ' ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν, ἀκηρυξαμένους τοὺς ἰδιώτας, καὶ βαναύσους, καὶ ἀγοραίους βίους μέλλοντας.

quandoquidem te emit. Vos autem cras aduocabimus, proclamaturi idiotas & fabriles atque viles vitas.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

NOn est dubium quin sapientissimi quique semper homines malè de philosophia senserint. id enim testantur non solùm comœdiæ, in quibus exagitantur philosophi, sed noster etiam Lucianus. Nec immeritò id factum esse iudico à prudentissimis viris. Quid enim ineptius, quid magis vnquam ridiculum fuit, quàm istę stultissimæ philosophorum opiniones, quas commenti sunt de Deo, de infinito, de rerum principijs, de bonorum fine, dum alius Deum vult esse nullum, alius infinitos, hic per canem, ille per numeros iurat, alius atomos rerum principia, alius ideas statuit, & si qua similia sunt deliramenta? Cùm itaque Lucianus miro quodam artificio illorum stultitiam irriserit aliàs sæpè, elegantissimè quoque hoc Dialogo, dum omnis generis philosophicas vitas vendi fingit: vt clariùs cerni posset, quàm absurda & à communi sensu aliena phanatici homines docuerint. Neque verò existimandum est, totum philosophiæ studium abijciendum esse. Nam qui de moribus, de rebus naturalibus ita scripserunt, vt non omnino à cōmuni sensu discesserint, optimè de rebus humanis meriti sunt. Sed Lucianus noster commodissimè arrepta ex falsa Pythagoræ opinione, ansa, in eo Dialogo qui ὀνειρος ἢ ἀλεκτρυών inscribitur, & in hac Vitarum auctione, miris modis eum derisit, cùm in illo, Pytha-

Pythagoræ animam gallo ineſſe iocosè fingat: hic verò primùm ei in philoſophorum auctione locum tribuerit, credo quòd Græcorum philoſophorum vetuſtiſſimus extiterit. Miranda de fabis quoque ſcribit, & illud præcipuè, quòd ſi viridem fabam folliculo exuas, apparere virilibus genitalibus ſimilem, coctam autem ſi nocturno tempore ad lunam certo ſpacio dimiſeris, ſanguini perſimilem fieri.

a Tv quidem compone ſcamna.] *Exordium ab ipſa auctione & more vendentium.* *b* In Aegypto.] *Plerique philoſophorum diſcendi & videndi varia, cauſa eò profecti ſunt: Pythagoras, Plato, Euripides, quòd ibi & ſtudia florerent, & multi ſapientes viri reperirentur, de quo Laërtius & Philoſtratus de Apollonio Tyaneo.* c Crœſi te filium.] *De quo ex Herodoto, Gellio, atque Cælio Rhodigino prolixè multa habes alibi.* *d* Vnum, duo, tria, quatuor.] *Hic ſanè numeri ſimul compoſiti decem efficiunt.* *e* Perfectum trigonum.] ἢ τρίγωνον ἀντιλές. *Si eos ita colloces:*



ἀντιλὲς τρίγωνον *vocat, cui quin ſit perfectus triangulus, nihil deeſt: neque enim rectangulo aut obtuſiangulo triangulo abſolutior eſt.* *f* Noſtrumque iuſiurandum.] *Per quaternarium numerum iurare conſueuerunt Pythagorei, decem ſcilicet, vt admonui, valentem, quo quidem omnia contineri putabant. De hoc iureiurando & triangulo perfecto, idem Lucianus pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat. Sed minùs vſitatè interpres iuramentum dicit. Eſt autem iuſiurandum, vt Cic. in 3. de Officijs ait, affirmatio religioſa. De obſeruata autem & cuſtodita apud Romanos iuſiurandi ſanctimonia. Gell. lib. 7. cap. 18. ſcribit.* *g* Nullum animal edo.] *Athenæus Lyconis teſtimonio Pythagoram animatis victitaſſe probat, & Philoxeni muſici, Gell. lib. 4. c. 11. vbi & fabas (fabulum vertit κύαμον) eſitaſſe indicat.* *h* Fabæ mirabilem naturam obtinent.] *Idem ferè his verbis Acron. A faba, inquit, Pythagoras abſtinuit, quòd viridis in*

pixide ærea seruata vertitur in sanguinem. Plutarchus verò in eo qui est de educandis Liberis, abstinendum interpretatur à suffragijs, quæ per bicolores fabas vt plurimùm feruntur: id quod Athenienses in primis feciſſe in principibus & magistratibus sortiendis, testis est hic Lucianus: vnde κυαμοτρωξ apud Græcos prouerbij vice dicitur, in eum qui inde victitat, hoc est, in dandis præstandisq; suffragijs, quasi Latinè dicas, fabæ vosor. Hinc fortassis & illud emanauit, quod in ænigmatibus L. Gregor. Girardus retulit: Ne allium néve fabam edas. i Canis appellatur.] *Cùm assisteret Alexander Diogeni, ac diceret: Ego sum Alexander Magnus rex: Ego sum, ait Diogenes, canis. Rogatus quidnam faciens canis vocaretur? Quod, inquit, eis blandior qui dant: in eos verò qui non dant, oblatro, malos autem mordeo. k* Peram.] *Baculus & pera erat ἡ κυνικὴ παντοδαπία. l* Carabi.] *Locustæ marinæ. m* Euripidis.] *in Hippolyto. n* Quorum alter Aberites, ridet: alter verò Ephesius plorat.] *De Democrito Abderite hoc memoriæ proditum est, quod quocunq; fortunæ casu & mutabilium rerum auditu in risum soluebatur, sicut Heraclitus in fletum, vnde Gelasinus dictus est. Omnia enim illi inepti æ videbantur quæ agimus, alteri, miseriæ. Horat. lib. 2. Epist.*

Si foret in terris, rideret Democritus —.

Hunc quoq; commemorat Cic. de risu verba facturus lib. 2. de Oratore ad Q. Fratrem: Atq; illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atq; ita repentè erumpat, vt eũ cupientes tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, vultũ, oculos occupet, viderit Democritus. De vtroq; Budæus lib. 4. epist. Phileroo scribens: Qui rerum, inquit, præposterus status, & si hodie multos Democritos excitat inter homines dicaces, ridiculisque gaudentes, vereor tamen ne Heraclitos longè plures mox faciat. Et Aloysius Luisinus de compescendis animi affectibus lib. 2. cap. 10. Frustra Democritus esse contendis, cùm iam ob habitum diu contractum Heraclitus effectus sis. o Sursum ac deorsum.] *Metaphoræ, qua nullum ordinem, nullumque rerum discrimen significamus. Ea vtitur Plato in Theæteto, & in Parmenide: Aristides rhetor cùm alijs aliquot locis, tum in Cimone. itidem Lucianus. p* Quan-

quam

quam ſub eodem palliolo.] *Hîc Alcibiadem digito oſtendit Socrates, qua de re Plato in Sympoſio, nõ procul à fine.* q Anubis.] *Mercurius in forma canis ab Aegyptijs veneratus. Alij filium Oſyridis, quòd canem inſigne geſtaret, ſub canis imagine cultum dicunt.* r Ex Stoa.] *Quum ſectarum omnium philoſophos ſugillet Lucianus, tum Stoicos maximè tangit, qui præſeferebant magnam in vultu ſeueritatem, cùm tamen interea clàm fœdis libidinibus dediti eſſent. Hi quòd alere comam delicatum putarent, & parum virile, capillum raſerant, & ἐν κρῷ κουρίαι erant. Hinc illud Iuuenalis in eos:*

Atq; ſupercilio breuior coma —. *Idem Lucian. in Hermotimo.* s Quia ſolus ille ſapiens.] *Chryſippus Solenſis Stoicus philoſophus, Cleantis diſcipulus (vt ait Cic. in Lucullo) floruit Olympiade 143. & tantum ſe ſcire dicebat, vt neminem in Philoſophia ſibi parem eſſe diceret: vnde paſſim illud carmen de eo:*

Hic ſolus ſapit, aſt alij velut vmbra feruntur.

Et niſi Chryſippus fuiſſet, porticus non eſſet. Dicitur finitor acerui à Perſio Satyra 6. & ab eo 4. libros de ſoritis conſcriptos refert Laërtius. t Quædam ſunt prælata, quædam rurſus non.] προηγμένα & ἀποπροηγμένα *Cicero producta & præcipua vertit. Vide 3. de Finibus bonorum, vbi hæc Chryſippi ænigmata explanat. Itidem facit Laërtius in Zenone:* u Quídnam accidens ſit.] *Sciendum eſt, inquit Priſcianus, quòd has quidem conſtructiones quæ per nominatiuum abſoluuntur, Stoici* ἀξιώματα καὶ συμβάματα: id eſt, *dignitates vel congruitates vocabant. Vt: Ego Priſcianus ſcribo, Apollonius ambulat. Illa verò quibus tranſitiones ab alia ad aliam fiunt perſonam, in quibus neceſſe eſt cum nominatiuo etiam obliquum aliquem caſum proferri,* παρασυμβάματα *dicebant, hoc eſt, minus quàm congruitates: vt, Cicero patriam ſeruat.* x Crocodilus rapiat.] *Ex hac fabula Crocodilus ſophiſma nomen habet. Hanc fabulam fuſiùs tractaui in libro 1. mearum Narrationum. Cuius Lucianus iterum meminit infrà in Hermotimo.* y Electram.] *Electram ſophiſma etiam proponunt Stoici.* z Opertus ſermo.] *Qui ſit* ἐγκεκαλυμμένος λόγος, *ipſe Lucianus docet atque aperit, à*

quo dissentit Laërtius in Zenone: quem, si hæc tibi curæ sunt, consule. A Nouit Orestem.] *Sophocles in Oreste.* B Triplicia bona.] *Bona animi nostra sunt, quæ nec viuentibus nobis, nec etiam vita defunctis auferri possunt, imò per illa viuimus in perpetuum. In his absque dubio primas tenet eruditio, quæ hoc nobis præstat, vt ea re cæteris hominibus superiores habeamur. Bona quæ corporis appellantur, cuilibet iniuriæ sunt obnoxia. Quæ verò rerum externarum, hoc est, fortunæ dicuntur, in ipsius sunt potestate. Lucianus, cùm exteros philosophos penè omnes derisisset, Aristotelem autem audiret tria bonorum genera, animi, corporis & fortunæ, recensentem: Nunc demum, inquit, vocem hominis audio. Aristotelica enim philosophia naturæ consentanea est. Vide quæ adscripsimus dialogo Diogenis & Alexandri.* C Scepticus ille.] *Sceptici philosophi sunt, qui nihil vnquam cõstituunt, sed semper consultare se dicunt, ob id à Budæo de asse Ephectici dicti. Academici, quod nihil certò, neq; pronunciare, neq; constituere de re aliqua volebant more aliorum philosophorum, sed sententiam suam animo continebant, semperque se meliùs adhuc consultaturos dicebãt. Ideo idem Budæus Com.* σκεπτικοῦς *cunctatores & hæsitatores dici posse autumat,* ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, *quod assensionem retinere significat. Dicebantur etiam* ζητητικοὶ καὶ ἀπορητικοί. *Vide Lucian. in Icaromenippo & in bis Accusato. Item Hermotimũ, qui nihil præter incertas opiniones reliquit.* D Quid nosti.] *Lucianus quidem facetissimè, suo more in verbo* ἐπίστασαι καὶ ἐπιστάσεος *ludit. cuius tamẽ loci sensum Bolerus nõ assequutus est, quippe, qui* ἐπίστασιν, *qua Lucianus significare vult restitutionem, siue insistentiam (si à verbo insistere hoc nomen formare fas est) interpretatus est sapientiam. Quia videlicet* ἐπιστασίαν *(quod ab* ἐφίσταμαι *deductum est) ab* ἐπίσταμαι, *vnde &* ἐπιστήμη, *ortũ esse credidit.* E Aequale pondus habere.] *Scepticus interrogatus quid sibi vellent lances, quas circunferebat,* ἰσοβαρεῖς λόγους *appellat, quos Sextus philosophus in Pyrrhonijs* ἰσοσθενεῖς. F Omnia facio.] *Introducit Scepticũ philosophũ mercatori respondentẽ se omnia præstare posse præterquam* δραπέτην μεταδιώκειν, *& causam reddentem* ὅτι οὐ καταλαμβάνω. *Elegantissimè enim ludit in significatione*

catione huius verbi καταλαμβάνω. *i. non comprehendo, non percipio, pro quo etiã reperitur* ἀκαταλήπτως *cùm apud alios, tum apud Sextum philosophum in Pyrrhoniarum hypotyposeon libris. De Academicis Scepticis Cic. in Lucullo: Quoniam enim id haberẽt Academici decretum, nihil posse percipi. Et paulò pòst: Certè hoc ipsum, ex quo omne veri falsíq; iudiciũ esset, percipere eos debuisse. In eodem libro: Nec definiri aiebant necesse esse quid esset, cognitio, aut perceptio, aut (si verbũ è verbo vòlumus) comprehensio, quam καταλήψιν illi vocant: eosq; qui persuadere vellent, esse aliquid quod comprehendi, & percipi posset, inscienter facere dicebant. G* Istud considero.] *pro* ἀσκεπτικός, *quo hic vtitur Scepticus, apud Xenophontem dicitur* σκεπτικός, *qui aliquid considerat de quo interrogatus est, responsionem ad id meditans.*

PISCATOR, SEV REVIVISCENTES.

Bilibaldo Birkheimero interprete.

ARGVMENTVM.

HIc Dialogus quasi quædam apologia superioris est, quantum ad Luciani personam attinet. Exponit enim ille causam hic, cur toties in philosophos inuehatur: nempe quòd plerique simulato nomine pro veris falsos se gerant, quæstumque magis quàm virtutem sectentur. Series argumenti ita se habet. Finguntur philosophi illi vetustiores, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Chrysippus, Diogenes, atque alij ad vlciscendum Lucianum, cùm propter alia conuicia, tum quòd proximo Dialogo venales eos proposuerat, idque etiam vilissimo precio, ab inferis redire, ac reuiuiscere, commeatu in vnum diem impetrato. Qui cùm illum saxis persecuti, in fugam conuersum cepissent, occidere primùm statuerunt. Ille verò prouocando ad ipsam philosophiam, eoque obtento, vt causam sibi dicere liceret, postquam à Diogene, vtpote Cynico & cæteris liberiore, communi omniũ nomine accusatus est, tan-

set, tanquam qui contumeliosissimè omnes Philosophiæ cultores, viros de tota virtute & rebus mortalium optimè meritos, proscidisset, ita sese defendit, vt diceret se minimè negare obiecta, sed consilio & ratione adductum, & hæc, & plura etiam his feciſſe: non quidem in veros philosophos, sed in eos qui nomine tantùm illo sese iactarent, cùm interim non modò philosophiam veram ignorarent, sed planè diuersa etiam à præceptis & regulis illius factitarent. Proinde se non modò supplicio nullo dignum esse, sed contrà etiam præmijs tanquam veræ philosophiæ amatorem atque assertorem donari debere. Hoc iudicio peracto, cùm ille non solùm ab accusatione liberatus, verùm etiam in societatem eorum à quibus antè accusabatur, ascitus fuisset, à Philosophia deinceps & falsi illi philosophiæ simulatores citantur, vt suæ professionis causam redderent. Qui cùm iudicium hoc omnes fermè declinâssent, mittitur Lucianus vnà cum Elencho, vt illos inquirant, ac bonos quidem honoribus afficiant, malos autem adempto habitu stigmate inurant. Sed priùs quàm id fieret, Lucianus, seu Parrhisiades (ita enim se apud Philosophiam appellat) puta quò iam re ipsa comprobaret, quod verbis antea dixerat, accepto hamo, eoque auro, carycis & placentis abscondito, quasi piscator aliquis allectos & attractos simulatores istos capit, captos autem de communi reliquorum consensu de saxo præcipites mittit. Habet autem Dialogus hic duos titulos, quorum alter ab ijs quæ à principio geruntur, nomen accepit: alter ab exitu seu catastrophe sumptus est: similimusque, quod ad argumentum & eius tractationem attinet, alicui veteris comœdiæ fabulæ est.

ΑΛΙΕΥΣ, Η ΑΝΑ-
βιῶντες.

PISCATOR, SEV
Reuiuiscentes.

SOCRATES.

ΒΑλε βάλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις, ἐπιβάλε τῇ βάλῳ, πρόσωπίβαλε τῇ τῶν ὑσράκων. πᾶι τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον. ὅρα μὴ διαφύγῃ. ἢ σύ, ὦ Πλάτων βάλε, ἢ σύ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ. πάντες ἅμα ξυναστρίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς πύρη πύρῃσιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. λοιμὸς γὰρ πολίταις, ἢ οὐκ ὀλίγα ἡμῶν ἐκ ὕβρισε. σὺ δὲ, ὦ Διόγνης, ἄπορε ἄπορε, μὴ τῶν ξύλων, μὴ δ' ἀνῆς. διὸ τῷ ἀξίαν, βλάσφημον ὦν. τί τοῦτο; λιθομάτε, ὦ Ἀρίσιππε; ἢ μέλλεις ἐκ ἐκβαλεῖν. Ἐπὶ σοφοὶ, μνήσθητε δὲ θεοὶ ὀργῆς. Ἀεὶ σύτηδε, ἐπισπόδαλον ἔτι βάσον. καλῶς ἔχει, ἐώλωκε τὸ θηρίον. ἐλήφαμέν σε, ὦ μιαρὲ. ἔσῃ γὰρ αὐτίκα, οὓς τινας ὄντας

PIce inice lapides crebros execrandum in hunc: proiice glebas, adiice testas, percute fustibus calumniatorem videsis ne effugiat. & tu Plato iacta, & tu Chrysippe, tu quoque: agite omnes pariter in illum obarmemur,

[a] Pera vt reddat opem peræ, baculúsque bacillo. Siquidem communis est hostis: nec quispiam è nobis existit quem non iniuria afecerit. Tu verò, ô Dioge nes, si vnquam aliàs, præcipuè nũc baculo vtere. nõ desinas dignas cõuiciator pœnas luat. Quid hoc rei est? nunquid, Aristippe, defessi estis? atq minimè oportebat.

[b] Este cati, atque acris nemo nunc immemor iræ. Aristoteles, accelera, quin propiùs accede. Bene habet, capta est fera. deprehensúsne es scelerate? Porrò confestim intelliges, quósnam

ἡμᾶς ἐκακηγόρεις. τῷ τρόπῳ δέ τις αὐτὸν καὶ μετέλθοι; ποικίλον γάρ τινα ἐπινοῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ, πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι δυναμένον, κατ' ἕκαστον ἑπτάκις γοῦν δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι. Πλά. ἐμοὶ μὲν ἀνεσκολοπίσθαι δοκεῖ αὐτὸν, νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε πρότερον, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω, τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀπετεμήσθω. Οἱ δὲ τί Εμπεδόκλεις δοκεῖ; Εμ. ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μαθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. Πλά. καὶ μὴν ἄριστον ἦν. καθάπερ τινα Πενθέα, ἢ Ορφέα, λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον, ἵνα ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπαλλάττοιτο. Λυ. μηδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς ἱκεσίου φείσασθέ μου. Σω. ἄραρεν οὐκ ἂν ἀφεθείης ἔτι. ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὴν Ομηρον, ἃ λέγει, Ως οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά; Λυ.

viros maledictis tuis lacessieris. Verùm qualénam fatum ipsum manebit? siquidem varium quoddam mortis excogitabimus genus, crudelitate cuius omnes exatiari valeamus. etenim æquum est septies eum singulis nobis morte pœnas expendere. PLATO. *Mihi quidem per Iouem, erutis oculis, abscisáq; lingua, cruci suffigendus videtur, priùs tamen flagris cæsus. Tibi verò Empedocles quid?* EMP. *In* [c] *Aetnæ cratêras præcipitandus, vt meliores conuicijs incessendos haud esse addiscat.* PLAT. *Quinimo optimum esset, si Penthei vel Orphei instar inter petras dilaniatus inueniretur, ita vt particulam vnusquisque digrediens secum auferre posset.* LVCIANVS. *Minimè, verùm mihi parcatis obsecro.* SOCRAT. *Arctius adstringe. Amplius non dimittêris. num, quid Homerus dicat, vides:*

Non est tuta fides hominum generi atque leonum?

LVCIA-

Λυ. καὶ μὲν δὴ καὶ Ὅμηρον ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε. ἀκούσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδοῦντά μου. Ζωγρεῖτ' οὖν καλὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια λήψεσθε ἄποινα, Χαλκόν τε χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι ψυχαί. Πλα. ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπροόμβῳ πεῖσαι Ὁμηρικῆς ἀντιλογίας. ἄκου δή, Μὴ δή μοι φύξιν γε μαχηνόρι βαλλεο θυμῷ, Χρυσὸν πὶρ νίξας, ἐπεὶ ἴσχεο χεῖρας ἐς ἁμάς. Λυ. οἵμοι τῶν κακῶν, ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μυῖσιν ἐλπὶς ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφυκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ μου. Μὴ κτεῖνε τὸν ἱκέτην· ὅ γὰρ θέμις κατακτεῖν. Πλά. τί δὲ ἐχὶ καὶ ἐκεῖνα ἀνειπεῖν σου δεῖν, Οὐ δεινὰ πάσχειν, δεινὰ δοῦς ἐργασμένους; Λυ. νὴ Δία, φησὶ γὰρ ἐκεῖνος αὐτὸς, Ἀχαλί-

LVCIANVS. *Atqui & ego quoque per Homerum vos oro. forsitan enim illius reueremini carmina, méque versus connectentem haud spernetis.*

[d] *Me vivum capite, haud hominē prauum. hæc quoque dona*
Suscipite, æs, aurum, quæ curant & sapientes.

PLATO. *Verùm neq; nobis aduersum te Homerica deerit responsio. audi igitur:*
Nec mihi mente fugam tu persuadere valebis,
Postquam te teneo, licet aurea verba loqueris.

LVCIA. *Hei malorum. siquidem spes maxima Homerus nos frustratur. ad Euripidem igitur mihi confugiendum erit. siquidem ille me forsitan saluabit:*
Ne supplicem interficite, haud fas occidere est.

PLATO. *Atqui nunquid & hæc sunt Euripidis:*
Scelesta qui patrârunt, mala decet pati?

LVCIA. *Igitur iuxta verba hæc me interficietis?* PLAT. *Rectè per Iouem. inquit enim ille idem:*

Effre-

Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμως τ' ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυσχέρεια.

ΛΥ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἀποκτεῖναι πάντως ἀφεῖναι μέν οὐ δύνασθε, καὶ ἀδικεῖν μηχανὴ τὸ δεῦρο φυγεῖν μοι, φέρετε ἔτι τοῦτο, εἴπατέ μοι, οἵτινές ἐστε, ἢ τί πονηρότατον ἀνήκεστον πεπόνθατε ὑπ' ἐμοῦ, ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, καὶ ἐπὶ θανάτῳ σωφρονίσαι με; ΠΛ. Ἄ τινα οὐκ ἔρχεσθε ἡμᾶς τὰ ἀληθῆ, σαφῶς ὁρᾶτε, ὦ ἀκίνητε, καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐκεῖνον σὺν λόγοις, ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν ἀκόσμως ἠγόρευσε, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβρεις, ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀρκυρώπων ἀνδρῶν καὶ τὸ μιγιστον ἐλοιδόρησε. ἐφ' οἷς ἀγανακτοῦντες, ἀνελήλυθαμεν ἐπί σε, παρατησάμενοι τοὺς ὀλίγον τ' Ἀριστοτέλη, Χρύσιππος ὅδε, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Πλάτων ἐγὼ καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες ὁπόσους λελοιδόρησθε ἐν τοῖς λόγοις. ΛΥ. Ἀνέπνευσα, οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, εἰ μάθετε.

Effrenioris & ex legis dementiæ extremum infœlicitas occupat.

LVCIA. *Proinde quoniam omnino me interficere decreuistis, nullumq; mihi restat effugium, agite saltem hoc mihi indicate, quinam estis, qúæve tam intoleranda à nobis perpessi sitis, vt tam intoleranter irascamini, ac me mortis causa ceperitis.* PLAT. *Quibus nos affecerit contumelijs, à teipso, sceleratissime, perquire, bellisq; illis tuis sermonibus, in quibus Philosophiam ipsam conuicijs lacessiuisti, ergaq; nos iniurius fuisti, cùm tanquam ex concilijs bulis viros sapientes præconio diuulgares, & quod maximum est, liberos: quapropter indignatione moti, propter te emersimus, ac tantisper inferos dereliquimus, Chrysippus iste ac Epicurus, ego quoque Plato, & Aristoteles ille, silénsque hic Pythagoras, necnon Diogenes, omnes denique quos sermonibus tuis infamâsti.* LVCIA. *Respiraui. siquidem non me interficietis, si intellexe-*

θητι ὑποῖ & ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἐ-
γνώμην. ὥστε ἀφ' ἑρίψατε τὸς
λίθους. μᾶλλον δ' φυλάξασθε. χρή
σιμοι γὰρ αὐτοῖς ἐλάττω ἀξίων.
Πλ. λῃρᾶς. σὺ μὲν χρὴ τύμβον
ἀρλωτήσαι, ἢ ἅλιον λάϊνον
ὅσα χίλια κακῶν ἔνεκ', ὅσα
ἔρρεις. Λυ. ἢ μὴν, ὦ ἄνδρες,
ὅν ἐγὼ μόνον ἐξ ἁπάντων
ἐπαινῶ, οἰκεῖόν τι ὑμῖν ὄν-
τα, καὶ ἄνδρα καὶ ὁμογνώμο-
να, καὶ ἐμὲ φορτικὸν ἐᾶν,
καὶ μόνα τῶν ἐπιτηδευμά-
των. οὗτος ἀρκτινοῦντις, ἢν
ἐμὲ ἀποκτείνητε, ὅσα οὗτα ἀπὸ
ὑμῶν πεπονηκότα. ὁρᾶτε γὰρ
μὴ τὸ τῶν νεῶν φιλοσόφων
αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάριστοι καὶ ὀργί-
λοι, καὶ ἀνώμονες φανόμενοι
πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. Πλ. ὦ
τῆς ἀναισχυντίας, καὶ χαλεπῶς
ἔχει τῆς κακηγορίας πεφρέ-
νωμεν; οὕτως ἀνθρωπόδοτοι
ἀληθῶς οἵα δεῖ λέγεσθαι; ἢ
καὶ ὑπερηφανίαν καταλογῆ
πρὸς ὑμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ
ὕβρει, καὶ παροινίᾳ τῶν λό-
γων; Λυ. πῶς γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς,

tellexeritis qualisnam ego erga vos extiterim: quapropter lapides abijcite, quin potius reseruate: nam contra meritos vsui erunt. PLA. *Nugaris. te etenim hodie perire necesse est: itaque adeò, ob perpetrata scelera, lapideũ induas amictum.* LVCIA. *Atqui viri optimi, quem solum ex omnibus laudare oportebat, familiarem vestrum, beneuolum & conuenientem, quin (si proloqui molestum non est) studiorum vestrorum procuratorem, vt intelligatis, interficietis, si me occideritis, qui tot propter vos labores exantlaui. Videte igitur ne instar Philosophorum qui nunc sunt, agatis, vt ingrati, iracundi, ac perfidi erga virum beneficum videamini.* PLATO. *Proh impudentiam: nunquid tibi ob conuicia gratias debemus? Verè hic cum mancipijs sibi rem esse existimat, quando-*

quidem ob tantas iniurias, verborúmque debacchationem, beneficia nobis enumerare conatur. LVCIA. *Vbinam ego,*

vel

ἢ πότι ὕβρικα; ὃς ἀεὶ φιλοσοφίαν τι θαυμάζων διατέλεκα, καὶ ὑμᾶς αὐτὸς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, ὃς καταπλέκατε, ὁμιλῶν. αὐτὰ γὰρ ἃ φημι, ταῦτα πόθεν ἄλλοθεν, ἢ παρ' ὑμῶν παραλαβών, καὶ κατὰ πλὼ μικρὸν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνειλεξάμενον· καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον οἱ τοιαῦτα ἐξενηνόκατε ποικίλα, καὶ πολυανθῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναμίξασθαί γε αὐτὰ ἐπίσταιτο, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου, ἴσθ' ὅς τις οὖν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἂν ἀκούειν ἐπιχειρήσειεν; ὠμότητας ἄνδρας, ἀφ' ὧν εἶναί τις εὐδοξίαν; ἐκτὸς ἐμὲ κατὰ τὸν Θάμυριν, ἢ τὸν

vel quando vos iniuria affeci, qui semper philosophiam sum admiratus, ac vos ipsos summis extuli laudibus cum sermonibus quoq; à vobis derelictis assiduè conuersatus? Quin & hæc ipsa quæ proloquor, vnde quàm à vobis accepi, ac instar apiculæ decerpens, hominibus ostendo? at illi laudant, ac vniuscuiusque florem, vnde, à quo, & quemadmodum collegerim, cognoscunt, méque oratione quidem ob florigeram hanc messem commendant: sed veriùs vosipsos, ac prata vestra amœnissima, quî tam varia & versicoloria produxistis, extollunt: quæ si quis rectè secernere, connectere, ac concinnare nouerit, ita vt minimè alteram ab altero discrepet, nunquid cùm tam egregiè quis à vobis affectus fuerit, obloqui conabitur viris benefactoribus, quorum gratia existimationis alicuius esse reputatur? ni eiusdem sit naturæ, cuius & Thamyris, vel

e Eurytus,

τὸν Εὔρυζον ἕνα τῶν φύσιν, ὡς τῶς Μούσας ἀντάξεσθαι, παρ' ὧν ἔλαβε τὸν ἀοιδὸν ἢ τὸν Ἀπόλλωνα ἐξελάσειν, ἐναντία ζέφων, καὶ ταῦτα, ἀστεῖα ὄντι τῆς ζέχνης. Πλ. τοῦτο μὲν, ὦ γενναῖε, κατὰ τὸς ῥήτορας ἔρρηται σοι ἐναντιώτατον γὰρ ὅτι τοῖς πράγματι, καὶ παλιπωτέραν σε ἐπιδείκνυσι τὸν τόλμαν, ἅτε τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἀχαριστίᾳ πρόσεστιν. ὃς παρ' ἡμῶν τὰ ζέφανώματα, ὡς φῂς, λαβὼν καθ' ἡμῶν, ἐτόξευσας ἵνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας ἡμᾶς ἀγορεύῃς κακῶς. διαῦτα παρὰ τοῦ ἀπειλήφαμεν. ἀνθ' ὧν τοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπεπταμένον, οὐκ ἐκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ τὸ πεκόλπιον ἐμπλησαμένον ἀπιέναι, ὡς διὰ τοῦτο μᾶλλον δίκαιος ἂν ἔης ἀποθανεῖν. Λουκ. ὁρᾶτε; πῶς ὀργῆς ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων πεσίεσθε. διὰ τοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ, ὡς ὀργὴ Πλάτωνος, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστο-

[e] *Eurytus, ita vt vel Musas, à quibus canendi normam acceperit, canendo, vel Apollinem iaculationis præceptorem iaculando prouocare audeat.* PLAT. *Verùm, generosè, hæc omnia Rhetorum more, ac maximè rebus contraria protulisti: siquidem proteruiorem tuam ostendunt audaciam, manifestamq; præ se ferunt iniustitiam ac ingratitudinem, si cùm à nobis (vt ipse fateris) iacula acceperis, ea contra nos iaculatus es, hunc vnum scopum obseruans, vt nos omnes conuicijs lacessas. talem siquidem à te consequimur gratiam, quoniam prata illa florida tibi reserauimus, nec vt ne decerperes, sinúque repleto discederes, inhibuimus. ideò maximè ob hanc noxam mori dignus es.* LVCIA. *Videte, iræ aures præbetis: & quæ iusta sunt, minimè consideratis. ego verò me nunquam in Platonis, vel Chrysippi, seu Aristo-*

telis,

πτίλης, ἢ τῶν ἄλλων ὑμῶν μα-
θήκοιμ ἂν· ἀλλά μοι δοκῶ τι
μόνοι δὴ πόρρω εἶναι τοῦ δύ-
τος. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκειτόν γε,
ὦ θαυμάσιοι, μὴ δὲ πᾶ δίκης
ἀφτάνητέ μου. ὑμῖν τὸν
γὰρ καὶ τοῦτο λῶν, μὴ βία, μηδὲ
μὴ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύ-
ωμαι. δίκη γὰρ διάφορα δια-
λυθῆ, διδόντας λόγους καὶ δε-
χομένους ἐν μέρει. ὥστε δίκα-
ιον ἐμόμφοι, κατηγορήσατε
μὲν ὑμεῖς, ἢ ἅμα πάντων, ἢ
ὅ τινα ἂν χαροῦσθε, ὑπὲρ
ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογή-
σομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. δέ-
ξασθε μέχρι δικαίως φάνωμαι,
καὶ τοῦτο πρῶτον γνῶ τὸ δικα-
στήριον, ὑφίξω δεῦρο τῷ ἀ-
ξίαν, ὑμεῖς δ' βίαιον ἐμὲ γε-
μίσητε. ἢν δ' τὰς εὐθύνας ὑ-
ποσχῶν, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνε-
πίληπτος ἐφίσομαι, ἀφήσε-
τε μὲν οἱ δικασταί. ὑμεῖς δὲ ἐς
τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς, καὶ
προξωήσαντας κἀμὲ ὑμῶν, τῷ
ὀργῷ τρέψεται. πλάτ. τοῦτο ἐκεῖ-
νο, ἐς πεδίον τὸν ἵππον, ὡς
πραγματεύσασθε τοὺς δικα-
στάς,

telis aut reliquorum veſtr ordinis iram incidere poſſe exiſtimāſſem: ſed longè ab illis mihi diſtare videmini. Verùm, ô admirandi, ne indemnatum cauſaq; non cognita me interficiatis, quamuis & id vos deccat, ne vehementia ac manifeſta violentia graſſari videamini, iure ſcilicet controuerſias diſſoluere, rationes dantes: pariter & accipientes, iudicem eligere: meq; vel vnà omnes accuſare, aut qui omnium vice id agat, eligere. Ego verò obiectis reſpondere ſum paratus: & ſi aliqua in re iniurius eſſe conuictus fuero, ac ita deme ſtatuerit iudicium, merita expendam ſupplicia, vosq; violentum nil perpetrabitis. Si verò crimina diluere videbor, ac inſons & ab omni culpa alienus eſſe inueniar, me iudices dimittent: vos verò in eos qui vos deceperunt, ac contra nos inſtigārunt, iram conuertetis.

PLAT. f Hoc illud eſt, & equū in campū, vt iudices eludere queas,

σὰς, ἀπελθοις. φασὶ γάρ ἐμὲ ῥήτορα εἶναι, καὶ δικανικόν τινα ἄνδρα, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἡδέως ἂν γένοιο; ὃν τινα μὴ οὐ δωροδοκήσεις, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσας ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; Λυ. θαῤῥεῖτε, οὐδὲν γὰρ οὕτω ἄδικα, οὐδὲ οὕτω πολλὰ δικαστὴν ὄντα ἀδικεῖν ἀναγκάσετε. ἀλλὰ τοσοῦτον δικαστὴν ἄριστον καὶ ἀμεταδοτότατον ἀξιώσαμεν ἂν γενέσθαι, καὶ ὅστις ἀφανίσαι μοι τὸν ὑπὲρ φορον. ὁρᾶτε γὰρ τὸν φιλοσοφίαν αὐτὸν μεθ' ὑμῶν ποιησόμενον δικάσεσθαι ἐγγύην. Πλ. καὶ τίς ἂν καταγορήσειεν, ἔχει ἡμᾶς δικαιοῦσθαι; Λυ. οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε, οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς ὑπὲρ φέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ πανουργίας ἀρνοῦσθαι ἁλῶναι δύνω. Πλ. τί ποιοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. Σω. τί δ' ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον.

queas, educere conaris. siquidem te Rhetorem & causidicum vehementem, in orationibusq; admodum callidum esse dicunt. Proinde quemnam iudicem fieri cupis? quem muneribus, vt pro te sententiam ferat (qualia iniusta multa perpetrare consueuistis) corrumpere haud valeas. LVC. Confidite. huius enim rei gratia nullum arbitrum suspectum, vel ancipitem, seu qui pro me iniustè calculum ferat, mihi euenire desidero. & vt certius id cognoscere possitis, ego Philosophiam ipsam vnà vobiscum iudicem eligo. PLAT. At quisnam accusabit, si nos iudicauerimus? LVCIA. Vosmetipsi accusate, & iudicate: neque enim illud timeo, quoniam tam iusta antecello causa, tamque luculenter & abundè me responsurum confido. PLA. Quid faciemus, ô Pythagora & Socrates? nam vir iste quoniam iudicio experiri dignũ ducit, haud absurdè prouocare videtur. SOC. Quid verò aliud, quàm vt ad iudiciũ pergamus,

ριον. καὶ τὴν φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν; ὅ, τι καὶ ἀπολογίσεται; τὸ πῶς δίκης γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. πρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα, μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ ταῦτα, δικαιοσύνῃ χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ανυτου καὶ Μελίτου περὶ τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τοῦτο δικαστῶν, εἰ οὗτος θνήξεται, μηδὲ τὸ παράπαν ὕδατος μεταλαβών; Πλά. ἄριστα πραινεῖς, ὦ Σώκρατες, ὥστε ἀπίωμεν ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν. ἡ δὲ δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη δογνῶ. Λυ. εὖγε, ὦ σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμότερα· τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε, ὡς ἔφην. δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. πῶς δὲ τὴν φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα

mus, assumptáque philosophia, quídnam responsurus sit audiamus. nam absque cognitione quid conari, non ad nos, sed potius ad viros quosdam iracundos, & qui iustitiam in manibus sitam continent, spectare videtur. præbebimus enim occasionem obloqui volentibus, si virum lapidabimus, nec pro se respondere permittemus, & hæc nosmetipsi iustitiæ valedicentes. Proinde quid Anyto & Melito accusatoribus meis, vel qui me tum damnârunt iudicibus, respondebo, si hic inauditus occubuerit, & [h] aquæ omnino compos non fuerit? PLAT. Rectè, ô Socrates, admones, ad Philosophiam igitur pergamus: & illa quidem dijudicet: nos verò, quicquid statuerit, amplectemur. LVCIA. Euge viri sapientiss. meliora hæc & iustiora: lapides verò, vt dicebam, seruate, siquidem paulò pòst in iudicio indigebitis. Verùm vbinam philosophiam quis inueniet? vbi enim habitet,

οἶδα ἔνθα οἰκεῖ· καί τοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον, ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄντισι τριβώνια πριβεβλημένοις, καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς, ἀνηρώτων, οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὔτ' ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ' ἄλλης ἀπεδείκνυον. οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν. πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός τινος, ἧκον ἂν ἐπὶ τινὰς θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι. τεκμαιρόμενος τῶν πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόντων ἁπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ σχήματα ἀυσταλῶν, καὶ φρόντισι καὶ τὴν πρόσψιν. μετὰ τούτων οὖν ξυμπραβυσθεὶς, καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον ἂν εἶτα ἑώρων γυναῖόν τι οὐχ ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι

habitet, non noui, quamuis lõgo circumerrauerim tempore, domum, vt eam conuenire possem, quærens: inde in quosdam vilibus amictos vestibus, barbasq; promissas gestantes incidi. qui cùm ad eandem se pergere assererent, eos scire existimans, interrogaui. at illi, quoniam me longè plus ignari essent, ne de ignorantia redargui possent, vel omnino nil respondebat, vel ianuam aliam pro alia ostendebant: ego verò in hunc vsque diem domum reperire haud quiui. Sæpiùs verò ipse suspicans, vel ductore quopiam, ad quasdam ianuas perueni, certissimè tum inuenisse sperans, à multitudine ingredientium & egredientium coniecturam sumens, qui omnes seueritatem quandam præ se ferebant: forma erant decora, vultu verò meditabundi. hosce insecutus, & ipse quoque sum ingressus. ibi viraginem conspexi quandam, non incuriosè, sordi-

ὅτι μάλιστα εἰς τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἀκόσμητον ἑαυτὼν ἐπιῤῥύθμιζον. ἀλλὰ λαθράνη μοι αὐτίκα, δύ τὸ ἄφιλον λοκὸν ἡ λόμης ἀκαθάπιστον ἐῶσι, οὐδὲ ἡμαλίς τὼν ἀναβολὼν ἀντιπυλοῦντος ἐπισίνουσι. πρόθυμος δὲ ἐλῶν λεσμισμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς ὑπηρέπειαν ὧν ἀβδαπούτω λοκοιῶ τι προσχωμιγύη. ὑπεφαίνιτο δέ τι καὶ φιλόθιον, καὶ φύκος, καὶ τὰ ῥήματα πάνυ ἑταιρικά. καὶ ἐπαινομένη ὑπὸ τῶν ἐρασῶν εἰς τὸ λάκος, ἔχαιρεν· εἴ τι λοιπὸν προχείρως ἐδίδου. καὶ τὸς πλουσιοτέρους ἂν προκαθιζόμενον πλησίον, τοὺς πένητας τῶν ἐρασῶν οὐδὲ προσίβλεπεν. ποτάκις δὲ καὶ γυμνωθέισης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκόσιον, ἱόρων περιδέραια χρυσᾶ, ἢ ἐνώτιον παχυτέρα. ταῦτα ἰδὼν, ἐπὶ πόδας αὖ ὠθὺς ἀνίσχιφον, οἰτέρας ἀγκαδὰ τὸς λακοδαίμονας ἐκείνους, ἐλκομένους πρὸς αὐτῆς, οὐ τῆς βίνος, ἀλλὰ τοῦ πώγωνος, καὶ κατὰ τὸν Ἰξίονα, ἀδόνητον ἀντὶ τῆς Ἥρας ξωόντας.

Πλ.

dè vel inconcinnè excultam: verum quamprimum deprehendi eã dependulos cincinnos minimè ornando negligere, veſtitusq; cultum ſtudioſè affectare: & quamuis tam exquiſitis mundicijs ornata eſſet, cultum tamen decoris gratia diſſimulare nitebatur. apparebat & fucus quidam, lenocinium̃que: & verba perquam meretricia. ab amatoribus verò laudata, admodum gaudebat, & ſi quis aliquid dediſſet, auidè ſuſcipiebat: opulentiores quoque iuxta ſe locabat, amatores autem inopes nec aſpicere dignabatur. Sæpiùs quoque cùm ſe caſu denudaſſet, torques aureas anguillis craſsiores conſpiciebam. Hæc cùm vidiſſem, confeſtim ad pedes ſum conuerſus, oppidoquam miſeratione commotus ob infelices illos non naribus, ſed barbis ad illam pertractos, ac Ixionis inſtar pro Iunone idolo congredientes.

PLATO.

Πλ. τοῦτο μὲν ὀρθῶς εἶπες. οὐ γὰρ πρόδηλον, εἰ πᾶσι γνώριμον ἡ θύρα. πλὴν ἀλλ' ἐς δίκην ἀκόσει βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἐνταῦθα γὰρ ἐν κεραμεικῷ ὑπομένομεν αὐτόν. ἡ δὲ ἤδη πως ἀφίκται, ἐπανιοῦσα ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς εἰκάζω· καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ· τοῦτο γὰρ ὁσημέραι ἔθος ποιεῖν αὐτῇ. μᾶλλον δὲ ἤδη πρόσεισιν, ὁρᾷς πλὴν εὐσχήμονα, πλὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος, πλὴν πρεπούσης τὸ βλέμμα, πλὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ ἥρμα βαδίζουσαν; Λυ. ποταπὰς ὁμοίας ὁρῶ τὸ μὲν σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ πλὴν ἀναβολὴν, καὶ τοί μία πάντων ἦν ἀληθὴς φιλοσοφία καὶ ἐν αὐταῖς. Πλ. εὖ λέγεις. ἀλλὰ δηλώσει ἤτις δὴ φθέγξαμένη μόνον. Φι. Παπαῖ, τί Πλάτων καὶ Χρύσιππος ἄνω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια μαθημάτων; τί αὖθις ἐς τὸν βίον; ἆρα τὶς ὑμᾶς ἐνέπεσε τῶν ἐκτὸς; ὀργιζομένοις γοῦν ἐοίκατε. καὶ

PLATO. *Hæc quidem rectè dixisti. non enim manifestum, nec cunctis notum est ostium. atque haud necesse erit ad illius accedere domum. hic enim in Ceramico ipsam opperiemur. illa iam verò aderit, ex Academia reuertens, vt etiam in Pœcilo obambulet: id enim quotidie facere consueuit. quin potius iam est præstò. Vidésne ex effigie decorem, mansuetudinem ex aspectu: ipsam verò cogitabundam placidè incedere?* LVCIA. *Multas effigie, incessu & vestitu similes video: atqui inter has omnes solùm vna vera est Philosophia.* PLAT. *Rectè loqueris. verùm quænám sit, cùm solùm loqui cœperit, ostendet.* PHILOSOPHIA. *Papæ: cur Plato, Chrysippus quoque, & Aristoteles, nec non reliqui omnes, ipsa mea disciplinarum capita, apud superos? Cur rursus in vitam? Ecquis vos ex inferis læsit? Iracundis similes estis. Quis-*

καὶ τίνα τοῦτον ξυλλαβόντες ἄγετε; ἢ που λωποδύτης τις, ἢ ἀνδροφόνος, ἢ ἱβόσυλός ἐστι; Πλά. νὴ Δία, ὦ φιλοσοφία, πάντων γε ἱβοσύλων ἀσεβέστατος, ὃς τὴν ἱερωτάτην σε κακῶς ἀγορεύειν ἐπεχείρησε, καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, ὁπόσοι τι παρὰ σοῦ μαθόντες, τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλελοίπαμεν. Φι. εἶτα ἠγανακτήσατε λοιδορησαμένου τινὸς, καὶ ταῦτα εἰδότες ἐμὲ, οἷα πρὸς τῆς κωμῳδίας ἀκούουσα ἐν Διονυσίοις, ὅμως φίλην τε αὐτὴν ἤγημαι, καὶ οὔτε ἐδικασάμην, οὔτε ἠτιασάμην προσελθοῦσα. ἐφίημι δὲ παίζειν τὰ εἰκότα, καὶ τὰ ξυνήθη τῇ ἑορτῇ; οἶδα γὰρ, ὡς οὐκ ἄν τι ἑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅπερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσπερ τὸ χρυσίον, ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀποστίλβει καὶ φανερώτερον γίνεται. ὑμεῖς δὲ οὐκ οἶδα ὅπως ὀργίλοι καὶ ἀγανακτικοὶ γεγόνατε. τί δ' οὖν αὐτὴν ἄγχε-

nam hic existit, quem comprehensum ducitis? nunquid fur est, seu homicida, vel sacrilegus? PLATO. Ita per Iouem, ô Philosophia, & omnium sacrilegorum inquinatissimus, qui te sanctissimam maledictis incessere conatus est, paritérque nos omnes, quotquot abs te quippiam didicimus, ac posteris vtendum dereliquimus. PHILOS. Itaque maledicente quopiam indignamini, cùm sciatis quænam ego à Comœdia in Dionysiis audire soleo? attamen ipsam amicam esse duco, neque in ius voco, seu accedens incuso, verùm conuenientia & festo congruentia ludere permitto. Noui enim quòd nil ob scommata redditur deterius, sed econtrà quodcunque bonum existit, tanquam aurum cùm erutum inciditur, clarius relucet, fitq; splendidius. At vos nescio quemadmodum iracundia ac indignatione accensi estis. proinde cur

cum

ἄγχιτε; Πλ. μίαν ἡμέραν τοὺτῳ παρατησάμενοι, ἥκομεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ὑποσχὴ τῷ ἀείμαν ὧν δίδρακι. φῆμαι γὰρ ἡμῖν διήκουσον, οἷα ἔλεγεν ἐπιὼν ἐς τὰ πλήθη καθ' ἡμῶν. Φι. εἶτα τὸν δίκης, ὃν ἀφλογιστάμενον ἀπεκτονέναι; δίκῃ γὰρ ὅτῳ ἀπεῖπε τι θέλων. Πλ. νὴ, ἀλλ' ἐπὶ σὲ τὸ πᾶν ἀνιβαλόμενα καί σοι ὅ, τι ἂν δοκῇ, τοῦτο ποιήσειν τῇ δίκης. Φι. τί φῄς σύ; Λυ. τοῦτο αὐτὸ, ὦ δέσποινα φιλοσοφία, ἵπερ μὴ μόνη ἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναιο. μόλις γὰρ ὑρόμην, πολλὰ ἱκετεύσας, τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τῷ δίκῃ. Πλ. νυῖ, ὦ καταράτη, δέσποιναν αὐτὴν καλεῖς, πρόσθεν δὲ τὸ ἀτιμότατον φιλοσοφίαν ἀπέφαινες, ἐν ὀβολοῦ πρᾶσιν θεάτρῳ κατὰ μέρη δὲ ὀβολῶν ἕκαστον ἑκάστης τὸ λόγων; Φι. ὁρᾶτε, μὴ οὐ φιλοσοφίαν οὗτός γε, ἀλλὰ γόητας ἄνδρας ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου δύο ματι πολλὰ καὶ μιᾷ πρατ-

eum strangulatis? PLAT. Vnũ hunc postulantes diem, contra illum emersimus, vt ob commissa malefacta dignas persoluat pœnas. Fama etenim cognouimus, qualia contra nos in vulgus sparserit. PHIL. Igitur eum indemnatum ac mauditum interficietis? Atqui dicere quid velle videtur. PLAT. Minimè: verùm negocium omne tibi committemus, vt cognita causa, quicquid visum fuerit, statuas. PHIL. Quid tu ais? LVCIA. Hoc idem, ô hera Philosophia, quandoquidem sola veritatem inuenire potes: vix enim multis obtinui precibus, vt tibi causa delegaretur. PLAT. Nunc, ô execrande, ipsam appellas, paulò antè verò rem esse turpissimam philosophiam asserebas, cùm in tãto theatro etiam pro duobus obolis vnúquemq; singulatim venalem proponeres meminisse sermonum? PHIL. Atqui videte ne non philosophiam iste, verùm præstigiatores viros sub vestri nominis obtentu mutata ac fœ-

τοντας ἠγόρευε κακῶς. Λυ. εἴσῃ αὐτίκα, ἢν ἐθέλῃς ἀπολογουμένου ἀκούειν. μόνον ἀπίω μὲν ἐπ' Ἄρειον πάγον, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν Ἀκρόπολιν αὐτὴν, ὡς ἂν ἐκ πρωτοπῆς ἅμα καταφανείη πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει. Φι. ἡμεῖς δὲ, ὦ φίλαι, ἐν τῇ Ποικίλῃ τέως περιπατήσατε ἥξω γὰρ ὑμῖν, ἐκδικάσασα τὴν δίκην. Λυ. τίνευ δέ εἰσιν, ὦ Φιλοσοφία; πάνυ γὰρ κόσμιαι καὶ αὗται δοκοῦσιν. Φι. Ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, Σωφροσύνη δὲ ἐκείνη, καὶ Δικαιοσύνη παρ' αὐτήν. ἡ πρηγουμένη δὲ, Παιδεία. ἡ ἀμυδρὰ δὲ αὕτη, καὶ ἀσαφὴς τὸ χρῶμα, ἡ Ἀλήθεια ἐστιν. Λυ. οὐχ ὁρῶ ἥν τινα καὶ λέγεις. Φι. τὴν ἀκαλλώπιστον ἐκείνην οὐχ ὁρᾷς, τὴν γυμνὴν, τὴν ἀποφεύγουσαν ἀεὶ καὶ διολισθαίνουσαν; Λυ. ὁρῶ νὴν μόλις. ἀλλὰ τί οὐχὶ καὶ ταύτας ἄγεις, ὡς πλῆρεν γένοιτο καὶ ἐντελὲς τὸ συνέδριον; τὴν Ἀλήθειαν

da committentes, maledictis insectatus sit. LVCIA. *Quamprimùm cognosces, si saltem respondentem audire velis. tantummodo* [k] *ad Arium abeamus pagum, seu potius in arcem ipsam, vt tanquam ex specula, cuncta pariter quæ in vrbe sunt, manifestè pateant.* PHILOSOPHIA. *At vos, ô amicæ, in Pœcilo tantisper deambuletis porticu: adero etenim quum primùm dijudicatum fuerit.* LVC. *Quænám, ô Philosophia, hæ sunt? nam & ipse admodum ornatæ esse videntur.* PHILOSO. *Virilis hæc Virtus ipsa, illa verò Modestia, penes quam Iustitia: at antesignana Disciplina: dubio verò colore, & vix apparens illa, Veritas est.* LVC. *Non video. quámnam dicis?* PHIL. *Nónne inornatam illam cernis, nudam inquam, subterfugientem semper, ac subterlabentem?* LVC. *Vix nunc tandem cerno: verùm cur non & has ducis, vt penitùs repleatur consessus? siquidem Veritatem*

θεαν δὲ γε καὶ ξυνήγορον ἀναβιβάζεσθαι πρὸς τὴν δίκην βούλομαι. Φι. νὴ Δία, ἀκολουθήσει καὶ ὑμῖν. οὐ βαρὺ γάρ, μίαν δικάσαι δίκην· ἢ ταῦτα, περὶ τῶν ἀμητέρων ἰδιωμένων Αλ. ἄπιτε ὑμεῖς· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι ἀκοῦσαι, ἃ πάλαι οἶδα ὁποῖά ἐστιν. Λε. ἀλλ' ἡμῖν, ὦ Ἀλήθεια, εἰ μέλλει ξυνδικάζοις ἄρα, ὡς καὶ βαταμωνοῖς ἕκαστα. Φι. ὀκνῶ ἐπάγεσθαι καὶ τὸ θεραπαινίδιόν τουτο, συνοικειότατόν μοι ὄντι; Λε. καὶ μάλα ὀπόσον ἂν ἐθέλῃς. Φι. ἴσως δὲν, ὦ Ἐλευθερία καὶ Παῤῥησία, μετ' ἐμοῦ, ὡς τὸν δίκαιον ἕνα ἄνθρωπίσκον, ἐρασθῶ ἀμείνονα ὄντα, ἢ συνδιωκόντα ἐπὶ μηδεμιᾷ πρόφασει δικαίᾳ, σῶσαι δυνηθῶμεν. σὺ δὲ Ἔλεγχε αὐτοῦ περίμενον. Λε. μηδαμῶς, ὦ δέσποινα, μένετω δὲ καὶ οὗτος, καὶ ἔστις ἄλλος· οὐ γὰρ τοῖς τυχοῦσι θεοῖς πρεσβεύσαι δίκαιον, ἀλλὰ δόξαν ἀνθρώ-

ritatem & Patrocinium ad iudicium pariter ascendere volo. PHIL. Rectè per Iouem. Sequimini igitur & vos: non enim difficile erit vnicum iudicare iudicium, præcipuè cùm de nostris agetur. VERITAS. Abite vos. nil enim mea refert ea audire, quæ quidem qualia sint noui. LVCIA. Verùm, ô Veritas, vt iudicio adsis, ac singula diligenter exquiras, maximè nostra interest. PHILO. Nunquid famulitium hoc mihi admodum beneuolum deducam? LVCIA. Valde quidem, & quemcumque volueris. PHIL. Sequimini, ô Ingenuitas, Loquendique libertas, vt miserum hunc homuncionem, amatorem nostrum, ac nullo prætextu iusto periclitantem, saluare possimus. at tu, Elenche, illic remane. LVCIA. Minimè, ô hera: quin ille quoque veniat, & si quis alius. haud enim cum fortuitis necesse est me depugnare feris, verùm cũ arrogãtibus difficilimæq; redarguionis homi-

βρώποις, καὶ ἀυσελέγκτοις, ἀπό τινας ἀφυγὰς εἰσκομιζοίς, ὥστε ἀναγκαῖον ὁ Ἔλεγχος. Φι. ἀναγκαιότατον μὲν οὖν. ἄμεινον δέ, εἰ καὶ τοῦτο ἀπόδειξιν παραλάβοις. Αλ. ἔοικεν πάντων, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαῖοι δοκοῦμεν εἰς τοῦτο ἥκειν. Δεισιτ. ὁρᾷς, πῶς ἐοικεῖσιν ἡμῖν, ὦ Φιλοσοφία, τοῦ καθ' ἡμῶν, ὦ Φιλοσοφία, τοῦ Ἀληθείαν. Φι. ἕνεκα δικαίου τινός, ὦ Πλάτων, καὶ Χρυσιππε, καὶ Ἀριστοτέλους, μή τι ψεύσηται ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀλήθεια δέ; Πλατ. ὁ τοῦτο, ἀλλὰ λαμπρὸς παῤῥησιάσασθαι, καὶ δολακικὸς, ὥστε πρὸς αὐτοῦ. Αλή. θαῤῥεῖτε, οὐδὲν ὁ μὴ γένηται ἄδικον. Δικαιοσύνης ταύτης συμπαρόσης. ἀπίωμεν οὖν· ἀλλ' ἐπί μοι σὺ, τί σοι τὸ ὄνομα; Λουκ. ἐμοὶ Παῤῥησιάδης, Ἀληθίων δὲ τοῦ Ἐλεγξικλέους. Φι. ποταπὸς δέ; Λουκ. Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τῶν ἐπ' Εὐφράτιδι. ἀλλὰ τί τοῦτο; καὶ γὰρ τούτων τινὰς οἶδα τῶν ἀντιδίκων μου, οὐχ ἥκιστα ἐμοῦ βαρ-

nibus, & qui semper effugia quædam inueniant, ita vt necessarius sit Elenchus. PHILO. Igitur admodum necessarius. melius verò si & Demonstrationem tecum assumas. VER. Sequimini omnes, quandoquidem ad iudicium necessarij videmini. ARISTO. Cernisne, ô Philosophia quemadmodum propter nos Veritati subblanditur? PHILOS. Numquid, ô Plato, Chrysippe, & Aristoteles, veremini, ne sui causa, cùm Veritas sit, mentiatur? PLA. Non hoc: sed admodum callidus est, & blandiculus, ita vt illi persuadere possit. PHIL. Confidite. nil iniqui, cùm Iustitia hæc adsit, fieri poterit. Abeamus igitur. Verùm dic mihi tu, quod tibi nomen est? LVC. Mihi? Parrhisiades Alethionis Elenxiclei. PHILOS. Patria verò quænam? LVC. Syria, ô Philosophia, iuxta Euphratem. Sed quid hoc est? noui n. quosdam ex his meis aduersarijs, non minùs quàm ego

sum,

βαρβάρους· τὸ γένος· ὁ τρόπος· καὶ παιδεία, εἰ μὲν τὰ Σολέας, ἢ Κυπρίους, ἢ Βαβυλωνίους, ἢ Σταγειρίτας. καίτοι πρόσεστι εἰ ἐκεῖνο ἄμφω γένοιτο ἔλαττον, οὐδὲ εἰ τῷ φωνῇ βάρβαρος ἄν τις, ἀνὴρ ἢ γνώμην ὀρθὴν καὶ δικαίαν φαίνοιτο οὖς. Φι. εὖ λέγεις. ἀλλως γε τοῦτο ἀρόμην, ἢ τέχνην δέ τοι τίς; ἄξιον γὰρ ἐπίστασθαι τοῦτό γε. Λου. μισόλογός εἰμι, καὶ μισόπονος, καὶ μισόψευδὴς, καὶ μισότυφος, καὶ μισῶ πᾶν τὸ τοιοῦτόλοιπον τῶν μιαρῶν ἀνθρώπων. πολλοὶ δὲ πολλοί εἰσιν, ὡς οἶσθα. Φι. Ἡράκλεις, πολυμισῆ τινα μίτρα τῷ τέχνῃ. Λου εὖ λέγεις. ὁρᾷς γὰρ ὑπὸ τοῖς ἀπιχθάνομαι, καὶ ὡς εἰκαίως μέ γε ἀπεχθάνομαι· οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ ἐναντίαν αὐτῇ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα. λέγω δὲ τῷ ἀφ' τοῦ φιλῶ τῷ ἀρχὴν ἔχουσαν. φιλαλήθης γάρ, καὶ φιλόκαλος, καὶ φιλάπλοικος, καὶ ὅσα τοῦ φιλεῖσθαι συν-

quasdam aureas in humeris habentem. cernisne, ô Elenche? Aristotelem hic refert. accessit. Atqui rursus abijt. diligenter arbitratur. iterum redit. degustauit. captus est. extrahatur. num hic tibi Aristoteles cognitus est? ARISTOT. *Ne me, ô Parrhisiade, de ipso interroga. nam quis sit ignoro.* PARRH. *Nunquid igitur & hunc, ô Aristoteles, per petras?* ARISTO. *Et maximé.* DIOG. *Sed ecce multos hîc conspicio pisces paricolores, spinosos, in superficie asperiores, vechinis magis aculeatos. verriculo aliquo opus esset, verùm non adest. satis erit, si vnum ex grege tantùm extrahamus, atqui ad hamum accessit, qui ipsorum est ferocissimus.* ELENCHVS. *Conside, si videtur, ac priùs funiculum longè ferro circunda, ne dentibus abrodant, & aurum deglutiãt.* PARRH. *Desedi. at, tu Neptune, capturam secunda. Papæ: pro illecebris depu-*

δελέατος· καὶ οἱ μὲν ξυνάμα πολλοὶ περιτρώγουσι τὴν ἰσχάδα, οἱ δὲ προσφύντες ἔχονται τοῦ χρυσίου. εὖ ἔχει, περιεπάρητις μάλα καρτερός. φέρ' ἴδω τίνος ἐπώνυμον σεαυτὸν εἶναι λέγεις. καί τοι γελοῖος τέ εἰμι, ἀναγκάζων ἰχθῦν λαλεῖν· ἄφωνοι γὰρ αὐτοί. ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἔλεγχε, εἰπὲ ὅν τινα ἔχει διδάσκαλον αὐτοῦ. Ελ. Χρύσιππον τουτονί. Παρ. μανθάνω, διότι χρυσίον, οἶμαι, προσῆν τὸ ὀνόματι. σὺ δ' οὖν Χρύσιππε πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς εἰπὲ, οἶσθα τοὺς ἄνδρας, ἢ τοιαῦτα παρῄνεις αὐτοὺς ποιεῖν; Χρ. νὴ Δία ὑβριστικὰ ἐρωτᾷς, ὦ Παῤῥησιάδη, προσήκειν τὶ ἡμῖν ὑπολαμβάνων τοιούτους ὄντας. Παρ. εὖγε, ὦ Χρύσιππε, γενναῖος εἶ, οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸς ἐπὶ κεφαλὴν μετὰ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ καὶ ἀκανθώδης ἐστὶ καὶ δέος, μὴ δαπαρῇ τις τὸν λαιμὸν, ἐσθίων. Φι. ἅλις, ὦ Παῤῥησιάδης, τῆς ἄγρας, μὴ καί τις σοι, οἷον πολλοί εἰσιν, οἴχηται ἀποσπάσας

depugnant. partim congregati carycas circumrodunt, alij verò deuorantes, ab auro detinentur. Bene habet, adhæsit quidam admodum robustus. Age dic, cuius tu cognomen refers? Atqui ridiculus sum, piscem loq cogens: muti siquidem sunt. cæterùm, tu Elenche, dic, quémnam hic magistrũ habet? ELENCH. Chrysippum hunc. PARRH. Intelligo, quoniam aurum, vt arbitror, nomini conuenire videtur. At, tu Chrysippe, per Mineruam refer, nostíne viros? vel talia ipsos facere doces? CHRYS. Contumeliosè per Iouẽ, ô Parrhisiade, interrogas, qui nobis quicquã cũ ijs qui tales existant, conuenire suspicaris. PARR. Euge generosus es, ô Chrysippe: igitur & iste cum alijs in caput præcipitetur, quoniam spinosus est, ac timendum ne si à quopiam comestus fuerit, guttur offendat. PHILOS. Satis, ô Parrhisiade, piscatus, ne quis (veluti multi solent) abrupto

σπάσας τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἄγκιστρον, εἶτά σε ἀπρτίσαι τῇ ἱερείᾳ δεήσει. ὥστε ἡμεῖς μὲν ἀπίωμεν περιπατήσουσαι· καιρὸς δὲ καὶ ὑμᾶς ἀπιέναι, ὅθεν ἥκετε, μὴ καὶ ὑπερήμεροι γενήσεσθαι τῆς πεθεσμίας. σὺ δὲ καὶ ὁ Ελεγχος, ὦ Παῤῥησιάδη, ἀνύκλῳ ἐπὶ πάντας αὐτοὺς ἰόντου ἢ στεφανοῦτε, ἢ ἐγκατακαίετε, ὡς ἔφην. Παρ. ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλοσοφία. χαίρετε, ὦ βέλτιστοι ἀνδρῶν. ἡμεῖς δὲ κατίωμεν, ὦ Ελεγχε, καὶ τελῶμεν τὰ παρηγγελμένα. ποῖ δὲ καὶ πρῶτον ἀπιέναι δεήσει; μῶν ἐς τὴν Ακαδημίαν ἢ ἐς τὴν Στοάν; ἀπὸ τοῦ Λυκείου ποιησώμεθα τὴν ἀρχὴν, οὐδὲν διοίσει τοῦτο. πλὴν οἶδα ἐγὼ, ὡς ὅποι πότ' ἂν ἀπέλθωμεν, ὀλίγων μὲν τῶν στεφάνων, πολλῶν δὲ τῶν καυστηρίων δεησόμεθα.

pto auro & hamo aufugiat, indeq; sacerdoti abs te repetere sit necesse. Proinde nos ad deambulationem pergamus. Tempus quoq; instat vt & vos eò vnde venistis, reuertatis, ne vltra præscriptũ tempus moram ducere videamini. Tu verò, Parrhisiade, & Elêche, per gyrum ad cunctos accedatis, & quemadmodum iussi, illos aut coronate, aut inurite. PARRH. *Fient hæc, ô Philosophia. Valete virorum optimi: nos verò, ô Elenche, proficiscamur, ac iussa exequamur. Verùm quò primùm pergere necessum erit? nunquid in Academiam, vel Stoam? Ab Lyceo exordium faciamus: nil hoc refert. Attamen hoc noui, quocunque gentium perueniemus, paucis equidem coronis, multis verò indigebimus cauterijs.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

HAbet hic dialogus, captiui titulum apud Erasmum in adagio: In planiciem equum. In eo introducuntur Philosophi in Lucianum, quòd is & ipsos & Philosophiam scriptis suis insectatus esse videretur.

a PERA

a PERA vt reddat opem.] *Alludit ad hunc Homericum versum, Iliad. 16:*

ὡς φρήτη φρήτησιν ἀρήγῃ, φῦλα κὴ φύλοις.

Ferebant autem peram & baculum aliquando philosophi, sed in primis Cynici. In Græco pro ἀρήγῃ sunt qui legunt ἀρήρῃ.

b Este cati.] *Homerus Iliad. ζ. θ:*

— μνήσασθε δὲ τούριδος ἀλκῆς.

c Aetne Crateras.] *In quos præcipitem se dedisse memoratur Empedocles.* *d* Me viuum.] *Homerus Iliad. ζ:*

ζώ γρει Ατρέος υἱὲ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα, &c.

Lucianus è suo μὴ δὴ φιλέουσι σοφοίπερ addidit. *e* Eurytus.] *Eurytus artem iaculandi sagittis, ab Apolline accepit, à quo deinde Hercules didicit.* *f* Hoc illud est.] *Scilicet, quod dici solet.* *g* Equum in campum.] *Hîc παρακαλεῖν, aut quid simile eleganter subauditur. In campum, id est, planiciem videlicet hominem rhetoricum significans, & in agendis causis exercitatum. Hac vsi sunt Plato in Theæteto, & Synesius in epistola quadam.* *h* Aquæ omnino compos non fuerit.] *Oratores ad aquæ mensuram perorabant. Et idem Lucian. in Solœcista.* *i* In Ceramico.] *Ceramicus locus Athenis, vbi qui in bello ceciderant, sepeliebantur, autore Suida. A' varietate verò picturarum Pœcilus porticus dictus est: nam ibi bella, quæ Athenienses aduersus hostes gesserant, depicta erant. meminit Pausanias & Lucianus in Scytha: item in Meretricio Melissæ & Bachilis.* k Ad Arium abeamus pagũ.] *Arium pagum, pro Areopagum vnico verbo, locus est Athenis, vbi Orestes causam dixit, & vbi quæ ad Rempub. spectabant, seuerissimè administrabantur. Sic dictus, teste Pausania in Atticis, quòd eò primò vocatus sit Mars (quem Græci Arem vocant) in ius, eò quòd Alirhothoum interfecerat. Αρειος propterea quòd cædes ibi iudicarentur, vt ait Suidas: πάγος ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστί.*

l Parrhisiades.] *παῤῥησιάστης dicitur, qui liberè loquitur. vnde Demochares ob nimiam & procacem linguam Parrhesiastes dictus est. Is Demosthenis ex sorore nepos, missus ab Atheniensibus cum alijs ad Philippum regem legatus, expositis mandatis, petenti regi, quid gratum Atheniensibus facere posset: respondit procaciter: Suspende te. indignantibus ob eam rem cæteris,*

teris, rex dimisit incolumem, vos (inquiens) rogate ab Atheniensibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Seneca lib. 3. de Ira. m Tuum adijce calculũ.] *Hæc ad fabulam de iudicio Oresti spectant, in quo ei Minerua auxilium tulit, ac suo illum suffragio liberauit.* n Tua, ô Plato, excellens prudentia.] *De Platone quis & quantus fuerit, & quid scripserit, vide Diogenem Laërtium in Platonis vita.* o Vt magnus Iupiter.] *Lucianus Platonem subsannat, cuius in Phædro verba hæc sunt: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων ἅρμα πτερωτὸν πρῶτος πορεύεται.* p Satius enim lingua, quàm ligno rem agere.] *Omnia prius consilio quàm armis experiri decet.* q Vulgus siquidem.] *Vulgi & multitudinis natura. In Græco syntheseos numeri: vulgus enim non tam prudentia, ad iudicandum ducitur, quàm animi quodam impetu & furore rapi solet. Nec mirum cùm delectu careat, si etiam absq; discrimine sententiam ferat. Quo pacto enim rectè iudicari posset? vbi stoliditas prudentiam, temeritas rationem, consilium animi superat impotentia: vnde & diuus Plato rectè censebat, quicquid vulgo placeret, vel solum ideo suspicione dignũ esse, etiam si virtutis specimen quoddam præ se ferre videretur.* r Aristophanes & Eupolis.] *De ijs priscæ comediæ scriptoribus, sic Horatius 1. Serm. Sat. 4:*

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poëtæ,
Atque alij, quorum comœdia prisca virorum est,
Si quis erat dignus describi, quòd malus aut fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui,
Famosus, multa cum libertate notabant, *&c. fuerunt summa ingenij dexteritate, & libertate, qua etiam principes lacessiuerunt dignum philosophis ingenium, nisi in philosophiæ parentem Socratem stylum impiè exercuissem, Aristoph. meminit Cic. 2. de leg. cùm ait: Nouos verò deos, & in ijs colendis nocturnas peruigilationes, sic Aristophanes facetissimus poëta veteris comœdiæ vexat, vt apud eum Sibazius, & quidam alij dij de peregrinis iudicati, è ciuitate eijciantur. Eupolis floruit 88. Olympiade, principe Apollodoro, vt Eusebius obseruauit. Huius meminit Cic. in Bruto, ac Quintil. de prisca comœdia agens. Baptæ eiusdem fabula à nostro Luciano celebratur.* s Menippe.]

pe.] *Consule in eius vita Laërtium.* *t* Infunde responsuro.] *Verte horologium.* *u* Herculem ageret.] *Herculem saltantem & Cerberum ab inferis extrahentem meminit Hesychius.* *x* Cumanum illum asinum.] *Refertur hic apologus & in fugitiuis, sed strictiùs: Planeq; ita mecum agunt, quemadmodum Aesopus Cumanum illum asinum fecisse refert, qui cùm leoninam induisset pellem, & asperè derudisset, se quoque leonem esse videri cupiebat, & erant fortassis nonnulli qui ei crederent.* *y* Cumenses.] *Cumanos autem hic appellat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt in Aeolide supra Lesbum. Nam & Lesbij & Cumani notati sunt stoliditatis, vt indicat Stephanus.* *z* Coinquinatè viuebat.] *Et propter eos qui improbè viuerent, malè de vobis (philosophia & veris philosophis) existimabant. Sic propter malè viuentes doctrina sana malè audit.* *A* Caniculis iracundiores.] *De improbis philosophis ac monachis per comparationem aliquot prouerbia congerit ab animantibus sumpta.* *B* Verba pennata.] *Imitatur Homerum qui dicit: ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.* *C* Nobis idem quod Iliensibus.] *Iliensis tragœdos conducens, dicitur vbi quis vltrò prouocat quempiam, vnde sua audiat probra, veluti si Troiani accersant histrionem, qui ipsis calamitates, quas semel pertulêre, denuò quasi renouet. Idem in Pseudologista. Postquam enim iuxta prouerbium, Iliensis cùm sis, tragœdos conduxisti.* *D* Veneranda victoria.] *ὦ μέγα σεμνὴ νίκη. Hoc in fine quarundam tragœdiarum videre licet.* *E* A' secundo cratere?] *Aut à compotitoribus translatum, aut ad clepsydram reijciendum.* *F* Duo denique auri talenta.] *Homerus Iliad. σ:*

Κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέγοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα
τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἰπῇ.

G Apud Pelasgicum circa Arion.] *Loca Athenis iuxta arcem.* *H* Geminor. ædem.] *Pollucis & Castoris templum intelligit.* *I* Quot folia.] *Vide Homer. Iliad. β.* *K* In rebus.] *χρήμασι quæ inter bona annumerant Peripatetici.* *L* Culter sacrificulus.] *μαχαιρίδιον πυθικὸν, Delphicũ gladiũ.* *M* Tragica nouacula radebat.] *ἐν χρῷ, ἐν χρῶτι:*

ad

ad viuũ, ad cutẽ. N Inurat supercilia.] *Alludit ad veterũ morem, qui fugitiuorũ frontibus stigmata inurebant.* O Funiculum & hamum.] *Instrumenta piscatoria.* ὀρμεὰ *funiculus piscatorius ex setis equinis contextus: Theocritus in Piscatoribus vsus est.* P Ex Pelasgico.] *Pelasgicum locus fuit Athenis iuxta arcem, vt iam diximus.* Q Lupum.] *Lupus marinus. Meminit Aristot. & Plin.* R Felis.] *Galeus. Gaza mustellam interpretatur. Est piscis rapax.* S Aphyis leuiores.] *Aphyæ pisciculi quos parit limus, vermiculorum instar scaturientes, meminit Aelianus. Plinius verò aquas à Latinis apellari dicit, quòd ex aqua & pluuia procreentur.* T Pscta.] *Piscis latus. Meminit Aristot. & Suidas.* V Echinis.] *Echinus, Latinè Erinaceus. spinis aculeatis.*

PRO EO QVOD INTER SALVtandum verbo lapsus fuerat.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟρεύσει πλαίσματος.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

RESpondet hac apologia pro errato quod inter salutandum ipsi exciderat, cùm mane & in prima salutatione quando χαῖρε, *hoc est*, aue seu salue dicẽdum fuerat, ipse ὑγίαινε, *hoc est*, vale dixisset. Orationis status est iuridicialis assumptitius. Fatetur enim & ipse peccasse se, quia ordinem inuerterit, & quod postremum dici conueniebat, à principio vsurpârit: sed tamen culpam hanc mitigat atque eleuat, primùm vsu ac potestate ipsorum verborum, ostendens τὸ χαίρειν non in principijs tantùm à veteribus, sed etiã fine atq; discessu vsurpatũ fuisse, ὑγιαίνειν autem vtroq; loco frequenter à multis, à quibusdam etiam in principio semper positũ fuisse: deinde & efficaciorem atque auspicatiorem vim ac significationem habere: idq; probat multis & poëtarum & aliorum testimonijs, adductis item historiarum exemplis, vbi vel eodem errore ὑγιαίνειν

pro

pro χαίρειν positū fuisset, vel aliàs vsurpatum, cōmodum aliquod vtentibus attulisset. Post hæc ordinis inuersioni opponit euentum erroris, quòd tale verbum pro alio dixerit, cuius vis seu potestas, *hoc est*, valere seu sanum esse, cuius tempori non matutino tantùm conueniat, & quòd hæc salutatio cæteris potior atque efficacior sit. Denique & principes hoc idem primum atque præcipuum suis mandant, vt salutis seu valetudinis curam gerant: & priuati quoque in resalutando saluos esse iubeant. Hinc & causam erroris siue euentus huius in deum aliquē transfert. Animi autem consternationem, quæ causam errori dederit, à consueto & obiecto seu casu defendit. Deinde & voluntatem principis pro se interpretatur, ficta conformatione, idq; argumento à consequentibus & exemplo ducto. Ad finem ficta alia ac noua obiectione, orationem in votum seu precationem desinit. Exordium à loco cōmuni sumitur. Verbum χαίρειν vbique saluere exposuimus, propter commodum versionis: quanquam non ignorem à Martiale atque alijs frequentiùs per Auere reddi, quando salutantis est. Nam alioqui & gaudere significat, interdum & valere, vt infrà, cùm discedentium mutuò est: vt & τὸ ὑγιαίνειν, quod nos vbique valere vertimus, & saluum siue sanum esse interim significat, ad quas significationes infrà in Græcis testimonijs quæ citantur, crebræ allusiones fiunt, præsertim cùm à principio ponitur.



Αλεπὸν μὲν, ἄνθρωπον ὄντα δαίμονός τινος ἐπήρειαν δεφυγεῖν· πολὺ δὲ χαλεπώτερον, ἀπολογίαν εὑρεῖν παραλόγου καὶ δαιμονίου πταίσματος.



Ifficile [a] *sanè est, homo cùm sis, alicui*[9] *Dei impulsionē ac vim euitare. Multò autem difficilius, defensionē inuenire errati eius, quo qs præter rationem, & ceu numine quodam impellente lapsus est.*

ἅπερ ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς πεισόμενος τὸ ἐωθινὸν θέαμα τῶν σωνήθων ταύτῶν φωνῶν, ἀφεῖναι μὴ χαίρειν κελεύσειεν, ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος, ὑγιαίνειν σε κἀξίεν, οὐφημοτέρῳ μᾶλλον καὶ τοῦτο, ἐκ τοῦ καιροῦ δέ, ὡς ὁ καλὸς τῶν ἐω. ἐγὼ μὲν ὃν ἐπὶ τούτῳ οὐθὲν ἐδίωμην καὶ ἀρνθείων καὶ παντοῖος ὢν ἐπ' ἀποείας οἱ παρόντες ἦ, οἱ μὴ παραπαίειν, ὡς τὸ εἰκὸς, οἱδὲ ληρεῖν ὑφ' ἑλικίας, οἷς χθιζὴ νῆς κραιπάλης ἀνάμεσον ἔτι ᾤοντό με εἶναι, ἀ κ ὅτι μάλιστα σὺ ἐπιφθῶς λῦσηκας τὸ γεγονός. εὖ δ' ὅσον ἄκρῳ τῷ μεθύσματι ἐπισκηνάμενος ἐγλώττης τῶν διαμαρτίαν. ἔδοξεν ὅμ μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγράψαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιάμενον ἐπὶ τῷ πάσματι, μήδ' ἀφόρητον ἡγούμενον ἐμοὶ μὲν ἀπροσδόκητος ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην ἔ καλῶς ἔχοντος, ἐπὶ τοσούτῳ μαρτύρων.

quod vtrunq; mihi nunc accidit, qui cùm ad te venissē, quò te ex more primo mane salutarem, deberemq; consueta ista voce vti, ac te saluere iubere: ego aureus ille, nescio quo pacto oblitus, valere te iussi, verbo & ipso nō malo aut ominoso, sed mtem pestiuo tamen, vt quod vesperi non auroræ conueniat. Ipse igitur confestim sudaui atq; erubui, varieq; meipsum gessi, cùm quid agerem, non haberem. At cæteri qui tum aderant, alij quidem lapsum me esse lingua, ita vt consentaneum erat, alij præ ætate delirare, alij verò ex hesterna crapula repletum atq; ebrium adhuc esse existimabant: tametsi tu ipse animo maximè æquo accipiebas: id quod tum acciderat, ne risu quidem modico notādo linguæ erratum. [b] Visus igitur mihi sum operæ quoddam preciū facturus esset, si consolationem aliquam mihi ipsi cōponerem, ne nimis ægrè ob lapsum hūc animo afficerer: néve intolerabile putarē, si senex aliquis præsentib. tot testibus nōnihil ab eo quod decorum fuerat, aberrando deflexissem.

Nam

ἐκλογίας μὴν γὰρ ὅλην ἔδοξεν εἶναι, ὑπὲρ πλώτης, ἂς οὕτως εὔφημον ὠνόμασε. ἀρχόμενος δὴ οὖν ἀπ' ἀρχῆς, πάνυ ἀπόρως ἐν ταύτῃ σθαι ὥμιλλον τῷ πράγματι. πρὶν δὲ τοῦτο πρόφαση τὰ νικητήρια, οὐ μὴν πρότερον ἐφ' αὐτὰ, ἢν μὴ περὶ χαίρειν αὐτὸ, καὶ τοῦ εὖ πράττειν, καὶ τῆς ὑγιαίνειν θέσθαι τὰ εἰκότα· τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαῖα μὲν ἡ προσαγόρευσις οὐ μὴν ἐν θλιβῇ μόνον, οὐδ' ἐπὶ τῷ πράττειν ἐντεῦξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὲν ἐσθόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτὸ, ὡς τὸ, Χαῖρ', ὦ Διώδα τῆς δὲ γῆς Τιρυνθίας. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παροινίους τρεπόμενοι, ὡς τὸ, Χαῖρ' Ἀχιλλεῦ, Πατρὸς μὲν ὄφις οὐκ ἐπιδευής. Ὀδυσσεὺς ἔποτε τῷ ἐπεπαλμένῳ πρεσβεύειν αὖθις ἐρρητόρευε.

Nam quantum quidem ad ipsam linguã attinet, defensione aliqua opus puto non erat, præsertim quando in tã bonam & auspicatam precationem errando prolapsa fuerit. Incipienti itaq; mihi ab initio statim videbar in difficilem quæstionem incursurus esse: at verò vbi iã progressus aliquantulũ fuissem, offerebant se multa quæ cõmodè dici posse videbantur. Quæ tamen non antea dicã quàm de ipso verbo Saluere, de verbo Bene agere, & de verbo Valere, quæ consentaneum atq; æquum erit, exposuero. Verbum igitur χαίρειν (quod saluere nos dicimus) antiqua vox est, & in salutationibus iam olim vsurpata, veruntamen nõ manè tantùm, neq; in primo solùm congressu, sed etiã cùm qui anteà se mutuò nunquam viderant, alius in alium incideret, salutatione hac vti solebant, quale illud est: Salue, ô soli rex istius Tirynthij. Deinde & à cœna, cùm iam ad mutuas confabulationes ventũ esset, vt apud Homerũ: Salue Pelide, nil cœnæ æqualis eges nunc. quo tũ Vlysses vsus est, quando in legatione missus, oratorio modo mandata illi exponebat.

καὶ ἤδη ἀπιόντις παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ, Χαῖρε τ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θνὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. ἴδιον δὲ καιρὸς ἐδέδει ἀπηγγέλμκτο τῇ πρωσφύσει δὲ ὡς νικῶ μόνον ὁ ἰωθινὸς, ἴπερ γε καὶ ἐπὶ τὸν ἀπασίων καὶ ἀπανκλοτάτων ὁμῶς ἐχῶντο αὐτῇ, ὡς ὁ τὸ Εὐριπίδου Πολυνείκης, ἤδη τεθνατῶν ἢ βίον. Καὶ χαῖρε τ', ἤδη γάρ με σκότος. καὶ οὐ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας, καὶ τὸ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις, τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν φράσαι, τὸ μηκέτι φροντιεῖν ἀλλοῖ. πρῶτος δ' αὐτὸ Φιλιππίδης, ὁ ἡμιδρομήσας, λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγελλων τὴν νίκην, ἐπεὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐβουλήθησαν καὶ φροντικότας ὑπὲρ τοῦ τέλους τῆς μάχης, Χαίρετε, νικῶμεν· καὶ

Prætereà & cùm à se mutuò iam discedere vellēt, eadem vtebantur, quale est illud: Saluete, atq; deum me agnoscite, morte carentem. Certum autem tempus nullum præfinitum fuit salutationi huic, neque vt nunc, matutino solùm tempore vsurpabatur, quandoquidem & in infaustis & abominabilibus rebus eadem aliquando vsi quidam reperiūtur. vt apud Euripidem Polynices iam moriturus: Saluete (inquit) nam totus tenebris iam tegor. Neque etiam amicorum inter se nota tantùm siue indicium erat, sed & ad eos quibus infensi erant, adhibebatur, cùm significare vellent nihil rei sibi mutuò cum illis posthac fore. nam hoc, cùm [c] *μακρὰν χαίρειν, hoc est, longum saluere dicunt, intelligunt, nempe nullam amplius curam alterius alteri futuram esse. Primus autem hoc verbo vsus fertur Philippides, is qui vno eodemq; die narratur ex Marathone cursu itinere peracto Athenas victoriā annunciasse & ad magistratus quo loco cōfederant, atq; anxij de euentu pugnæ cogitabāt, dixisse: Saluete, vincimus.*

eoq;

καὶ τοῦτον ἀπὸν σωθαπο-
νεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ ὡς χαίρειν
σωτηρίαν. ἐν ἐπιστολῇ δὲ
ἀρχῇ, Κλέων ὁ Ἀθλωάων δή-
μαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας
πρῶτον χαίρειν προσθήκην, ἀν-
αγγελίσμενῷ τῷ νίκῃ τῷ
ἐκεῖθεν, καὶ τῷ τοὺς Σπαρτιατῶν
ἅλωσιν. καὶ ὅλως γε, μετ' ἐκεῖ-
νον ὁ Νικίας, ἀφ' Σικελίας ἐ-
πιστέλλων, ἐν ᾧ ἀρχαίῳ τοῦ ἐ-
πιστολῶν διάφορον, ἀπ' αὐτοῦ
ἀρξάμενῷ τῶν πραγμάτων.
ἔτι δ' ὁ θαυμασὸς Πλάτων, ἀ-
νὴρ ἀξιόπιστος, νομοθέτης τ'
ἰδίων, τὸ μὲν χαίρειν λιπόν,
καὶ πάνυ ἀποδοκιμάσαν, ὡς
μοχθηρὸν ὄν, καὶ οὐδὲν σπου-
δαῖον ἐμφαῖνον· τὸ δ' εὖ
πράττειν αὐτ' αὐτὸ εἰσάγει, ὡς
κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς
εὖ διακειμένων σύμβολον. καὶ
ἐπιστέλλων γε ᾧ Διονυσίῳ, ἀ-
τιᾶται αὐτὸ, ὅτι ποιῶν ἐς τὸν
Ἀπόλλω, χαίρειν τοῦ θεὸν πρᾶ-
ξαι, ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου,

eóq; dicto statim concidisse mortuus, peracto iam nuncio, vnà cum ipso illo verbo expirans. In epistolæ autem initio Cleon ille Atheniensium tribunus, cùm ex Sphacteria scriberet, primus omnium hoc verbum præposuit gratulari videlicet illis volens ob victoriã eo loco partam, & quòd Spartanos captos in potestatẽ redegissent. Ac prorsus certè post illum Nicias dux cùm ex Sicilia scriberet, antiquã epistolarũ formam retinuit, statim ab ipsis reb⁹ exordiendo. Quin & admirabilis ille Plato, vir fide dign⁹, ac legislator huiuscemodi rerũ, verbum hoc saluere, planè valere iubet, atq; omnino improbat veluti malum ac prauũ, & quod nihil serium aut dignũ præ se ferat: contrà autem [d] τὸ εὖ πράττειν, hoc est, bene agendi verbum, pro eo introducit, tanquam cõmune tam corporis quàm animi bene rectéq; affecti symbolũ siue indicium: ac missis ad Dionysium literis, reprehendit ipsum, quòd cùm ad Apollinem versus quosdam cõposuisset, deum ipsum salutare iussisset, quippe quod hoc ipso Pythio indignum foret,

κὴ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. ὁ μέγγε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ κὴ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ, τῷ Λευκανῷ, κὴ Ἀρχύτᾳ, κὴ τοῖς ἄλλοις ὁμιλητᾶς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν. ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλύλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο, ὡς κὴ αὐτὸ ψυχῇ τε κὴ σώματι ἁρμοδιώτατον, καὶ συνόλως ἅπαντα περιειληφὸς τἀνθρώπου ἀγαθά. κὴ τόγε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον, τὸ δαλλήλων, τὸ πεντάγραμμον, ᾧ συμβόλῳ πῶς τοῦτο ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγεία πῶς αὐτὸν ὠνομάζετο. καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι, οὔτε δὲ τὸ εὖ πράττειν,

& non modò dijs, verumetiã ne hominibus quidem paulò dexterioribus decorũ. Diuinus quidẽ Pythagoras ille, tametsi ipse nihil proprium suorũ scriptorũ nobis relinquere post se voluerit, quantũ tamen ex Oecello, Lucano, & Archyta, & cæteris ipsius discipulis cõiecturã facere licet, nec verbũ bene agere, ab initio literis suis p̃misit, sed ab ᵉ *ὑγιαίνειν quod est valere seu sanũ esse, exordiri iubebat. Cuncti itaq; illi qui professionẽ atq; doctrinã ipsius secuti fuêre, quoties missis inter se mutuò literis graue aut feriũ aliq̃d scriberẽt, valere siue sanos esse sese, statim ab exordio iubebãt, tãquã & hoc ipsũ verbũ tam animæ quàm corpori accõmodatũ maximè foret, summatimq́; cõprehenderet vniuersa hominis bona. Prætereà & triplex ipsorũ triãgulus ille, qui alternatim inter se iũctus, quinquelinearẽ figurã cõstituit: quo symbolo ac veluti nota quadã ijdẽ ad eos qui eiusdẽ professionis erãt, eandemq́; doctrinã sectabantur, vti solebant, valetudo, siue salus ab ipsis appellatur. Et in summa ipsum quidem valere putabant esse: verùm neq; bene agere,*

neque

οὔτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ τὴν τετρακτὴν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, καὶ τὸν ἐντελῆ, αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀπρτελεῖν οἱ δὲ καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν, ὧν καὶ Φηλόλαός ἐστι. καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς λέγω, ὅπου καὶ Ἐπίκουρος, ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῶν χαίρειν, καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος, ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις ἐπιστολαῖς (εἰσὶ δ' αὗται ὀλίγαι) καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς φιλτάτους μάλιστα, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ προστάττει; πολὺ δ' ἂν καὶ ἐν τραγῳδίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ εὕροις τὸ ὑγιαίνειν πρῶτον εὐθὺς λεγόμενον. τὸ μὲν γάρ· Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, σοφῶς πρετεταγμένον τῶν χαίρειν τὸ ὑγιαίνειν ἔχει. ὁ δ' Ἀλεξις, Ὦ δέσποθ' ὑγίαινε, ὡς χρόνιος ἐλήλυθας. ὁ δ' Ἀχαιὸς, Ἥκω πεπραγὼς δεινὰ, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι. καὶ ὁ

neque saluere, omnino idem quod valere. Sunt aũt & qui quaternionem maximum ipsorum iusiurandum, aut perfectissimum ipsis numerũ perficere dicant: alij verò etiam salutis seu valetudinis principium vocârunt, inter quos & Philolaus est. Et quid attinet vetustiores commemorare, quando & Epicurus, q alioqui τῶν χαίρειν, hoc est, gaudẽdi verbo, admodũ gaudebat, voluptatẽq; cæteris rebus omnibus anteponebat, in epistolis quas de rebus paulò grauioribꝰ scribebat (sunt autem earum perquàm paucæ, & non nisi ad præcipuos amicorum datæ) statim à principio valere iubebat? Frequens autem & in Tragœdia & Comœdia, veteri illa quidem, reperias idem hoc verbũ à principio fermè positum. nam illud: Vale & multum mihi salue: doctè prudenterq; valendi verbum, auere, siue saluere, illi præpositum habet.

Alexis autem: O' here, vale (inquit) vt tardè admodum aduenis? Et Achæus:

Venio peracta re graui, at tu mihi vale.

καὶ οἱ Φιλήμων· Αἴτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, πρῖον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφέλειαν μηδενί. ὁ μὲν γὰρ τὸ σκολιὸν γράψας, οὗ καὶ Πλάτων μέμνηται, τί καὶ οὗτός φησιν; Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον, τὸ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλουτεῖν. τῷ χαίρειν δὲ τὸ παράπαν οὐκ ἐμνήσθη, ἵνα σοι τὸ γνωσιμώτατον ἐκεῖνο, καὶ πᾶσι δῆλον σώματος λέγω, Ὑγεία πρεσβεία μακάρων, μετὰ σοῦ νέοι μι τὸ λοιπόμενον βιοτᾶς. ὥστε εἰ πρεσβεῖα εἰσὶν ὑγεία καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τὸ ὑγιαίνειν, πεπρωτευκὸς τῶν ἄλλων ἀγαθῶν· μυθεῖα δὲ καὶ ἄλλα ἔστι ποιητῶν καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων ἃ κατὰ βάξιν σοι ἔχω πρὸ τιμώντων τὸ ὑγιαίνειν· τοῦτο μὲν παρατήσομαι, ὡς μὴ εἰς ἀπεροκαλίαν τινὰ μηρακιώδη ἐκπέσῃ μοῖ τὸ σύγγραμμα, καὶ κινδυνώδη μὲν ἄλλο ἄλλῳ ἐκκρέμῃ τὸν

8 *Philemon quoque:*

Primùm (inquit) valere cupio, dein' agere bene: Saluere tertiò, vltimò de bere nil. Nam qui [h] *conuiuiale illud carmẽ compo- suit, cuius & Plato meminit, an non & ille ait: Equidem hoc iudico primùm, Valere, deinde pulchrum videri, Pòst esse ditem? Verbi autem saluere, siue auere, omnino ne meminit quidem. Et vt notissimum quoq; illud, & quod omnibus in ore est, tibi dicam, Superùm antiquissima diua salus, Tecum mihi liceat Viuere quod supersit. Quare si antiquissima salus seu valetudo est, meritò etiã ipsius opus, hoc est, valere, saluumq; ac sanum esse, reliquis omnibus anteponẽdum est. Infinita autem & alia exempla tum ex poëtis, tum ex historicis & philosophis commemorare tibi possim, vbi ĩdem hoc verbum valere, antepositum reliquis atque prælatum reperitur. Quæ tamen omnia in præsentia omittam, ne mihi scriptum hoc in loquacitatem quandam ineptam ac puerilem adeò prolabatur, videarq́ue ipse* [i] *clauo alio a-*

lium

ἧλον. ὀλίγα δὲ τοι τῆς ἀρχαίας ἱστορίας, ὁπόσα μέμνημαι οἰκεῖα τῷ παρόντι, πεσγράψαι, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον. ὅτε Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἰσσῷ μάχην ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλεν, ὡς Εὐμενὴς ὁ Σαρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, ἕωθεν εἰσελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος, εἴτ' ἐκταραχθεὶς, ὥσπερ ἐγὼ, εἴτε καὶ θεοῦ τινὸς τοῦτο καταναγκάσαντος, ταυτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαινε βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη παρατάττεσθαι. ταραχθέντων δὲ τῶν παρόντων πρὸς τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως, καὶ τοῦ Ἡφαιστίωνος ὀλίγου δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος· δέχομαι, εἶπε, τὴν κληδόνα, τὸ γὰρ σώους ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης ἤδη μοι ὑπισχνεῖται. Ἀντίοχος δὲ ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοῖς Γαλάταις συνάπτειν ἔμελλεν, ἔδοξεν

lium trudere velle. Pauca verò veteris historiæ, quantum adhuc memoria teneo, quantumq́ ad hanc præsentem causam pertinere propriè videtur, non incommodùm huc ascribi posse existimaui. Nam cùm Alexander Magnus pugnam illam ad Issum initurus esset, quemadmodum Eumenes Sardianus in epistola ad Antipatrum refert, manè in tabernaculum eius ingressus Hephæstio, siue tum ita oblitus sui fuerat, siue consternatus, quemadmodum & ego, siue etiam numine aliquo impellente, idem tum quod ego, dixit, ὑγίαινε βασιλεῦ, hoc est, Vale rex: tēpus iam est in aciem educi exercitū. Conturbatis autem cæteris, qui tum aderant, ob inopinatam ac nouam salutandi formam, ac ipso Hephæstione propemodū præ metu emoriente, Alexander respondens: Recipio, inquit, omen. nam nos saluos atque integros è pugna reuersuros esse, hoc verbum mihi nunc pollicetur. Antiochus autem cognomento Soter, quando cum Gallis conserturus prælium esset, per

ξεν ὄναρ ἐπιστάντα οἱ τὸν Αλέξανδρον, κελεύειν σύνθημα πρὸ τῆς μάχης παραδοῦναι τῇ στρατιᾷ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ἐπὸ τούτου συνθήματι τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην νίκην ἐνίκησε. καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λαίγου, Σελεύκῳ ἐπιστέλλων, σαφῶς ἀνέστρεψε τὴν τάξιν, ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπών· ἐπὶ τέλει δὲ ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι ἐπογράψας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος, ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών φησιν. ἄξιον δὲ καὶ Πύῤῥου τοῦ Ἠπειρότου μνησθῆναι, ἀνδρὸς μετ' Αλέξανδρον, τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου, καὶ μυείας τροπὰς τῆς τύχης ἐνέγκοντος. οὗτος τοίνην ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενος, καὶ θύων, καὶ ἀνατιθεὶς οὐδεπώποτε ἢ νίκην, ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον, ἢ εὐκλειαν, ἢ πλούτου ὑπερβολὴν ἤτησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἓν τοῦτο ἤυχετο, ὑγιαίνειν, ὡς ἔσ'

quietem vidit adstare sibi Alexandrum, & iubere vt tesseram hanc ante pugnam militibus daret, ὑγιαίνειν videlicet, ac sub hac tessera seu nota militari præclaram illam victoriam mox consecutus est. Prætereà & Ptolemæus Lagi missis ad Seleucum literis planè ordinē inuertit, principio quidem epistolæ valere illum iubens, pro eo autem vbi alij vale scribunt, in fine τὸ [k] χαίρειν, hoc est, auere subscribens: quemadmodum Dionysodorus tradit, is qui epistolas illius collegit. Non iniquum autem fuerit & [l] Pyrrhi Epirotæ illius mentionem facere, qui post Magnum Alexandrum secundas in re militari tenuit, variasq; fortunæ mutationes ac vices pertulit. Hic igitur cùm Deos precando, sacrificando, donariaq; consecrando quotidie veneraretur: nunquam tamē vel victoriam ab illis, vel regni alicuius ampliorē maiestatē, vel gloriam, vel diuitiarum abundantiam postulauit, sed vnū hoc ὑγιαίνειν, hoc est, valere.

ἔστ' ἂν τοῦτ' ἔχῃ ῥᾳδίως αὐτῷ τῶν ἄλλων προσγενησομένων. καὶ ἄριστα, οἶμαι, ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν, ἐστ' ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ, ἀλλὰ νῦν ἑκάστου καιρὸς ἴδιος ὑφ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, τάχα ἂν εἴποι τις, σὺ δὲ τοῦτον ἐναλλάξας, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἔφησθα, ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω εἴης τοῦ ἡμαρτηκέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις περὶ τῇ κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ περὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημίδας ἐπιδήσατο. ἀλλ', ὦ βέλτιστε. φαίην ἂν κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, εἰκότως ἂν ταῦτ' ἔλεγεν, εἴ τις ὅλως καιρὸς ἦν ὑγείας μὴ δεόμενος. νῦν δὲ καὶ ἕωθεν, καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ, ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον, καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ

valere ac ſanum eſſe, precari ſolebat: vt qui putaret, quandiu hoc vno frueretur, & cætera facillimè euentura ſibi eſſe. Ac rectiſſimè, opinor, ſentiebat, illud nimirum ſecum reputās, quòd cæterorum bonorum omnium nullus fructus foret, quamdiu vnum τὸ ὑγιαίνειν, hoc eſt, ſanitas iſta corporis atque animi ſola abeſſet. Sed iam ſatis de eo, quo quicque horum verborum tempore propriè dici ſolitum fuerit, à nobis expoſitum eſt. Fortaſſis autē dixerit quiſpiam, [m] Tu verò immutato ordine illo, etiam ſi nihil aliud dixiſſes, tamen iure optimo accuſandus, ac reprehendendus fores, perinde ac ſi quis galeam tibiæ, aut rurſum ocreas capiti alligatas imponat. Verùm, ô optime, (reſponderem & ego illi) meritò ſanè hæc diceres, ſi quid in vniuerſum tempus foret, quod ſanitate ſiue ſalute opus non haberet. Nunc autem & mane, & meridie, & noctu quoque ſalute ac ſanitate ſemper opus eſt, & maximè principibus vobis, qui multis occupati negotijs eſtis, eoq; ad plura corpore integro ac

ſano

πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. ἔτι δὲ, ὁ μὲν χαῖρε εἰπὼν, μόνον εὐφήμῳ τῇ ἀρχῇ ἐχρήσατο, καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ ὑγιαίνειν παρακελευόμενος, καὶ χρήσιμόν τι δρᾷ, καὶ ἐπομνημονεύει τῶν πρὸς τὸ ὑγιαίνειν συντελούντων, καὶ οὐ συνεύχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ παραγγέλλει. τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τοῦ ἐν τολῶν βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως λαμβάνεται, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστι παράγγελμα, τῆς ὑγείας, τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι; καὶ μάλα εἰκότως· οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη ὄφελος, ἡμῶν πρὸς τἆλλα μὴ ὄντω δεκειμένων· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοί, εἴτι μὰ γὼ τῆς Ρωμαίων φωνῆς ἐπαίω, τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδεξιούμενοι, τοῦ τῆς ὑγείας ὀνόματι πολλάκις ἀμείβεσθαι. καὶ ταῦτα πάντα εἶπον, οὐχ ὡς ἐκ προνοίας ἀφελὸν μὲν τὸ χαίρειν ἐπιτη-

sano necesse habetis. [n] *Præterea autem ille qui* χαῖρε, *hoc est, aue, seu gaude dicit, auspicato tantùm principio vtitur, ipsáq; res non aliud quàm precatio, siue optatio quædam est at qui valere iubet, ille & vtile quiddam facit, & omnium eorum admonet simul, quæ ad sanitatem, siue salutem aliquid conferunt: neque solùm comprecatur, verùm etiam denũciat, atq; imperat.* [o] *Quid autem? ánnon & in libello mandatorum seu negotiorũ, quod semper & à rege quoque accipitis, hoc primum esse solet, quod vobis præcipitur, quod sanitatis atque salutis vestræ curam habeatis? Ac meritò sané. Neque enim vlla vestri vtilitas ad res cæteras obeundas foret: nisi integri ac salui essetis. Sed & ipsi vos (si modò Romanum sermonem ego quoque nonnihil intelligo) cùm salutãtes vicissim verbis accipitis, salutis nomine plerunq; respondere illis soletis. Atque hæc omnia dixi, non quod de industria omisso verbo* χαίρειν, *pro*

ἐπιτηδεύσας δ' ἀντ' αὐτοῦ εἰπεῖν τὸ ὑγιαίνειν, ἀλλ' ὡς τοῦτο μὴ ἄκων παθών· ἢ γελοῖος ἂν ἦν ξενίζων, καὶ τοὺς καιροὺς τῶν πεσαγορεύσεων ἐναλλάττων. χάριν δὲ ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς, ὅτι μοι τὸ σφάλμα ἐς ἄλλο μακρῷ αἰσιώτερον περιετράπη, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον παρώλισθον. καὶ τάχα τοῦς Υγείας ἢ Ασκληπιοῦ αὐτοῦ ἐπινοίᾳ τοῦτ' ἐπράχθη, δι' ἐμοῦ τοὶ τὸ ὑγιαίνειν ὑπισχνουμένου, ἐπεὶ ἔγωγε πῶς ἂν αὐτὸ ἔπαθον ἄνευ θεοῦ, μηδέπω πρότερον ἐν τῷ μακρῷ βίῳ ταραχθεὶς ὅμοιον; εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀνθρωπίνην τινὰ ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀπολογίαν εἰπεῖν οὐδὲν ξένον, εἰ πάνυ ἐσπουδακὼς ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις ὑπὸ σοῦ γνωρίζεσθαι, ἐκ τοῦς ἄγαν ἐπιθυμίας εἰς τοὐναντίον διαταραχθεὶς ἐνέπεσον. τάχα δ' ἄν τινα ἐκπλύξειε

pro eo ὑγιαίνειν dicere studio quodam affectârim, sed quia hoc ipsum inuito mihi accidit. Aut quomodo enim non ridiculus forem, si & aliena lingua loquerer, & tempora salutationum immutarem? Gratiam autem & dijs ago, quòd mihi erratum hoc in aliud longè auspicatius verbum conuersum fuit, atque ipse in melius, errando prolapsus sum. Et quid si hoc Salutis, aut etiam Aesculapij ipsius prouidentia quadam factum est, qui tibi per me salutem ac sanitatem promittere ita voluerit? Nã quo pacto ipse equidem, ᵖ nisi à Deo aliquo impulsus, quicquam eiusmodi committerem, qui anteà per omnem ætatem nullo simili pacto turbatus atque animo perculsus fuerim? ᵠ Quod si verò & humanam quandam defensionem pro eo quod accidit, afferre conuenit: nihil nouum aut peregrinum hoc est, si cùm admodum in eo elaborauerim, vt ex optimo atq; potissimo tibi notus fierem, deinde ex nimia cupiditate ac festinantia in diuersum animi consternatione quadam incido? Iam & à recta cogita-

ξαι τ λαβ' ὀρθὸν λογισμὸν
καὶ σρατιωτῶν πλῆθος, ὧν
οἱ μὲν προωθοῦντες, οἱ δ' ἐν
τῇ τάξει τῆς προσαγορεύσεως
μὴ μένοντες. σὺ δ' οἶδ' ὅτι
λαῖν οἱ ἄκοι εἰς ἄνοιαν
ἢ ἀπειθωσίαν, ἢ παραφρο-
σύνῳ παραφέρωσι τὸ πρᾶγ-
μα, αὐθοὺς αὐτὸ σύμβολον
καὶ ἀφελείας ἐποίησω, καὶ ψυ-
χῆς μηδὲν ἀγοραῖον καὶ ἐν-
τιχνον ἐχούσης, ὡς τόγε πρό-
νυ θαῤῥαλέον ἐν τοῖς τοιού-
τοις, ὃ πόῤῥω θρασύτητος
καὶ ἀναισχωτίας ἐσί. καὶ ἐ-
μοιγε ἂν μηδὲν μὴ τοιοῦτον
σφαλῆναι, ἢ δι' συμβαίη πρὸς
ἀφημίαν αὐτὸ πρέπεσθαι. ἐ-
πί γοιῶ τοῦ πρώτου Σεβασοῦ
καὶ λιόν δί τι λέγεσθαι γέν-
σθαι. ὁ μὲν ἔτυχε δίκλω τινὰ
δικάσας ὀρθῶς, καὶ ἀπλύσας
ἐγκλήμα τοῦ μηδένα ἀδί-
κως συκοφαντούμενον ἄνθρω-
πον,

cogitatione atque animi con
cepiu facilè etiam deturba-
uerit aliquem militum mul-
titudo atq; frequentia, quo-
rum alij quidem aduersos
protrudunt & impellunt,
alij autem ordinem salutan-
tium impediunt, & distur-
bant. [r] Tu verò, sat scio,
[s] quantumuis alij demen-
tiam, aut insciti am, aut e-
tiam delirationem quan-
dam, factum hoc interpre-
tantur, pro verecundiæ &
simplicitatis quodam sym-
bolo atque indicio ipse ac-
cepisti, animique nihil fo-
rense aut vafrum, nihil ar-
tis aut calliditatis haben-
tis signum esse existimâsti:
quando certè nimia in his
rebus audacitas, non mul-
tùm à temeritate atque im-
pudentia distat. [t] At ipse
quidem optârim, vt ne vn-
quam contingat mihi in hûc
modum errare: quòd si verò aliquando contingat, vt id in
faustam & auspicatam comprecationem aliquam semper
euadat. Temporibus igitur primi Augusti etiã tale quiddam
accidisse dicitur. [u] Nam cùm ipse forte quadam iudicio cui-
dam præsedisset, atque causa rectè ac legitimè iudicata, ho-
minem

πορ, ὁ δ' χάειν ὁμολογῶν, μι-
γαλη τῇ φωνῇ χάειν οἶδα σοι,
ἔφη· ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κα-
κῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασθε. καὶ
τῶν περὶ Σεβαστὸν ἀγανα-
κτησάντων, καὶ διασπάσασθαι
τὸν ἄνθρωπον ἐθελόντων, παύ-
σασθαι χαλεπαίνοντας, ἐκέ-
λευε· ἔφη· τὴν γὰρ τοῦ γελοίαν
αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ γνώμου ἐξε-
τάζειν ἄξιον. ἐκεῖνος μὲν ἔτω,
σὺ δ' ἄτε τοῦ γνώμου σκέ-
ψαιο, πάνυ ἂν εὖ
ἐρεύσεις ἀπ-
τεται τοῦ γλώττης, ὀργισθεὶς καὶ
αὐτὸς, ἔοικα δ' ἐνταῦθα κεῖσθαι
ὀργόμενος, ἀκόσας ἀπό τι φο-
βητέον εἶναι. μή τισι δόξω ἐξε-
πίτηδες ἡμαρτηκέναι, ὡς τοῦ
ἀρλογίαν ταύτην συγγρά-
ψαιμι. καὶ ἔστιν, ὦ φίλταται Α-
σκληπιέ, δοίητον φανεῖσθαι τὸν
λόγον, ὡς μὴ ἀρλογίαν, ἀλλ'
ἐπιδείξεως ἀφορμὴν
ἂν δοκεῖν.

minem quendam iniustè ca-
lamitosèq; delatum, à maxi-
mo quodam crimine absol-
uisset, ille gratiam agere vo
lens, alta voce proclamauit:
Gratiam tibi, inquiens, Im-
perator, habeo, quòd malè
atque iniustè iudicâsti. Ibi
cùm cæteri, qui circa Augu-
stum erant, grauiter indi-
gnarentur, hominemq; dis-
cerpere ac lacerare vellent:
Desiste, inquit ille, ab indi-
gnatione. Neque enim lin-
guam ipsius, sed animum exa
minare atque inspicere æquũ
est. Ita tum ille: At tu siue a-
nimum inspicere & contem-
plari voles, beneuolum repe-
ries: siue linguam, neque ipsa
inauspicatum aut ominosum
aliquid dixit. × Cæterùm vi-
deor hoc loci iam constitu-
tus non immeritò & aliud
quiddam vereri debere, vi-
delicet ne qui me putent ex composito errasse hoc pacto, quòd
hanc apologiæ scribendæ causam haberem, atq; vinam qui-
dem, ô optimè Aesculapi, eiusmodi hæc appareat oratio, vt
non apologiæ speciem, sed ostentationis ali-
cuius captatam occasionem
præ se ferat.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

LVcianus in hac apologia vsum verborum τὸ χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν ostendit, & cui tempori, à quibusque accommodata fuerint: atque exempla eorum recenset, qui vel simili errore aliquando lapsi fuêre, vel meditatò, eodem quo ipse, verbo vsi, magnũ ex eo commodum consecuti sunt, Hephæstionis & Alexãdri, Antiochi, Ptolemæi, Lagi, Pyrrhi. Hoc ego vnum addam ex Dione in Adriano: Cornelius, inquit, Fronto peruesperi quandoque ab cœna domum repetẽs, officium cuidam præstituturus, ἐν στολῇ δειπνίτιδι, est iudiciũ ingressus: iudices ita salutauit, vt non matutino vteretur verbo χαῖρε, *id est*, aue: sed vespertino ὑγίαινε, quod salue interpretantur. Cæterùm ὑγιαίνειν ambiguum verbum ferè in malum sonat, quum significamus abesse sanitatem mentis. Eo verbo quidam Cæsari exprobrauit insaniam, Philippus Menecrati. Augustus Cæsar Fuluio dicenti χαῖρε, ille respondens, nõ retulit χαῖρε, sed ὑγίαινε, *id est*, sanus sis. velut insaniam exprobrans, non precans salutem. Agesilaus Menecrati, cui cognomen erat Iupiter, quum is ad ipsum scribens, non abstinuisset ab ambitioso titulo, sic exorsus epistolam: Menecrates Iupiter Agesilao χαίρειν salutem rescripsit hunc in modum: Rex Agesilaus Menecrati ὑγιαίνειν, *hoc est*, sanitatem, vnius verbi mutatione exprobrans illi insaniam, q̃ Iouis cognomine gloriaretur, quum nihil aliud esset, q̃ homo, fortasse cæteris deterior. Græci quib⁹ benè precantur, χαίρειν dicũt. Semper verò χαίρειν dicunt Græci, quibus benè precãtur. Erasmus noster in opere de Conscribendis epistolis: Græci, inquit, fermè in hũc modum salutant, Πλάτων τῷ Διωνι εὖ πράττειν. Quæ verba non hoc sonant Græcis, quod quidam existimant, quasi iubeamus illos, quos ita salutamus, benè viuere, sed qd̃ felicitatem precemur. Nam quibus res sunt secundæ, ij

Græcis

Græcis εὐπράττειν dicuntur. Quidam pro εὐπράττειν, dicunt χαίρειν, quod apud nos sonat gaudere. Vtrunque vno versu expressit Flaccus lib. 1. Epist.

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinonano.

Pythagoras quoq; in Epistolis non alia vsus est consalutatione, quàm vt iuberet ὑγιαίνειν. Inter Mazas porrò dijs sacra erat & ὑγίεια: quo nomine propriè significatur sanitas. Compertum id quoque nobis, eum qui tuendæ sanitatis artem profiteatur omnifariam, ὑγιεινὸν à Græcis nuncupari. χαίρειν primus scripsit in Epistolis Cleon, cùm iam Atheniensis imperij habenas gubernare cœpisset, quem Aristophanes in Pluto comico sale perstringit, dicens: Verbum esse vetus iam & obsoletum. Pro quo subiungit aliud, nempe ἀσπάζομαι

χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἐστι, ὦ ἄνδρες δημόται
ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρὸν
ἀσπάζομαι: hoc est,
Gaudere vos iubeo, populares ô viri:
More alloquendi iam obsoleto atque vereri,
Saluto vos.

a DIFFICILE sanè est.] *Exordium à loco communi.*

b Visus igitur.] *Propositio.* *c* μακρὰν χαίρειν.] *Erasmus meus hunc locum ita vertit in Chiliad. Hoc dictum longum valere, declarat nobis non ampliùs curæ futurum. Metaphora est, inquit, sumpta ab ijs qui discedunt diutiùs abfuturi, seu nunquam redituri. Est sæpiculè apud nostrum Lucianum, vt in Ioue Tragœdo, item in Gallo, dialogo de Humanorum statuum vanitate pulcherrimo,* μακρὰ χαίρειν φράσας: id est, *longum valere iussisset. Cicero ad Atticum lib. 8: At ille* πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, contulit se Brundusium. Item Hippolipus apud Euripidem:* τὴν σὴν δὲ κύπριν πολλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. *Veneri tuæ multùm valere renuncio. Cicero lib. 15. Epist. famil. pro* μακρὰν χαίρειν, *dixit nuncium remittere: Virtuti, inquit, nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Virgilius:*

Et longum formose, vale, vale, inquit Iole.

d τὸ εὐπράττειν.] *Socrates apud Platonem in Euthydemo*

docet, τὸ εὐπορεῖν: id est, *commoditatem prosperitatemque agendi, non ex ijs, quæ materiæ & organi rationem subierint potiùs, quàm ex vsus cognitione, quam securitatem esse vult, pendere. In hac enim illud est stabile, de quo Cebes loquitur, firmum & immutabile.* ε ὑγιαίνειν.] *Inter innumeras & eximias cùm corporis tum animi dotes, quas diuina homini largita est benignitas, nõ est sanitate vel vtilior alia, vel iucundior: id quod (quisque ille tandem fuerit) breui testatus est Senariolo:* ὡς ἐς ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ. *Siquidem ea est, cuius, vel vulgo teste, nunquam obrepit homini satietas. Fastidiuntur opes, libido, luxus omnis, atque, vt semel dicam, omnia, non raro & ipsa vita: hæc sola, siue animum spectes, siue corpus, non fastiditur vnquam. Pyrrhus Epyrotarum bellicosissimus rex, solam salutem precatus est, ratus facilè ad futura reliqua, vbi illa adesset: optimeque putans, nihil deesse homini, si illa adsit. Id contemplati olim veteres illi Græcorum philosophi, hanc vnam precabantur ijs, cum quibus de rebus essent arduis collaturi, arbitrati (id quod res erat)* ὡς καὶ αὐτὸ ψυχῆς καὶ σώματος ἀρετὴ ἀνθρώπου, καὶ σωφρόνως ἀπαντᾷ τὸ εὐλογοῦν τ' αὐθρώπῳ ἀγαθόν. *Tantumque fuit illis cordi sanitas, vt contracta illius Græca voce, qua* ὑγίεια *est, in hanc figuram expresserint, quam*



Lucianus hic triplicem quinque linearem triangulum vocat. Græcè verò hæc figura, seu schema πενταγωνον *dicitur, qua voce & nostri vtuntur. Hæc est militaris illa tessera, cui Antigonus Soter, vt testatur idem Lucianus hic insignem illam & admirabilem de Galatis victoriam acceptam retulit. Hoc est nobile illud insigne, quo nobilitari cupiebat Asclepiadem nauem Hippocrates, cuius in epist. quadam ad Damagetum amicum meminit. Hoc denique illud est numen, quod non puduit in sacro sancto illo iureiurando eundem iurare Hippocratem. Huic tam eximiæ doti diuinitùs addita est conseruatrix ac custos Medicina, quæ hoc præstare potest, vt salua nobis sit sanitas, aut si cubi vel nostra vel naturæ iniuria labefactata fuerit, sibi ipsi possit minio restituatur. f* Quaternionem.] *De perfecto triangulo, deque Pythagoreorum iureiurando, quædam*

annota-

annotauimus in Vitarum auctione. g Philemon quoque.] *Sententia est de ordine votorum, seu summi boni, à multis authoribus celebrata.* h Conuiuiale carmen.] *Locus Platonis est in Gorgia, & hic ordo votorum olim popularibus etiam cantilenis celebrabatur. Idem Plato de Legibus* 1. *effert ad hunc modum. Primum locum obtinet bona valetudo. Secundum forma, tertium robur, quartum opes, haud cæcæ, sed acutum cernentes. Idem de leg.* 2: *Aiunt enim optimum ac potissimum esse bonam valetudinem, proximam formam, tertium diuitias. Huc etiam illud Iuuenalis saty.* 10 *spectat:*

Orandum est vt sit mens sana in corpore sano.

Meminit eius rei Theodoritus Cyrensis lib. 11. *Therapeutices.* i Clauo alio alium clauum.] id est, *malum alio malo. Idem Lucianus in Philops.* καὶ ἥλῳ φασὶν ἐκκρούειν τὸν ἧλον: id est, *Et clauo, quod aiunt, extundis clauum. Sed hunc apologiæ locum Erasmus noster sic vertit: Vereor ne si ad intentatum crimen, etiam adulationis accusationem adiunxero, clauum quod aiunt, clauo pellere videar, maiore minorem. Hoc prouerbio vsus est Aristot. lib.* 5. *Polit. cap. penult. & Cic. Tusc. q. libro* 4. k χαίρειν.] χαίρειν *ad secundam valetudinem in epistolis atque salutationibus locum inuenit communi loquendi vsu. tametsi Plato mauult* εὐπράττειν. *Est enim lætitia affectio animi in corpore sano. Hinc Horat. lib.* 1. *Epistol.* 8:

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano.

l Pyrrhi Epirotæ.] *De Pyrrho Epirotarum rege, vide lib.* 18. *Iustini.* m Tu veró.] *Obiectio mutati ordinis, cui respondet primò à vi & potestate verbi, quòd ea omni tempori conueniat.* n Prætereá.] *A' collatione salutationum.* o Quid autem.] *A' proprio exemplo & vsu eorum, à quibus reprehenditur.* p Nisi à deo.] *Translatio erroris in Deum aliquem.* q Quòd si veró.] *Alia defensio qua & pro errore & animi perturbatione respondet.* r Tu veró.] *A' consueto.* s Quantumuis alij.] *A' remotione causæ.* t At ipse quidem.] *Confirmatio qua voluntatem principis pro se interpretatur, à consequentibus.* u Nam cùm ipse.] *Ab exemplis.* x Cæterúm.] *Alia obiectio* καθ' ὑπόθεσιν, *cui respondendo orationem concludit* κατ' εὐχήν.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ Η ἀέτιων. | HERODOTVS vel Aetio.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

OStendit hac præfatione Lucianus, ſed exemplo Herodoti, & poſt hunc Aetionis pictoris, adductum vt in conuentu totius Macedoniæ exhibere ſe, ac ſpecimen aliquod ſui præbere voluerit. Eſſe enim compendioſiorem hanc viam ad laudem & gloriam comparandam, quàm ſingulas ciuitates circumeundo, magno negocio, multoque tandem tempore inclareſcere. Exordium à voto incipit, pòſt narratione vtriuſque Herodoti & Aetionis exemplum exponit: quæ quia maiorem ſcripti huius partem abſoluit, vtriuſque nominis titulū quoq; dedit. Hinc adoptatio ſequitur, qua ſuum inſtitutum cum ſuperioribus exemplis comparat, amplificata per collationem, præſenti conuentu cum Olympico, à loci & hominum qualitate. Poſtremò petit, vt illorum exemplo ſe quoque pro aliquo mediocri oratore habeant, non cum optimis ac vetuſtiſſimis illis, ſed cum præſentibus conferendo.



Ηροδότου εἴθε μὲν καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν, οὐ πάντα φημὶ, ὅσα προσῆν αὐτῷ· μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε, ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ τῶν ἁπάντων, οἷον ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ ἁρμονίαν



VTinam [a] verò & alias Herodoti virtutes mihi imitari concessum fuisset, non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (maior enim voto hæc res fuerit) verùm vnam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantissimarum mundiciem, aut illarum numerosam concinnitatem,

νίαν αὐτῶν, ἢ τῶν οἰκεῖον τῇ Ἰονίᾳ καὶ πρόσφυες, ἢ τὸ γνώμης τὸ πρέπον, ἢ ὅ τι μυρία λαλᾶ ἐκεῖνος ἅμα συμβαῖνα ἔχει, πείρᾳ τῆς εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχοῦ τοῖς Ἕλλησιν ἐν βραχεῖ διατίθη, ἐγὼ μὲν οὐ καὶ ἄν μιμησαίμεθα. πλούσης γὰρ οἰκοθεν, ἐκ τῆς Καρίας, ἀνθ' ὧν ἐπλήσθη, ἰσκοπεῖτο πῶς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο, μὴ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγράμματα· τὸ μὲν δὴ πρόσωπον τὸ μὲν Ἀθηναίοις, νυνὶ δὲ Κορινθίοις ἀναγινώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν ὀλίγῳ μέρει, ἐργῶδες μὲν καὶ μακρὸν ὑγεῖτο εἶναι, καὶ πρόφασιν ὀκνηρίας ἐν τοῖς τοιούτοις ἐποιεῖτο.

tem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut sententiarum grauitatem & præstantiam, aut quæcunque alia (quæ & infinita sunt & elegantia) ille vno quasi fasciculo comprehensa possidet, omnem imitationis spem excedentia. Cæterùm quæ cùm libris à se elucubratis fecerit, tum quemadmodum passim in breui temporis spacio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicunque tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. [b] Cùm enim relicta patria soluisset ex Caria, recto cursu in Græciam delatus est, vbi de seipso eam cogitationem suscepit, quo pacto quamcelerrimè & minimo cum negocio inclarescèret, ac famigerabilis fieret cùm ipse, tum eius quoque elucubratæ vigiliæ. Atenim obambulantem, nunc quidem Athenien-sibus, nunc autem Corinthijs recitare historiarum monumenta à se condita, mox Argiuis aut Lacedæmonijs, partim laboriosum esse existimabat & longum: partim cunctationem & moram non mediocrem in illo fore prospiciebat.

οὐκοῦν ἠξίου δασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ δαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρον καὶ συλλέγον τὴν γνῶσιν, ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους πουλαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα· καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καίρον, οὗ μάλιστα ἐκλίχετο, πλήτουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν Ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ἄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ἤδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτοὺς. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος. οἱ μὲν αὐτοὶ

Voluit ergo negocium omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innotescere, notitiam modicè & pedetentim congregans & colligens. Callidè verò obseruabat, si vspiam locorum Græcos vnà congregatos omnes deprehenderet. Commodùm itaque instabant magna Olympia. Herodotus autem hanc solam sibi venisse occasionem arbitratus, cuius maximè erat cupidus, frequentissimis ludis obseruatis: iámque ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progressus in Opisthodomum, non spectatorem, sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoriæ à se proditas, ac præsentium aures orationis suauitate demulcens, donec & Musarum nominibus eius libri nobilitari & vocari cœpti sint, & illis ᶜ nouem existentibus. Proinde iam omnes illum nouerant, multò profectò magis quæ Olympicorñ certaminum victores: nec quisquam erat, cui Herodoti nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipsi

ποὶ ἀκούσαντες ἐν Ολυμπίᾳ, οἱ δὲ ἐκ τῶν τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι. καὶ εἴ που γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος Ηρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μαχας τὰς Περσικὰς Ιαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ἡμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πανδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ελλάδος λαβὼν, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν. ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες, ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ιππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Αναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ακραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο. καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκεί-

psi audiuerant in Olympia: alij verò ex ijs qui ex ludis regressi fuerant, audita & ipsi perceperant. Tum verò vbicunque in publico saltem apparuisset, certatim commonstrabatur digitis: Hic ille est Herodotus qui pugnas Persicas lingua Ionica condidit atq; conscripsit, qui victorias nostras venustissimè concelebrauit. Talem ipse laudem historiarum nomine consecutus est, in vno conuentu ab omni populo totius Græciæ commune nactus suffragium, non ab vno per Iouem præcone ebuccinatus, sed in omnibus quaquauersum ciuitatibus, vnde quisque erat eorum qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cùm animaduertissent postea ad parandam cognitionem viam esse compendiosissimam, & Hippias illius gentis Sophista, [d] Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, alijsq; complures, orationes semper habuerunt, & in ludis publicis, vnde breui sui notitiam parauerunt. Quorsum verò tibi priscos

ἐκείνους λέγω θρέψας, καὶ συγγραφέας καὶ λογογράφους; ὅπου καὶ τὰ τηλαυγῆ ταῦτα, καὶ Ἀετίωνα φασὶ τὸν ζωγράφον, συγγράψαντα τὸν Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον, ἐς Ὀλυμπίαν, καὶ αὐτὸ ἀγαγόντα, τῶν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι, ὥστε Προξενίδαν, Ἑλλανοδίκην τότε ὄντα, ὑποψήφια τὸ τέχνης, γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Ἀετίωνα. καὶ τί τὸ θαῦμα ἐν ἐκείνῃ τῇ γραφῇ αὐτῇ, ἤρκεσέ τις, ὡς τὸν Ἑλλανοδίκην δι' αὐτὸ, ἐκ ἐπιχωρίου τῶν Ἀετίωνι συνάψασθαι γαμβρόν; ἔστιν ἡ εἰκὼν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ γὼ ἦλθον, ὥστε καὶ σοὶ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. θάλαμός ἐστι παγκάλως καὶ λινῆ νυμφικῇ. καὶ ἡ Ῥωξάνη κάθηται, παρθενικόν τι χρῆμα πρεσβύου, ἐς γὲ ὁρῶσα, αἰδημόνη ἑστῶσα δ' Ἀλεξάνδρου. ἵμερος δέ τινος μαθεῖν τοῦτο, ὁ μὲν πατὴρ ἐφίησιν, ἀπάγει τῆς χειρὸς illos percenseo sophistas, & historicos, & oratores, cùm & hæc inter vetera commodè locum habere possint? Etenim perhibent Aetionem quoq; pictorem, Rhoxanes & Alexandri depictas in tabula nuptias, in Olympiam pertulisse, ac imaginem spectandam ostentasse, adeò vt Proxenides, quem tunc certaminum iudicem Græci constituerant, artis præstantia delectatus. Aetionem generum sibi asciuerit. Sed quæret aliquis, quòdnam tantum affuerit picturæ miraculum, per quod adductus Proxenides Aetioni peregrino filiam suam nuptam tradiderit? Est enim quidem imago in Italia, quam egomet vidi, adeò vt tibi quoque de ea compertam veritatem dicere possim. Thalamus est supra modum elegans, & lectus nuptialis vestimentis instratus. Hunc iuxta locata est Rhoxane virgo, corpore & facie venustissima, terram modestè intuens, Alexandri assistētis præsentiam honorificè reuerens. Cæterùm Cupidines quidam ridentes, alter quidem à tergo

κεφαλῆς τὴν καλύπτραν, καὶ δείκνυσι τῶν νυμφίῳ τὴν Ῥωξάνην· ὁ δέ τις μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδὸς, ὡς κατακλίνοιτο ἤδη. ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειλημμένος ἔρως, καὶ οὗτος ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ῥωξάνην, πάνυ βιαίως ἐπισπόμενος. ὁ βασιλεὺς δὲ αὐτὸς μὲν στέφανόν τινα ὀρέγει τῇ παιδί. πάροχος δὲ, καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπρέστη, δᾷδα καιομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος, Ὑμέναιος, οἶμαί ἐστιν· οὐ γὰρ ἐπεγέγραπτο τοὔνομα. ἑτέρωθι δὲ τῆς εἰκόνος, ἄλλοι ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου· δύο μὲν τὴν λόγχην αὐτοῦ φέροντες, μιμούμενοι τοὺς ἀχθοφόρους, ὁπότε δοκὸν φέροντες βαροῖντο· ἄλλοι δὲ δύο ἕνα τινὰ, ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κατακείμενον, βασιλέα δῆθεν καὶ αὐτὸν σύρουσι τῶν ὀχάνων τῆς ἀσπίδος ἐπειλημμένοι. εἷς δὲ ἐς τὴν θώρακα ἐσελθὼν,

trahunt, scuti loris inuoluti.

tergo stans digitis redimiculum aufert à capite, ac Rhoxanen sponso commonstrat: alter nimiùm seruiliter à plantis aufert sandalium vt iam decumberet. alius Alexandri chlamyde inuolutus, illum ad Rhoxanen pertrahit, valde violenter annixus. Sed enim ipse rex coronam quandam puellæ porrigit. Adest prætereà & Parochus sponsæ ductor Hephæstion, ardentem facem tenens in manibus, formoso admodum adolescenti innixus. hunc ego Hymenæum esse opinor: neque enim nomen adscriptum fuerat. Ex alia autem parte tabulæ alij Cupidines in armis Alexandri colludebant. duo quidem hastam illius ferentes, eos imitabantur, qui ferendis oneribus grauari videntur. Alij duo vnum aliquem iacentem, super clypeum penè ipsum vt regem Porrò vnus in thorace supi-

θὼν, ὕπλιον λάμβρον, λοχῶντι ἐοικὼς, ὡς φοβήσῃ αὐτὸς, ὁπότε μετ' αὐτὸν γένοιντο συρόντων. οὐ παίζει δὲ ἄλλως ταῦτά ὅτου, οὐδὲ πικρὸν ἐργάσαιτο ἂν αὐτοῖς ὁ Ἀετίων, ἀλλὰ δηλοῖ τὸν Ἀλεξάνδρου, καὶ τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα, καὶ ὅτι ἅμα καὶ Ῥωξάνης ἦρα, καὶ τῶν ὅπλων ἐκ ἐπελέλησπω πλὴν ἀλλ' ἦγε εἰκὼν αὕτη καὶ ἄλλως γαμήλιόν τι ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ δηλοφάνη ἔχουσα, πρόμνησιν ἐμοὶ γοῦν Ἀετίωνι, τῶν Προξενίδου θυγατέρα, καὶ ἀνῆλθε γάμας, καὶ αὐτὸς προεργον τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων, ἵνα νυμφαγωγῷ τῷ βασιλεῖ, μισθὸν ἁρπασμένου γάμου, πρόσλαβὼν ἀληθῆ γάμον. Ἡρόδοτος μὲν οὖν (ἐπαινέσαι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον) ἱκανὸν τῶν Ὀλυμπίων πλὴν πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι, τὰς Ἑλληνικὰς διηξιόνλα

nè iacentem ingressus insidias tendenti similis esse videtur, vt illos ex improuiso perterrefaciat, vbi trahendo ad se perueniſſent. Neq; verò hæc ludicra ſunt aut puerilia, & in quibus exprimendis temerè elaboraſſet Aetion, ſed quibus Alexandri ad res bellicas amorem adumbrare voluit, & quòd eadem opera & Rhoxanes amore flagrârit, & armorum curam per obliuionem non abiecerit. Quanquam verò & aliàs ipſa imagine nuptiale quidam reuera oſtenſum eſt, nempe Proxenidæ natam antè Aetioni fuiſſe deſponſam, illáq; in matrimonium ducta abijt, luſis ſucceſsiua opera Alexandri nuptijs, ſub rege ſponſo ductore pro nuptijs colore & penicillo expreſsis, veras nuptias præmium reportans. [f] Proinde Herodotus (regredior enim ad illum) ſatis ſuperq; ſufficere Olympiorum ludos exiſtimauit ad faciendam fidem, Græcis eum ſcriptorem eſſe admiratione non indignum, qui Græcorum geſta illis

ξιόντα, ὡς ἐκᾶν & διεξῆλθον. ἐγὼ δὲ (καὶ πῶς φίλιον μή μοι μορυβαντιᾶν ἐπολάβητε, μὴ δὲ τἀμὰ ἀκάλαν ζῶς ἐκείνου, ἴλεως ὁ ἀνὴρ) ἀμὰ τῦτό γε ὅμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ. ὅτι γὰρ τὸ πρῶτον ἐπιδημῶ τῇ Μακεδονίᾳ, τῶν ἐμαυτὸν ἐσκοπούμην ὅ, τι, μοὶ χρήσιμον τῷ πράγματι. καὶ ὁμῶς ἔρως οὕτω & ἦν, ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστις Μακεδόνων διᾶξαι τἀμὰ, τὸ δ' αὐτὸν πρεσβύτα ἐόντα τἀνικαῦτα ζῦν ἔζυς ξυγγίνεσθαι πόλει ἑκάστῃ, οὐκ ἀμαρτὶς ἐφαίνετο. ἃ δὲ τηρήσαμι πρὸς ὑμῶν πρὸς σώφρον, ἔπειτα παρελθὼν ἐς μέσον, δέξαμι τὸν λόγον, ἐς δέον οὕτως ἀρθῆναί μοι τὰ τῆς εὐχῆς. αὐτοῖτε ἔμ' ἤδη σωφρονεῖν δοκῶ, ὅτι πρὸ ὄφρας ἐξιέναι πόλεως, αὐτὸ δὲ τὸ διαφέρον Μακεδόνων ἅπάντων,

sta illis recitaret, quemadmodum ipse factitare solitus est. Ego verò ac per Iouem Philium vos precor, ne insanire me suspicemini, neque mea me cum illius conferre velle. Propitius sit mihi vir ille. Verùm hoc mihi cum illo non dissimile accidisse arbitror. Etenim quo tempore primùm in Macedoniam suscepta peregrè profectione veni, apud me ipse cogitabam, strenuè mihi aduigilandum esse, eáq; iam tenebar cupiditate omnibus innotescendi, ac quamplurimis Macedonum vigilias meas ostendendi. Porrò autem singulas adeuntem ciuitates, interea ingraue scente ætate consenescere, haudquaquam facile factu apparebat. Sed enim si conuentu vestro obseruato, deinde progressus in medium orationem propalàm habuissem, sperabam omnibus ex sententia succedentibus voti me compotem futurum. & Vos itaque conueniistis, ex singulis equidem ciuitatibus quique præstantissimi, neque non ipsa summa vniuersorum Macedonum delectissima.

πάντων, καὶ ἐπιδεικνῦσθαι πόλιτ ἣ ἀείστη οὖσα, οὐ κατὰ Πίσαν, μὰ Δί', ἐν ᾗ πλῶ ἐκεῖθι συνοχωσίαν, καὶ σκιωὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος, οὔτε αὖ πανηγυρισαὶ, οὐ συρφετώδης ὄχλος, ἀσθενῶν ἢ μᾶλλον φιλοθεάμονων, ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τῶν Ηρόδοτόν τιθέμενοι, ἀλλὰ ἐντόρων τι καὶ συγγραφέων καὶ Σοφιστῶν οἱ λοκιμώτατοι, ὅσον ἐμικρὸν ἄλλη, μὴ τέμενος παραπολὺ ἐνδεέστερον φάνηται τῶν Ολυμπίων. ἀλλ' ἐῶ μὲν ὑμᾶς Πολυδάμαντι ἢ Γλάυκῳ ἢ Μίλωνι παραθεωρῆτέ μοι, δοκιμῆ ὑμῖν δόξω θρασὺς ἄνθρωπος εἶναι. ἢν δὲ πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντων πλῶ μύριλω, ἐφ' αὐτὸ μόνον ἀφορῶντες ἔλητε, τάχ' ἂν δόξαιμι ὑμῖν ἀσκητὴς ἐπάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δόξαιμι, ὡς ἐν γυμνικῷ σταδίῳ ἱκανὸν ἔμοιγ' ἂν καὶ τοῦτο.

lectissima. Excepit verò vestrum conuentum ciuitas omnium optima, qua cum nulla ex parte Pisa conferenda est, neque ea quæ illic est loci angustia, neque tabernacula aut tuguria & suffocatio. [h] Iam neq; conuentum celebrantes, vulgaris fex & turba est, magis cupida spectãdi athletas, nempe vulgus Herodoti negligens, sed profectò cùm rhetorum tum scriptorum atque sophistarum omnium celeberrimi, adeò vt parùm mihi deesse videatur, quò minus & mea actio perinde vt Olympiorum piorum celebris habenda sit [i] Cæterùm si me cum Polydamante, aut Glauco, aut Milone compositum contemplamini, valde audax homo vobis esse videbor. Sin verò ab illis memoria longè lateq; auocata, in hunc solùm intenti fueritis, fortasse non admodum vobis flagellandus esse videbor, ita vt in tanto stadio & hoc mihi sufficiat.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

Hîc nihil aliud agit Lucianus quàm quòd feliciſsimè, ſed obſcuriùs indicat, quibúsnam modis ſolida nominis exiſtimatio, atq; adeò minimè perſonata gloria comparanda ſit: deniq; quorum iudicio cumprimis fidere conueniat. Eiuſdem argumenti ferè eſt Harmonides.

a VTINAM.] *Exordium à voto.* *b* Cùm enim.] *Narratio.* *c* Nouem.] *Herodoti libri inſcripti Muſarum nominibus. Sunt autem nouem Muſæ, & totidem libri, videlicet Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Therpſichore, Erato, Polymnia, Vrania & Calliope. id quod Suidas eiuſdem poëtæ vitam ſuccinctè ſuoque more perſtringens, teſtatur: & idem Lucianus, Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.* *d* Prodicus Cius.] *Prodici Cei Sophiſtæ Socrates in Protagora ſe diſcipulum fatetur, eiuſque doctrinam & ſapientiam diuinam ad Simonidem refert. Quintilianus etiam hunc Protagoræ σύγχρονον facit. Plato in Lachete hunc mirificum in explicandis nominibus artificem fuiſſe teſtatur: & in Axiocho, neminem eum gratis docuiſſe. quod & Laërtius in Protagora fatetur. Et in Hippia maiore ex priuata doctrina, magnam pecuniæ vim lucratum fuiſſe legitur. Xenophon lib. 2.* ἀπομνημονευμάτων, *i. commemorationum de amico comparando cum Ariſtippo diſputans, ex Prodico* σύγγραμμα ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ *citat.* ὡραῖα *huic operi, ſi Suidæ credimus, titulus fuit.* *e* Eſt equidem.] *Tabula & pictura Actionis.* *f* Proinde.] *Adaptatio ſui inſtituti ad exempla ſuperiora.* *g* Vos itaque.] *Collatio præſentis conuentus, & Olympiaci veteris.* *h* Iam neq;.] *A conditione hominum.* *i* Cæterúm.] *Petitio.*

ΦΑΛΑΡΙΣ Α. PHALARIS PRIMVS.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

PHalaris Agrigẽtinorum tyrannus fuit, cui faber quidam Perillus, siue Perilaus taurum æreum obtulit, ita factum, vt in eum homines damnati coniecti succenso igne torrerentur, atq; inter cruciandum dum vociferarentur, mugitus boum ederent. Hunc taurum fingitur hic Delphos mittere, vt ibi in templo inter cætera donaria Deo consecraretur. Et quia apud omnes pro crudelissimo atq; immanissimo idem habebatur, & ob id metuebat ne donum hoc Delphi, vt ab impio & nefario profectum, reijcerent, oratione hac contra famam hanc de se sparsam, per legatos sese defendit. Oratio generis iudicialis est, status qualitatis. Nam & tyrannidem occupasse, & nocentes quosdam punisse se fatetur, sed id iure ac necessitate quadam factum ostendit. Exordium à voto incipit. Narratione consilia & causas susceptæ tyrannidis, & quomodo eandem gesserit, postremò etiam qua necessitate ad supplicia sumenda, & custodiam corporis comparandam compulsus fuerit, exponit, quæ & ipsa confirmandi vicem habent. Post hæc autem confirmatio sequitur, qua se à crimine crudelitatis defendit, argumentis à simili, à legibus, & causa, à signis & comparatione sumptum, eleuando interim etiam tyranni nomen, & inuidiam ab exemplis, & exaggerando necessitatem puniendi, ob multitudinem periculorum indies in hoc genere succrescentium. Peracta causa ad commendationem muneris transit, quam à causis & honestate dedicationis trahit. Peroratio ex persona legatorum fit, quæ asseueratione dictorum, & ipsorum obtestatione perficitur.

Ἔπεμψεν ἡμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ὁ ἡμέτερος δυνάστης Φάλαρις ἄξοντας τοῦ θεῷ τὸν ταῦρον τοῦτον, καὶ ὑμῖν διαλεξομένους τὰ εἰκότα ὑπέρτε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀναθήματος. ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἥκομεν, ταῦτά ἐστιν. ἃ δέ γε πρὸς ὑμᾶς ἐπέστειλεν· Ἐγώ, φησιν, ὦ Δελφοὶ, καὶ παρὰ πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησι, τοιοῦτος ὑπολαμβάνεσθαι, ὁποῖός εἰμι, ἀλλὰ μὴ ὁπαῖον ἡ παρὰ τῶν μισούντων καὶ φθονούντων φήμη ταῖς τῶν ἀγνοούντων ἀκοαῖς παραδέδωκεν, ἀντὶ τῶν πάντων ἀπαξαίμην ἂν, μάλιστα δὲ παρ' ὑμῖν, ὅσῳ ἱδροί τε ἐστε, καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου, καὶ μονονοὺ σύνοικοι, καὶ ὁμωρόφιοι τοῦ θεοῦ. ὑγοῦμαι γὰρ, εἰ ὑμῖν ἀπολογησαίμην, καὶ πείσαιμι, μάτην ὠμὸς ὑπειλῆφθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, δι' ὑμῶν, ἀπολελογημένος ἔσε

Misit nos huc legatos, ô Delphi, princeps noster Phalaris, taurum hunc Apollini adducturos, ac vobis pauca quædam auditu non idonea, cùm super duce nostro, tum super oblato munere verba facturos. Itaq; quorum gratia huc profecti venimus, hæc sunt. Cæterùm hæc vobis exponenda nobis in mandatis dedit. Ego, inquit, ô Delphi, talê de me apud omnes Græcos esse existimationem, qualis sum, at non qualem me odio prosequētium, aut inuidorum mendax fama apud ignotos traduxit: præ omnibus rebus permutatione facta amplecti velim. Maximè verò omnium apud vos talem de me opinionem esse optârim, qui & cæteros vitæ sanctimonia antecellitis, & Pythij assessores estis, ac tantum non Dei familiares atque domestici. Etenim persuasissimum habeo, si me vobis purgauero, atque ostendero frustra crudelitatis suspicionem de me incidisse, etiam alijs omnibus me per vos purgatum fore.

σθαι. καλῶ δὲ ὧν ἐρῶ τὴν θεὸν αὐτὸν μάρτυρα, ὃν οὐκ ἔνι δήπου πρᾶλωγίσασθαι, καὶ ψευδεῖ λόγῳ πρᾶγαγεῖν. ἀνθρώπους γὰρ ἴσως ἐξαπατῆσαι ῥᾴδιον, θεὸν δὲ, καὶ μάλιστα τοῦτον, δαλαθεῖν, ἀδύνατον· ἐγὼ γὰρ οὐ τῶν ἀφανῶν ἐν Ἀκράγαντι ὤν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος εὖ γεγονὼς, καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, καὶ παιδείᾳ προσεσχηκὼς, ἀεὶ διετέλουν, τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν πρέχων, τοῖς δὲ συμπολιτευομένοις ἐπιεικῆ καὶ μέτριον· βίαιον δὲ ἢ σκαιὸν, ἢ ὑβριστικὸν, ἢ αὐθέκαστον οὐδεὶς οὐδὲν ἐπεκάλει μου, τῷ πρεσβυτέρῳ ἐκείνῳ βίῳ. ἐπειδὴ ἑώρων τοὺς τἀναντία μοι πολιτευομένους, ἐπιβουλεύοντας, καὶ ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν μεζητοῦντας (διήρητο δὲ ἡμῶν τότε ἡ πόλις) μίαν

re. Porrò autem ipsum deum eorum quæ dicturus sum, testem inuoco, quem nullo modo possum decipere, aut falso & ficto sermone circunducere. Fortasse enim hominibus imponere haud operosum est: at Deo verba dare, maximè verò huic, id verò nullo modo fieri potest. Cæterùm ego inter Acragantinos non ex obscuris sum maioribus: verùm si quisquam alius, ex illustri loco natus, ac liberaliter educatus, tum ingenuis disciplinis & artibus imbutus, vrbi memet popularem exhibere non destiti: ijs verò qui mecum in eadem versabantur Repub. æquum & modestum me præstiti. Violentiæ autem, aut illatæ iniuriæ, aut contumeliæ, aut præcipitati iudicij, nemo me vnquam sub prioribus vitæ annis insimulauit. Verùm cum argumentis non dubijs perspicerem eos qui diuersam à me in administranda Repub. rationem sequebantur, vitæ meæ moliri insidias, ac omnibus modis mei è medio tollendi occasionem captare ac quærere, nostra verò ciuitas seditionibus factiosis dissecta ferueret; vnicum illud effugium in tantis rerum

μίαν τούτῳ ἀφορμὴν καὶ ἀσφάλειαν εὕρισκον, τῷ αὐτῷ ἅμα καὶ τῇ πόλει σωτηρίαν, εἰ ἐπιθέμενος τῇ ἀρχῇ τοὺς ἐκείνους μὲν ἀνασείλαμι, καὶ παύσαιμι ἐπιβουλεύοντας, τῷ πόλιν δὲ σωφρονεῖν καταναγκάσαιμι. καὶ ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ταῦτ' ἐπαινοῦντες, ἄνδρες μέτριοι, καὶ φιλοπόλιδες, οἳ καὶ τῷ γνώμῃ ἦσαν ἐμοὶ, καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως τῷ ἀνάγκῃ τὸ ζῆν συναγωνιστὰς ἕξουσί μοι καὶ ῥᾳδίως ἐκράτουν ἐπιχειρήσεως. τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἔτι ἀπόρρητον, ἀλλ' ὑπῆκουον· ἐγὼ δὲ ἦρχον, ἡ πόλις δ' ἀπαρρησίαστος ἦν. σφαγὰς δὲ καὶ ἐλάσεις ὁρῶν, ἢ ληιμένους, οὐδὲ λαθὼν τῶν ἐπιβουλευομένων ἁρπαζόμην, καί τοι ἀναγκαῖον τὰ τοιαῦτα ζημιᾶν, ἐν ἀρχῇ δὲ νεωτερίας μάλιστα. Φιλανθρω-

rum difficultatibus, securitatémque reperi, pariter & ciuitati tuendæ salutem, si occupato per vim principatu, illorum ferociam refrenarem, eosq; à struendarum insidiarũ studio sedatos traherem, eademq; opera ciuitatem popularium factionibus flagrantem, ad modestiũ & tranquillum statum adigerem. Et erant sanè non parùm multi hoc meum institutum collaudantes viri & modesti, & amantes Reipub. quibus & mea sententia & instituti iam conatus necessitas non fuit obscura. Horum itaque vsus & opera & consilio, haud difficulter voti compos reddebar. Ex illo itaq; illi quidem nõ amplius rebus nouandis, aut turbis concitandis studentes, inter se discordantes dissidebant, sed iussis obtemperabant: ego verò imperium obtinebam: ipsa autem ciuitas sua libertate carebat. Cæterùm cædes aut insectationes, aut proscriptiones, ne in eos quidem à quibus sæpenumerò insidiosè petitus eram, vsurpaui, aut exercui. Atqui operæprecium audere eiusmodi, in tuendo principatus imperio potissimùm. Etenim humani-

θρωπίᾳ γὰρ καὶ πρᾳότητι, καὶ τὸ ἡμέρῳ, καὶ ἐξ ἰσοτιμίας, θαυμασίας ἐγὼ ἤλπιζον ἐς τὸ πείθεσθαι πεσάξεσθαι τούτους. εὐθὺς γοῦν τοῖς μὲν ἐχθροῖς ἐσπείσμην, καὶ διηλλαγμὴν, καὶ συμβούλοις καὶ συνεστίοις ἐχρόμην τοῖς πλείστοις αὐτῶν. τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν ὁρῶν ὀλιγωρίᾳ τῶν πεστώτων διεφθαρμένην, τῶν πολλῶν κλεπτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπαζόντων τὰ κοινὰ, ὑδάτων τε ἐπιῤῥοίας ἀνακτησάμην, καὶ οἰκοδομημάτων ἀνασταύσεσιν ἐκόσμησα, καὶ τειχῶν πρεβολῇ ἐκρατινα, καὶ τὰς πεσόδους, ὅσαι ἦσαν κοιναὶ, τῇ τῶν ἐφεστώτων ἐπιμελείᾳ, ῥᾳδίως ἐπηύξησα, καὶ τῆς νεολαίας ἐπεμελούμην, καὶ τῶν γερόντων πεὐνόων· καὶ τὸν δῆμον ἐν θέαις, καὶ δανομαῖς, καὶ πανηγύρεσι, καὶ δημοθοινίαις διῆγον. ὕβρεις δὲ

tate, comitate, & mansuetudine, prætereà ex honoris & dignitatis æqualitate mirificam in spem veniebam, fore vt ad obediendum omnes pertraherentur. Statim igitur omni simultate deposita, cum inimicis in pristinam & gratiam & concordiam redij, ac illorum plurimis & in dandis ineundisq; consilijs, & in conuersatione domestica vtebar familiarissimé. Porrò cùm ipsam vrbem animaduerterem magistratuum negligentia atque incuria incurruptam, multa furantium, aut potius communes ciuitatis opes rapientium, & aquæ ductus reparaui, & ædificiorum sumptuosis extructionibus exornaui, ac muro circumducto firmaui: prouentúsque, quotquot magistratuum cura communes erant, accessione non modica cumulaui: iuuentutis rectè educandæ impendiò magnam curam habui: senes peculiari reuerentia prosequebar. Populum verò spectaculis ac largitionibus, prætereà solennitatibus atque epulis publicis mihi deuinctum detinui. Virginum verò

contu-

δὲ παρθένων, ἢ ἐφήβων δα-
φθοραὶ, ἢ γυναικῶν ἀπα-
γωγαὶ, ἢ δορυφόρων ἐπιπέμ-
ψεις, ἢ δεσποτικήτις ἀπει-
λὴ, ἀπρτρόπαιά μοι καὶ ἀ-
κοῦσαι ἦν. ἤδη δὲ καὶ περὶ
τοῦ ἀφεῖναι τὴν ἀρχὴν, καὶ
καταθέσθαι τὴν δυναστείαν ἐ-
σκοπούμην, ὅπως μόνον ἀ-
σφαλῶς παύσαιτο ἄν τις ἐν-
νοῶν. ἐπεὶ τό γε ἄρχειν αὐτὸ,
καὶ πάντα πράττειν, ἐπα-
χθὲς ἤδη καὶ σὺν φθόνῳ κα-
ματηρὸν ἐδόκει μοι εἶναι, τὸ
δ' ὅπως μηκέτι τοιαύτης τι-
νὸς θεραπείας δεήσεται ἡ πό-
λις, τοῦτ' ἐζήτουν ἔτι. κἀγὼ
μὲν ὁ ἀρχαῖος περὶ ταῦτα εἶ-
χον, οἱ δὲ ἤδη τε συνίστοντο
ἐπ' ἐμέ. καὶ περὶ τοῦ τρόπου
τῆς ἐπιβουλῆς καὶ ἀπρεσίσεως
ἐσκοποῦντο. καὶ συνωμοσί-
ας συνεκρότουν, καὶ ὅπλα
ἤθροιζον, καὶ χρήματα ἐποιεί-
ζοντο,

contumeliosas corruptiones, aut epheborum stupra abominanda & nefaria, aut iniuriosas satellitum immissiones, aut comminationes tyrannicas ita aduersabar, vt ne audire quidem fas putarem. Iam verò de dimittendo quoque imperio, principatúque deponendo mecum inito consilio deliberabam, si quo modo tranquillè atque securè à curarum fluctibus liberatus quiescerem. Etenim principem agere, ac res omnes vt rectè fierent administrare, prouinciam grauem ac odiosam esse existimabam, & rem non sine inuidia laboriosam. Sedenim ne posthac tali administratione egeret ciuitas, in ea cogitatione suscepta adhuc versabar, ac iam olim ea animo cogitabundo quærebam. Porrò autem ciues mei concitata seditione iam aduersus me insurrexerant, déque struendarum insidiarum ratione, faciendáque defectione deliberabant. Quin etiam clandestinis conspirationibus iam coniurauerant, armáque collegerant, pecunias priuatis impensis comportauerant, ciuitates finitimas ad feren-

ſους, καὶ τοὺς ἀσυγκάτους ἐπικαλουμένους, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα, παρὰ Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους ἐπρεσβεύοντο. ἃ μὲν γὰρ περὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, ἐληφθέλω, ἐδεδόκτο ἤδη αὐτοῖς, καὶ ὅπως μεγαυτοχειρίᾳ διαφθαρεῖσθαι ἐπέλοιτο, καὶ ἃς διαλύσεις ἐπιφόβους, δημοσίᾳ σφι βεβούλευτο, ταῦτα οὐκ ἐλάνθανον. προεβουλεύοντο γὰρ οἱ θεοὶ ἄκριτοι, φωράσαντες τὴν ἐπιβουλήν, καὶ μάλιστα μὲν ὁ Πύθιος, ὀνείρατά τε παραλέξας, καὶ τοὺς μηνύοντας ἑκάστοτε ἐπιπέμπων. ἐγὼ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη ὑμᾶς, ὦ Δελφοί, ἐπὶ τοῦτο δεῦρο ἐκάλουν, ἐπὶ τοῦτο μόνον ὡς λογισμῷ γνωμησόμενος, ἀξιῶ περὶ τῶν τότε πραχθέντων μοι συμβουλεῦσαι, ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθείς, ἐξέζων τινὰ σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων. πρὸς ὀλίγον οὖν, τῇ

dum missis copijs auxilium accersiuerant, iamq; in Græciam ad Lacedæmonios atque Athenienses legatos petitum subsidium miserant. Quorum autem criminum reum me facturi essent, iam illis deliberatum erat, tum quemadmodũ ad mortem memetipsum mihi conscisendam adducturi forent, atrociter comminabantur. Præterea quæ supplicia excogitabant his qui publicè puniendi forent, occultè non tulerunt. Atenim quòd nihil tale, præter illorum spem atque sententiam perpessus sim, dijs immortalibus acceptum refero, quorum opera mihi detectæ sunt insidiæ: omnium verò, maximè Pythio, cuius beneficio & insomnia mihi ostensa sunt, illiq; missis, quorum indicio singula cognoui, atq; sagaciter deprehendi. Ego verò hoc loco vos, ô Delphi, in hoc ipso meo, quem nunc ipsa oratione quàm acerbus fuerit, facilè sentitis, volo super his quæ tunc acta sunt, consilium mihi detis, quo tempore nulla munitus custodia fermè captus, rebus difficilimis vrgentibus salutem quærebam. Proinde

paulisper

γνώμην ἐς Ακράγαντα παρ' ἐμὲ ἀφιγμένοις, καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς παρασκευὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἀπειλὰς ἀκούσασι, εἶπατε, τί δεῖ ποιεῖν; φιλανθρωπίᾳ χρώμενον πρὸς αὐτοὺς ἔτι, καὶ φείδεσθαι, καὶ ἀνέχεσθαι, ὅσων αὐτίκα μελλόντων πείσεσθαι τὰ ὕστατα· μᾶλλον δὲ συμβαίνει ἄδικα πάσχειν πρὸς σφαγίων, καὶ τὰ φίλτατα ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀφιγμένα; ἢ τὰ μὴ ζηλωτὰ πάσχειν κακὰ θεῖον τινὸς εἶναι, γνώμης δὲ καὶ ἀνδρώδους ἐξενηνοχότα, καὶ χολὴν ἔμφρονος καὶ δικαίου ἀνδρὸς ἀναλαβόντα, μετελθεῖν ἐκείνους, ἐμαυτὸν δ' ἐκ τῶν ἐνόντων, πρὸς τὸ ἐπιὸν ἀσφάλειαν πρασχεῖν; ταῦτ' οἶδ' ὅτι σωφρονοῦσι τεθνᾶσιν. τί δῆτα ἐγὼ μετὰ ζῶντ' ἐποίησα; μετασκευάμενον ζῶντας αἰτίους, καὶ λόγου μεταδοὺς

pauliſper animo ſaltem ſuſcepta Acragantem verſus peregrinatione ad me, viſisq; illorum apparatibus, ac minis auditis, dicite quidnam faciendum ſit. Humanitaténe erga illos ampliùs vtendum eſt, conceſſaque impunitate, perditorum ciuium malignitati & nefarijs conatibus parcendum, & diſſimulanter ferendum ſcelus illorum eſt, tametſi mihi actutùm extrema perpetienda forent? Magis autem conueniebat, vt nudus à cruentis ciuibus miſeram cædem ſuſtinerem, eosq; qui mihi fuerunt chariſſimi, coràm crudeliter peremptos perire cernerem? An verò talia hominis fuiſſent nimiùm inſenſati, ſed conſentaneum erat generoſiori, viróque digniore cogitatione animo concepta, hominisque prudentis & iniuriâ affecti, iracundia ſuſcepta illos proſequi: mihi verò ipſe è præſentibus periculis emerſo in poſterum ſecuritatem præpararem? Hæc ſat ſcio mihi facienda ſuaſiſſetis. Quid ergo ego poſt hæc feci, qui accerſitis reis atque noxijs, & conceſſa illis fandi atque reſpondendi copia, & adductis ar-

ταδοὺς αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἐλέγχους παραγαγὼν, καὶ σαφῶς ἐξελέγξας ἕκαστα, ἐπεὶ μηδ' αὐτοὶ ἔτι ἔξαρνοι ἦσαν, ἠμυνόμην ἀγανακτῶν τὸ πλέον, οὐχ ὅτι ἐπεβεβουλεύμην, ἀλλ' ὅτι μὴ εἰάθην ἐπ' αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ πεταιρέσει μεῖναι, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμην. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, φυλάττων μὲν ἐμαυτὸν διατελῶ, ἐκείνων δὲ τοὺς ἀεὶ ἐπιβουλεύοντάς μοι κολάζων, εἶθ' οἱ ἄνθρωποι ἐμὲ τῆς ὠμότητος αἰτιῶνται, οὐκ ἔτι λογιζόμενοι, παρὰ ποτέρου ἡμῶν ἢν ἡ πρώτη τούτων ἀρχή. συνελόντου δὲ τὰν μέσω, καὶ ἐφ' οἷς ἐκολάζοντο, τὰς τιμωρίας αὐτὰς ᾐτιῶντο, καὶ τὰς δοκούσας ἐν αὐταῖς ὠμότητας. ὅμοιον ὡς εἴ τις παρ' ὑμῖν ἱερόσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτούμενον, ἃ μὲν ἐτόλ-

gumentis, singulisque diligenter & accuratè exploratis atq; conuictis, posteaquam nihil amplius inficiari poterant, meritum de illis sumpsi supplicium, vehementer excandescens, non quòd mihi perniciem machinati fuerant, sed quòd in illo proposito me permanere non siuissent, quod ab initio prosequendum mihi constitueram? Et iam ab illo tempore me ipse comitatu satellitum stipatum custodire non desino, atque ex illis quotquot ex occulto insidiosè me petiuerint, supplicio afficere pergo. Deinde homines crudelitatis me accusant, non valde reputantes ab vtro nostrûm primum huius mali initium subintroductum sit: ea quæ in medio euenêre, & quam ob rem de ciuibus nefarijs sumptum sit supplicium, negligenter complectentes: pœnas tamen sceleritatis ciuibus irrogatas, in crimen vocant, easq; quæ sibi in illis excruciandis committi visæ sunt crudelitates. Non dissimile factum, si quis apud vos sacrilegum quendam præcipitio mulctatum vidisset, cæterûm quæ nefariè

ἐτόλμησε, μὴ λογίζοιτο, ὡς νύκτωρ ἐς τὸ ἱερὸν παρῆλθε, καὶ κατέσπασε τὰ ἀναθήματα, καὶ τοῦ ξοάνου ἥψατο, κατηγοροίη δ' ὑμῶν πολλὴν τὴν ἀγριότητα, ὅτι Ἑλληνές τε, καὶ ἱεροὶ εἶναι λέγοντες, ὑπεμείνατε ἄνθρωπον Ἕλληνα, πλησίον τοῦ ἱεροῦ (καὶ γὰρ οὐ παῦνυ πόῤῥω τῆς πόλεως εἶναι λέγεται ἡ πέτρα) κολάσει τοιαύτῃ πρεβαλεῖν. ἀλλ' οἶμαι, αὐτοί τε γελάσεσθαι, ἢν ταῦτα λέγῃ τις καθ' ὑμῶν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπαινέσονται ὑμῶν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβούντων ὠμότητα. τὸ δ' ὅλον, οἱ δῆμοι οὐκ ἐξετάζοντες, ὁποῖός τις ὁ τοῖς πράγμασιν ἐφεστώς ἐστιν, εἴτε δίκαιος, εἴτ' ἄδικος αὐτὸ ἁπλῶς τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα μισοῦσι, καὶ τὴν τύραννον. κἂν Αἰακὸς ἢ Μίνως ἢ Ῥαδάμανθυς ᾖ, ὁμοίως ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι, τοὺς μὲν πονη-

nefariè designasset, non reputaret, quemadmodum noctu in templum ingressus, sublatis furtim preciosissimis quibusq; donarijs, fanum religiosissimum impiè depeculatus esset, ac etiam statuis manus sceleratas admouisset, magnæ tandem crudelitatis vos accusaret, quòd cùm & Græci & sancti esse perhibeamini, supplicio affecissetis hominem Græcum prope templum. Etenim non ita procul ab vrbe fertur esse petra huic destinata supplicio. At vos, vt opinor, eiusmodi hominis stoliditatem risu prosequuturi essetis, si quis hæc aduersus vos dicere auderet: alij autem omnes vestram aduersus impios maleficos crudelitatem collaudabunt. In summa populi non perpendentes qualisnam ille sit qui rebus imperio præest, siue iustus, siue iniustus, simpliciter ipsum nomen tyrannidis prosequuntur odio, ipsiq; tyranno extremè infensi sunt, & tametsi Aeacus aut Minos aut Rhadamantus principatum gesserit, omnes tamen ex æquo è medio tollere approperant, malos illorum

πονηροὺς αὐτῶν, πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, τοὺς δὲ χρηστοὺς τῇ κοινωνίᾳ τῆς προσηγορίας, τῷ ὁμοίῳ μίσει συμπεριλαμβάνοντες. ἔγωγ' οὖν ἀκούω, καὶ παρ' ὑμῖν τοῖς Ἕλλησι πολλοὺς γενέσθαι τυράννους σοφοὺς, ἐπὶ φαύλῳ ὀνόματι δοκοῦντι, χρηστὸν καὶ ἥμερον ἦθος ἐπιδεδειγμένους, ὧν ἐνίων καὶ λόγους εἶναι βραχεῖς, ἐν τοῖς ἱερῷ ὑμῶν ἀπκειμένους, ἀγάλματα καὶ ἀναθήματα τοῦ Πυθίου. ὁρᾶτε δὲ καὶ τοὺς νομοθέτας, τοῦ κολαστικῷ εἴδη τὸ πλέον νέμοντας, ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ φόβος προσείη, καὶ ἐλπὶς τῆς κολάσεως. ἡμῖν δὲ τοῦτο πολλῷ ἀναγκαιότερον τοῖς τυράννοις, ὅσῳ πρὸς ἀνάγκην ἐξηγούμεθα, καὶ μιτοῦσί τε ἅμα καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἀνθρώποις σύνεσμεν, ὅπου

ante oculos sibi proponentes, bonos verò communi accusationi innocenter obnoxios eodem odio complectentes. Cæterùm audio apud vos quoque in Græcia multos fuisse tyrannos sapientes, qui sub hoc vitioso (vt videtur) nomine commodos & mansuetos omnibus sese vtendos præbuerint: è quorum numero nonnullorum orationes quoque breues & succinctæ in delubro vestro vnà cum statutis ac muneribus Pythio repositæ continentur. Respicite autem ad legum scriptores etiam irrogandarum pœnarum rationi & consuetudini plurimùm tribuentes, quasi cæterarum rerum nulla expectanda sit vtilitas, nisi metus malefactoribus esset propositus, ac certa spes constituta luendi pro flagitijs supplicij. Cæterùm nobis tyrannis in hoc longè maior imposita est necessitas, qui cæteris necessariò præsumus, quique communem cum nobis odiosè inuidentibus, tum necem machinantibus consuetudinem agimus, vbi ne personati quidem vllam securitatis

που μηδὲ τῶν μορμολυκείων ὄφελός τι ἡμῖν γίγνεται, ἀλλὰ ὥσπερ ἡ τῆς Ὕδρας μῦθος τὸ πρᾶγμ' ἔοικεν· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐκκόπτωμεν, τὸ σῶμα πλείους ἡμῖν ἀναφύονται ζοῦ Ἰολάου ἀφορμαί. φέρε δ' ἀνάγκη, καὶ τὸ ἀναφυόμενον ἐκκόπτειν ἀεὶ, καὶ ἐπικαίειν νὴ Δία, κατὰ τὸν Ἰόλαον, ἃ μέντοι γε ἐπικρατήσειν· τὸν γὰρ ἅπαξ εἰς τὰ ζωῦτα ἐμπεσεῖν ἀναγκασμένον, ὅμοιον καὶ τῇ καθέσει καὶ αὐτὸν εἶναι, ἢ φειδόμενον τῶν πλησίον, ἀπολωλέναι, ὅλως δὲ, τίνα οἴεσθαι οὕτως ἄγριον, ἢ ἀνήμερον ἄνθρωπον εἶναι, ὡς ἥδεσθαι μαστιγοῦντα καὶ οἰμωγῶν ἀκούοντα, καὶ σφαττομένους ὁρῶντα, ἃ μὴ ἔχοι τινὰ μιᾷ πλὴν τὸ Ἰολάου ἀτίαν; πόσακις γοῦν ἐλάκρυσα μαστιγουμένων ἄλλων; πόσακις δὲ θρηνεῖν, καὶ ὀδύρεσθαι πλὴν ἐμαυτῶ

curitatis vtilitatem sentimus, sed omnis nostra res perinde vt fabula, quæ de Hydra fertur, se habet. Quantò enim plures præciderimus, tantò plures nobis puniendi occasiones suppullulant. Est autem operæprecium, vt ista feramus, ac capita subinde recrescentia semper recidamus, & per Iouem iuxta Iolai institutum, igne quoque absumamus, si salui rerum potiri cupimus. Etenim eum qui necessitate coactus semel in hæc inciderit, & ipsum materiæ non dissimilem esse necesse est, aut sceleratis ciuibus parcentem, perire funditùs. In summa, quem putatis vsqueadeò mentis esse agrestis, efferatæq; immanitatis hominem, cui voluptati sit alios flagellis cædere, aut cruciatorum audire gemitus, aut cædes & carnificinas spectare, nisi vehementem infligendarum pœnarum causam haberet? Quoties igitur dum alij flagris cæderentur, lachrymatus sum? Quoties autem meam ipsius fortunam lugere ac deplorare cogor,

ἐμαυτοῦ τύχην ἀναγκαίζομαι, μείζω κόλασιν αὐτὸς, καὶ χρονιωτέραν ὑπομένων; ἀνδρὶ γὰρ φύσει μὲν ἀγαθῷ, διὰ δὲ ἀναγκὴν πικρῷ, πολὺ τοῦ κολαζεσθαι τὸ κολάζειν χαλεπώτερον. εἰ δὲ δεῖ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ἐγὼ μὲν, εἰ αἵρεσίς μοι πρετεθείη πότερα βούλομαι, κολάζειν τινὰς ἀδίκως, ἢ αὐτὸς ἀποθανεῖν, εὖ ἴστε, ὡς οὐδὲν μελλήσας, ἑλοίμην ἂν τεθνᾶναι μᾶλλον, ἢ μηδὲν ἀδικοῦντας κολάζειν. εἰ δέ τις φαίη, βούλει, ὦ Φαλᾶρι, αὐτὸς τεθνᾶναι ἀδίκως, ἢ δικαίως κολάζειν τοὺς ἐπιβούλους, τοῦτο βουλοίμην ἄν. αὖθις γὰρ ὑμᾶς, ὦ Δελφοὶ, συμβούλους καλῶ, πότερον ἄμεινον εἶναι, ἀδίκως ἀποθανεῖν, ἢ ἀδίκως σώζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα. οὐδεὶς οὕτως, οἶμαι, ἀνόητός ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν πρετιμήσειε ζῆν μᾶλλον, ἢ σώζων τοὺς ἐχθροὺς, ἀπολωλέναι. καί

grauius ego supplicium & diuturnius sufferens? [a] *Etenim viro natura bono, necessitate autem sæuo & amarulento, multa durius est de alijs sumere, quàm de se sumi supplicium. Si verò liberè quod sentio proferendum est, ego profectò, si mihi daretur optio, vtrum velim nonnullos innocenter punire, an me ipsum potiùs mortem oppetere: planè persuasum habete, quòd nihil cunctatus mori potiùs eligerem, quàm homines nihil mali præter æquum commeritos, supplicio afficere. Dixerit verò aliquis: Præoptas potiùs, ô Phalari, ipse iniustè interire, quàm iustis ex causis pœna affligere insidiatores? Velim profectò hoc. Rursus enim vos Delphos in consilium voco, vtrum præstabilius esse putatis, iniusta morte oppetere, an iniustè seruare eum qui exitium machinatus sit? Nemo, vt opinor, adeò vecors est, & egens animi, qui non viuere potiùs præeligat, quàm seruatis hostibus interire.*

Et

καί τοι πόσους ἐγὼ καὶ τῶν ἐπιχειρησάντων μοι, καὶ φανβῶς ἐληλεγμένων, ὅμως ἔσωσα; οἷον Ακανθον τουτονὶ, καὶ Τιμοκράτην, καὶ Λεωγόραν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, παλαιᾶς συνηθείας τῆς πρὸς αὐτοὺς μνημονεύσας. ὅταν δὲ βουληθῆτε τοὐμὸν εἰδέναι, τοὺς εἰσφοιτῶντας εἰς Ακράγαντα ξένους ἐρωτήσατε, ὁποῖος ἐγὼ πρὶ αὐτούς εἰμι, καὶ εἰ φιλανθρώπως προσφέρομαι τοῖς καταίρουσιν· ὅς γε καὶ σκοποὺς ἐπὶ τῶν λιμένων ἔχω, καὶ πευθῆνας, τίνου, καὶ ὅθεν καταπεπλεύκασιν, ὡς κατ' ἀξίαν τιμῶν, ἀπρέμποιμι αὐτούς. ἔνιοι δὲ καὶ ἐξεπίτηδεν φοιτῶσι παρ' ἐμὲ, οἱ σοφώτατοι τῶν Ελλήνων, καὶ οὐ φεύγουσι τὴν συνουσίαν τὴν ἐμήν. ὥσπερ ἀμέλει καὶ πρώην ὁ σοφὸς Πυθαγόρας ἧκεν εἰς ἡμᾶς, ἀλλὰ μὴ ὑπὲρ ἐμοῦ ἀκηκοὼς, ἐπεὶ δ' ἐπειράθη, ἀπῆλθεν

Et quòtnam ego ex ijs qui manus mihi admouere conati sunt, seruaui, (quorum de numero est Acanthus ille cum Timocrate & Leogora) veteris quæ mihi cum illis fuit consuetudinis & amicitiæ recordatus? Cæterùm si ita vester fert animus, atque adeò vobis cordi est meos mores nosse propiùs, eos qui in Acraganta frequenter commeant hospites interrogate, cuiusmodi ego me erga illos gerere soleam, aut ostendere, & num humanum & liberalem me præbeam accedentibus, qui exploratores etiam in portis constitutos habeo, neque nõ auditores, quinam & vnde nauigârint, vt certior factus, pro dignitate honorem habens dimittam illos. Nonnulli quoq; studiosè & sua sponte me visunt, Græcorum quidem sapientissimi, neque nostram conuersationem respuunt, aut subterfugiunt: quemadmodum nuper sapiens ille Pythagoras ad me venit, cùm longè alia de fama mea inaudisset. Postea verò quàm omnia secus se

θεν ἐπαινῶν με τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐλεῶν τῆς ἀναγκαίας ὠμότητος. εἶτα οἴεσθαι, τὸν πρὸς τοὺς ὀθνείους φιλάνθρωπον οὕτως, ἀδίκως τοῖς οἰκείοις προσφέρεσθαι, εἰ μή τι διαφερόντως ἠδίκητο; ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ ἐμαυτῆς ἀπολελόγημαι ὑμῖν, ἀληθῆ καὶ δίκαια, καὶ ἐπαίνου μᾶλλον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ἢ μίσους ἄξια. ὑπὲρ δὲ τοῦ ἀναθήματος, καιρὸς ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅθεν, καὶ ὅπως τὸν ταῦρον τῆτον ἐκτησαίμην, οὐκ ἐκδοὺς αὐτὸς τῶν ἀνδριαντοποιῷ· μὴ γὰρ οὕτω μανείην, ὡς τοιούτων ἐπιθυμῆσαι κτημάτων. ἀλλὰ Πβίλαος ἦν τις ἡμεδαπὸς, χαλκεὺς μὲν ἀγαθὸς, πονηρὸς δὲ ἄνθρωπος· οὗτος πάμπολυ τῆς ἐμῆς γνώμης διημαρτηκὼς, ᾤετο χαριεῖσθαί μοι, εἰ καινήν τινα κόλασιν ἐπινοήσειεν, ὡς ἐξ ἅπαντος

cus se habere comperit, discessit collaudans me inscitiæ: ob crudelitatem verò necessariò mihi exercendam mei miserescens. Postremò putatisne eum qui erga peregrinos tam humano affectus est animo, aduersus domesticos tantam exercere iniustitiam, nisi præter modum iniuria afficeretur? Hæc ferè sunt quibus me vobis abundè purgatum esse opinor, vera profectò & iusta, ac multò magis laude, vt ego mihi persuadeo, quàm odio digna. Sedenim de misso donario iam tempus est, vt audiatis vndénam & qua ratione taurum hunc possederim, statuarij opera non locata. Neque enim tam dementis sum animi, vt tales possessiones mihi desiderandas esse putem. Sed erat quidam Perilaus nostratis gentis homo, egregius quidem & ingeniosus artifex, cæterùm naturâ malus & improbus. Ille tota via cùm à sententia mea aberrasset, putauit se mihi rem admodum gratam facturũ, si nouum quoddam supplicij genus excogitasset, quasi præ omnibus rebus præcipuam in sumendis

πάντ' ἂν ἡσθείην ἐπιθυμοῦντι καὶ ἀπασκευάζοντος τὸν βοῦν ἤκειν μοι δοκοῦντα, καλλιστον ἰδεῖν, καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατα ζῶν ἀπεικασμένον. μιμήσεως γὰρ αὐτῷ, καὶ μυκήματος ἴσως μόνον πρὸς τὸ μὴ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. ἴσως δὲ, ἀνιέραγον ἂν θύσ· ἄξιον τὸ ἔπαθλον τοῦ Πυθίου, φημὶ, καὶ ὁ ταῦρος ὡς θεῷ· ὁ δὲ Περίλαος ἅμα εἰσῆει, τί δ' ἂ μάθοις, ἔφην, τὸν θρίαμβον, τὸν ἐν αὐτῷ, καὶ τὸν κριὸν τὸν παρεσκευασμένον; καὶ ἀνοίξας ἅμα τὸν ταῦρον, κατὰ τὰ νῶτα, ἵν' τινα, ἔφη, δοκάζειν ἐθέλῃς, ἐμβιβάσας ἐς τὸ μηχάνημα τοῦτο, καὶ κατακλείσας, πεισθήναι μὴ ζῶν αὐτὸς τόσδε πρὸς ζῶν μυκήσασθαι βοός, ὧν δ' ἐποκαίειν κελεύεις, καὶ ὁ μὴ οἰμώξεται, καὶ βοήσεται, ἀλύκτοις τοῖς ὀδύναις ἐχόμενος. καὶ βοὴν, ὅσην ἂν αὐτῶν μέλλῃ σοι ἀρτιλίσεσθαι εἴα λιγυρώτατα, καὶ ἐπαυλήσεσθαι θρηνώδη, καὶ μυκήσεται γοερὸν

mendis supplicijs voluptatem cupientissimè caperem. Iam verò boue fabricato ad me venit ferens illum, aspectu sanè pulcherrimum, atque accuratissimè ad veri bouis imaginem expressum. Tantum illi motus & mugitus deerant, quò minus viuus esse putaretur. Viso autem illo, statim exclamabam: Dignum munus Pythio, mittendus est hic taurus Apollini. Porrò Perilaus assistens: Quid si, inquit, sapientiam quæ in illo est, perdisceres, ac vsum cui præbendo formatus est? Et cum dicto taurum per dorsum aperuit. Si quem, inquit, cruciatibus torquere volueris, conjecto illo in machinam, ac dorso iterum concluso, hasce tibias naribus bouis admotas accommoda: ignem autem succendere iubeas: ac ille quidem incluſus plorabit vociferabiturq; inusitatis & ineffugibilibus detentus doloribus, cæterùm vociferatio per tibias cantum tibi absoluet nimium stridulum, & lugubre quiddam modulabitur: quin

γοιρώταζον, ὡς τὴ μολάξιοθαι σὲ τίρπιοθαι, μιταξὺ ματαπέμψον. ἐγὼ δὲ ὡς τῦτ' ἤκω & ἐμυσάχθων τῶν μακομμηχανίαν τῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν ἐποίνοιαν ἐμίσησ & τῦ ματαςκευάσμα & τ, καὶ οἰκείαν αὐτῶ τιμωρίαν ἐπέθηκα. ἡ ἄγε δὴ, ἔφων, ὦ Περίλαε, ἃ μὲν ἰσχνὴ ἄκνως ὑπόσχισις ταῦτά ὄτι, δεῖξον ὑμῖν, αὐτὸς εἰσελθὼν, τῶν ἀληθειαν τ τίχνης, ἡ μίμησαι τὸς βοῶντας, ἵν' εἰδῶμεν, εἰ ἡ, ἃ φὴς, μέλη ἐκ τῶν αὐλῶν φθέγγε & αι. πάθε & αι μὴ τὸ ὄις ὁ Περίλαος. ἐγὼ δὲ, ἐπεὶ ἔνδον ἐῶ, ματακλάσ & ας αὐ & τὸν, πῦρ ὑφάπτων ἐκέλευον. ἀναλάμβανε, εἶπον, τὸν ἄξιον μισθὸν τῆς θαυμασῆς σε τίχνης, ἵν' ὁ διδάσκαλος & τῆς μουσικῆς πρῶτος & αὐτὸν αὐλῇς. καὶ ὁ μὴ δίκαια ἔπασχεν, ἀναλώων τ αὐτῦ ἀνημμηχανίας. ἐγὼ δὲ ἔῶντα, καὶ ἔτι ἔμπνουν ὄντα τὸν ἄνδρα, ἐξαριθμῶσα μικρὸς, ὡς μὲ μιάνει

quinetiam insuper mugitus ciebit tristissimos, ita vt ille inter modulandum tormentis crucietur: tu verò singulari voluptate afficiaris. Porrò ego his auditis crudelem machinã extremè auersatus sum, & immanem illã instrumenti indolem prorsus respui, conueniensq; & debitum illi supplicium imposui. Et age, inquam, ô Perilaë, ne vana videatur esse tua promissio, ipse nobis in taurum ingressus, veram artis tuæ industriam comprobato, ac vociferantes imitare, vt certò cognoscam num ea quæ iactas carmina per tibias cantata exaudiantur. Perilaus nihil cunctatus his dictis promptè obtemperat. Ego autem postquam ingressus est, concluso tauro, ignem iussi succendere. Recipe, dixi, debitum arti tuæ tam admirandæ præmium, vt magister musices ipse primus omnium canas. Ac ille enimuerò iustissima passus est, sua ipsius excellenti fruens industria. Porrò autem ego vicentem, & adhuc semiuiuum spirantem iussi eximere, ne si immo-

μιάνειε τὸ ἔργον ἐναποθανών· ἐκεῖνον μὲν ἄταφον κατὰ κρημνῶν ῥίπτειν ἐκέλευσα· καθάρας δὲ τὸν βοῦν, ἀπέπεμψα ὑμῖν, ἀνατεθησόμενον τῷ θεῷ, καὶ ἐπιγράψαι γε ἐπ' αὐτῷ ἐκέλευσα τὴν πᾶσαν διήγησιν, τοῦ ἀνατιθέντος ἐμοῦ τοὔνομα, τὸν τεχνίτην τὸν Περίλαον, τὴν ἐπίνοιαν τὴν ἐκείνου, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐμὴν, τὴν πρέπουσαν τιμωρίαν, τὰ τοῦ σφοῦ χαλκέως μέλη, τὴν πρώτην πεῖραν τῆς μουσικῆς. ὑμεῖς δὲ, ὦ Δελφοὶ, δίκαια ποιήσετε· θύσαντες μὲν ὑπὲρ ἐμοῦ μετὰ τῶν πρέσβεων, ἀναθέντες δὲ τὸν ταῦρον ἐν καλῷ τοῦ ἱεροῦ, ὡς πάντες εἰδεῖεν, οἷος ἐγὼ πρὸς τοὺς πονηρούς εἰμι, καὶ ὅπως ἀμύνομαι τὰς πρὶ τὰς ἐς κακίαν ἐπιθυμίας αὐτ. ἱκανὸν γοῦν καὶ τοῦτο μόνον, δηλῶσαί μου τὸν τρόπον, Περίλαος κολασθεὶς, καὶ ὁ ταῦρος ἀνατεθεὶς, καὶ μηκέτι φυλα-

immoreretur, nece sua opus contaminatum impiaret: illum inhumatum per scopulos præcipitari imperaui. Taurum verò piaculis mundatum, deo dedicandum legaui, omnemq́; de illo historiam iussi adscribere, dedicantis mei nomen, Perilaum artificem illius, immanem sententiam, meam in puniendis maleficis æquitatem, conueniens supplicium, primos artificis concentus & modulationes, prætereà primam musices experientiam. Vos autem, Delphi, iustè facietis si pro me vnà cum legatis sacra feceritis, taurumq́; deo in eleganti delubro dedicaueritis, vt omnibus perspicuum fiat, quo ego aduersus criminosos sim animo, tum qua acerbitate vlcisci soleam superuacuas illorum ad perpetrandam malitiam cupiditates. Itaque hoc ipso solo facto satis superq́; quibus moribus præditus sim, manifestatum est, Perilao supplicijs affecto, ac tauro dedicato, neque ampliùs

ad

φυλαχθεὶς πρὸς ἄλλων κολα=
ζομένων αὐλήματα, μηδὲ με-
λωδήσας ἄλλο ἔτι, πλὴν μόνα
τὰ τοῦ τεχνίτου μυκήματα. καὶ
ὅτι ἐν μόνῳ αὐτῷ καὶ πεῖραν
ἔλαβον τοῦς τέχνης, καὶ κατέ=
παυσα τὴν ἄμουσον ἐκείνην
καὶ ἀπανθρωπον ᾠδήν. καὶ
τὰ μὲν παρόντα ταῦτα παρ'
ἐμοῦ τῷ θεῷ, ἀναθήσω δὲ καὶ
ἄλλα πολλάκις, ἐπειδάν μοι
πρᾶσχῃ μηκέτι δεῖσθαι κο-
λάσεων. ταῦτα μὲν, ὦ Δελ-
φοὶ, τὰ παρὰ τοῦ Φαλάριδος,
ἀληθῆ πάντα, καὶ οἷα ἐπρά-
χθη ἕκαστα. καὶ δίκαιοι ἂν
εἴημεν πιστεύεσθαι ὑφ' ὑμῶν,
μαρτυροῦντες, ὡς ἂν καὶ εἰ-
δότες, καὶ μηδεμίαν τοῦ ψεύδε-
σθαι νῦν αἰτίαν ἔχοντες. εἰ δὲ
δεῖ καὶ δεηθῆναι ὑπὲρ ἀνδρὸς
μάτην πονηροῦ δοκοῦντος, καὶ
ἄκοντος κολάζειν ἠναγκα-
σμένου, ἱκετεύομεν ὑμᾶς ἡ-
μεῖς οἱ Ακραγαντῖνοι, Ελλη-
νες

ad aliorum torquendorum musicam reseruato, quem nihil aliud modulatum esse pro certo affirmo, præterquam solos mugitus artificis: quòdque in solo ipso artis periculum fecerim, ac statim barbaram illam & inhumanam musicam compescuerim. Atque hæc quidem in præsens Deo offerre libuit. Dedicabo verò illi & alia sæpenumerò, vbi tantùm illius munificentia consecutus fuero, vt ampliùs pœnarum acerbitate erga noxios non egeam. Hæc equidem, ô Delphi, quemadmodum à Phalaride facta sunt, singula quàmverissimè percensuimus. Iusti verò vtique habendi simus, si fidem vobis facientes, veritatis testimonium illi præstiterimus: quippe qui harum rerum non imprudentes, nullam nunc mentiendi occasionem aut causam habeamus. Quòd si quoque necesse est pro viro nos esse supplices, quem falsò multi suspicantur esse improbum, quippe qui inuitus & coactus in malos animaduertit: supplicamus vobis nos Acragantini, qui & Græci su-

νὲς τε ὄντου, καὶ τὸ ἀρχαῖον Δωριεῖς, προσήσεσθαι τὴν ἄνδρα, φίλον εἶναι ἐθέλοντα, καὶ πολλὰ καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ὑμῶν εὖ ποιοῦσαι ὡρμημένον. λάβετε οὖν αὐτοὶ τὸν ταῦρον, καὶ ἀνάθετε, καὶ εὔξασθε ὑπὲρ τε τῆς Ἀκράγαντος, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Φαλάριδος. καὶ μήτε ἡμᾶς ἀπράκτους ἀπέπεμψητε, μήτ' ἐκεῖνον ὑβρίσητε, μήτε τὸν θεὸν ἀπερρήσητε καλλίστου τε ἅμα καὶ δικαιοτάτου ἀναθήματος.

ci sumus, & ex antiquo Dores, complectamini humanitate vestra virum amicitiam vobiscum iungere cupientē, ac eum qui multùm & publicè & priuatim vnicuique vestrûm benefacere & prodesse studeat. Assumite igitur vos ipsi taurū, deoq; dedicatum offerte, ac pro Acragante ipsiusq; Phalaridis salute precantes, vota facite. Et nolite nos infecta legatione dimittere, ne & illū contumelia afficiatis, eademq; opera Deum elegantissimo iuxtà ac iustissimo munere priuetis.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM EIVSDEM.

PHalaris Astyalensis tyrannus Siculus fuit, cui Perillus taurum æneum conflauit, quo nouum haberet miseros torquendi genus. In quem tamen ipse autor inclusus, subiecto igni primus (vt decuit) artificij sui verum experimentum præbuit, mugitumq; pro humana voce moriens dedit. Phalaris postea taurum Delphos misisse legitur, vt Phœbo dicatus, in eius templo reponeretur, monumentum simul futurum & artis exquisitissimæ, & inuenti crudelissimi, & pœnæ meritò in autorem retortæ. Verùm Delphi munus vt à tyranno missum repudiârunt. Hisce verò duabus Luciani orationibus Phalaridis legati taurum Delphis principibus commendare satagunt. Historiam scribunt Orosius lib. 1. cap. 20. Sa-

bell. lib. 4. Ennead. 2. Huius taurus nobilitatus est ab omni autorum genere. Facit quoq; huius mentionem Augustin. ad Maced. de Vera felicitate. Cic. Tusc. quæst. 2. Seneca de Ira & Clemētia lib. 2. cap. 4. Pindarus Ode 1. Pyth. Persius Satyra. 3. Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit—. idem lib. 3. Tristium:
Quiq; bouem Siculo fertur donasse tyranno.

item lib. 5. ibidem:

Vtq; dedit iustas tauri fabricator aheni.

Postremò meminit quoq; eius Pontanus, videlicet:

—*clausus boue mugit aheno*
Infelix faber—.

a ETENIM viro natura bono.] *Viro bono natura nihil æquè aduersum, quàm pœnas sumere de merentibus.*

ΦΑΛΑΡΙΣ Β. *PHALARIS II.*

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

DEclamatio breuis, sed arguta est, qua ex Delphicis sacerdotibus quidam suadere fingitur, quò donum Phalaridis de quo in superiore oratione agitur, in templum recipiatur, ac Deo consecretur. Genus causæ deliberatiuum est, status negocialis. Exordium habet densum, vt in quo vna ferè periodo & suspiciones eas quibus fauore aliquo adductꝰ aut aliàs corruptus ad suadendum accessisse videri poterat, à se remouet, & sola beneuolentia studioq; communis vtilitatis ad dicendū se progressum esse docet: deinde & dociles & attentos eadem breuitate facit. Post exordium Propositio sequitur. Hanc confirmat primùm ex locis honestatis, ostendens impium, ac propè sacrilegum fore, si donum hoc à templo excludatur: neque enim quenquam posthac quicquam oblaturum esse, & deum suis sacris ac debito cultu priuatum iri. Deinde contra voluntatem ipsius Dei esse, vt qui certis indicijs ac signis declarârit gratam

istam

istam legationem sibi esse. Hinc quod de crudelitate tyranni obijciebatur, diluit, confutatis testimonijs à conditione personæ, & incertitudine: & contrà ab officio admonet, vt sacra magis procurent, & deo operentur potiùs, quàm iudicijs vacent. Posthæc ad locum vtilitatis transit, docetque contra communem vtilitatem fore, si dona excludantur. Nam ex his omnem prouentum esse Delphorum, & omnem item famā & gloriam. Denique nullo veterum exemplo hoc fieri. Et si maximè in deliberationem hanc rem vocare velint, officio eos vti debere iustè ac liberè iudicantium, non ex affectu aliquo rem æstimare. Peroratio repetitione argumentorum, cum admonitione eorum incommodorum quæ ex hac re consecutura sint, & quòd nihil temerè innouandum sit, perficitur.

Ο Υτε Ακραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, πρόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος, οὔτ' ἄλλην ἔχων πρὸς αὐτὸν ἢ εὐνοίας ἰδίαν αἰτίαν, ἢ μελλούσης φιλίας ἐλπίδα, τῶν δὲ πρέσβεων ἀκούσας τῶν ἡκόντων παρ' αὐτοῦ, ἐπιεικοῦ καὶ μέτρια διεξιόντων, καὶ τὸ εὐσεβὲς ἅμα, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον, καὶ μάλιστα τὸ Δελφοῖς πρέπον προρώμενος, ἀνέστην παραινέσων ὑμῖν, μήτε

Qvum antehac nulla mihi, ô viri Delphi, neq; cum Acragantinis ciuibus hospitalitas intercessisset, neque cum ipso Phalaride priuatim vlla domesticæ familiaritatis contracta esset societas, neque aliam haberem erga illum, aut peculiarem causam sociandæ beneuolentiæ, aut olim iungendæ cum illo amicitiæ spem, tantum verò missos ab eo legatos audierim æqua & modesta perorantes, callideq; prospicerem, & quid piè à vobis fieri posset, & quid publicæ vtilitati conducibile foret, cum primis verò quid Delphis non indecorum factu futurum esset: surrexi in medium oratione mea

ὑβρίσαι ἄνδρα δυνάστην ὑπερβάντα, μήτ' ἀνάθημα ἤδη τῷ θεῷ διαθωμολογημένον ἀπαλλοτριῶσαι, καὶ ταῦτα, πρὸ τῶν μεγίστων εἰς ἀεὶ ὑπόμνημα γενησόμενον, τίσεως διαλύσεως, καὶ ἐπιβουλίας διακρίσεως, καὶ δικαίας διολάσεως· ἐγὼ μὲν ὃν καὶ τὸ ἐνδοιάσαι ὑμᾶς ὅλως περὶ τούτου, καὶ δημοσίᾳ ὑμῖν πρέπειν δοκῶ διασκέψιν, εἰ χρὴ διαχρῆσθαι τὸ ἀνάθημα, ἢ ὀπίσω αὖθις ἀφαιρεῖσθαι, ἀνόσιον ἤδη εἶναι νομίζω· μᾶλλον δὲ, οὐδ' ὑπὲρ βουλῆς ἀσεβείας ἀφειδοποιεῖναί· οὐδὲν γὰρ ἂν ἡ ἐπιβουλία τὸ πρᾶγμά σου, μᾶλλον τῶν ἔργων χαλεπωτέρα, καὶ ὅσον τὸ τὰ ἤδη ἀνατιθέντα συλᾶν, τὸ μηδὲ τὸν ἀρχὴν τοῖς ἀνατιθέναι βουλομένοις ἐπιτρέπειν, ἀσεβέστερον. δέομαι δὲ ὑμῶν Δελφοὺς καὶ αὐτοὺς ὄντας, καὶ τὸ ἴσον μετέχον

vos cohortaturus ne & virum principem, & pie agentem, contumelia temere afficeretis: neque munus ipsum quod Deo iam destinatum est, à vobis alienaretis: præsertim trium maximarum rerum perpetuò monimentum futurum, artis præstantissimæ, cogitationis crudelissimæ, & iusti supplicij. Itaque ego, quòd & in incerto habetis quid hac de re statuendum sit, quódque magistratus deliberandum vobis proposuerint num munus suscipiendum, an iterum retrò ablegandum sit, parum religiosum esse arbitror. Multò autem potiùs impietati nullum modum relinquetis: neque enim aliud hæc res erit, quàm nefarium sacrilegium, quòd turpitudine sua omnia longè

late{que} excedit flagitia. Nec minus impium erit factu, Deo donaria dedicare volentibus, ne facultatem quidem offerendorum munerum concedere, quàm ea quæ Deus iam oblata posidet, depeculari. Precor autem vos, cùm & ego unus sim è Delphorum numero, ac ex æquo publicæ glo-

riæ pars

ἴχομ᾽ ἔτι δυμοσίᾳ ἀκηλέας, εἰ φυλάττοιτο καὶ τῆς ἐναντίας δόξης, εἰ ἐκ τῶν παρόντων πεσχγόιτο, μήτ᾽ ἀρχαίαν τὸ ἱερὸν τοῖς ἀνοσιβέσι, μήτε πᾶσι πόλει πᾶς ἅπαντας ἀνθρώπους ἁμαρτάνειν, ὡς τὰ πιμπόμενα ὑπ᾽ ἐμοῦ συκοφαντῆσαν, καὶ ψήφῳ καὶ δικαστηρίῳ δοκιμάσασαν τὰς ἀνατιθεμένας· οὐδὲν γὰρ ἔτι ἀναθεῖναι τολμήσαιεν ἄν, εἰ δῶς ὁ πᾶς φησόμενον τὸν θεὸν ὅ, τι ἂν μὴ πρότερον Δελφοῖς δοκῇ. ὁ μὲν ὖν Πύθιος τῇ δικαίᾳ ἡδέως προσεδέξατο τὸ ἀναθήματος ψῆφον λύσιτελῆ. εἰ γὰρ ἐμίσει τὸν Φάλαριν, ἢ τὸ δῶρον αὐτὸ ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτὸ, μετὰ τῆς ἀγόσης ὁλκάδος. ὁ δὲ νῦν τἐναντίον ἐν ὀφθαλμοῖς τι διαπεπραγθῶαι, ὥς φασι, παρέσχεν αὐτοῖς καὶ σῶς ἐς

riæ particeps, si conseruata fuerit: tum diuersæ opinioni obnoxius, si quid in præsens aduersus existimationem nostram perperam admissum fuerit, ne templum obseretis pijs & religiosis hominibus, neque ciuitatem nostram omnium mortalium contumeliæ atque calumnijs traducendam obijciatis, quasi ea quæ Deo offerenda mittuntur, sycophantijs illudentem, calculisq; & iudicio donaria dedicantes rectificantem. Si quidem nemo quicquã posthac muneris offerre audebit, certior factus, Deum nulla beneuolentia susceptурum, quod priùs Delphis non visum sit probabile. Proinde Pythius iam antè non iniquam de misso donario tulit sententiam. Si enim aut Phalarim odio haberet, aut eius munus contemptim auersaretur, facilè ac promptum illi fuerat illud vnà cum naui oneraria, qua allatum est, in medijs Ionij maris fluctibus submergere. Iam verò ille à vestra sententia longè lateq; dissentit, cùm & sereno cœlo illis Ionium traijcere præstitit (quemadmodum ipsi testificantur) ac

σῶς ἐς τὴν Κίῤῥαν κατᾶραι, ᾧ καὶ δῆλον ὅτι πεσίεται τὴν τοῦ μονάρχου εὐσέβειαν. χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ψηφισαμένους, πεσθεῖναι καὶ τὸν ταῦρον τουτονὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τοῦ ἱεροῦ. ἐπεὶ πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον, πέμψαντά τινα μεγαλοπρεπὲς ὅτω δῶρον θεῷ, τὴν καταδικάζουσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ψῆφον λαβεῖν, καὶ μισθὸν κομίσασθαι τοῦς εὐσεβείας, τὸ κεκρίσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος. ὁ μὲν οὖν τἀναντία μοι ἐγνωκὼς, καθάπερ ἐκ τοῦ Ακράγαντος ἄρτι καταπεπλευκὼς, σφαγάς τινας, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ ἐπαγωγὰς ἐτραγῴδει τοῦ τυράννου, μόνον οὐκ αὐτόπτης γεγενῆσθαι λέγων, ὃν ἴσμεν οὐδ' ἄχρι τοῦ πλοίου ἀπρεδεδημηκότα. χρὴ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα μηδὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγου-

saluos in Cirram vsque pertulit: quo facto satis manifestum est [a] *monarcha pietatem sibi non improbari. Oportet autem & vos diuinæ sententiæ adiectis calculis, & hunc taurum reliquis templi ornamentis adiungere: quandoquidem hauddubiè res foret omnium absurdissima, si quis adeò magnifico & excellenti munere huc misso, uestris calculis ab ingressu templi arceretur, ac præmium impietatis auferret, videlicet indignus iudicatus qui donum offerret Apollini. Cæterùm ille cuius diuersa est à me sententia, quemadmodum ex Acragante huc delatus nauigio, cædes quaspiam & iniurias, & rapinas, & deprædationes à tyranno factas sustinuit, nimiùm tragica vociferatione extulit, dicens propemodum omnia sibi coràm visa esse oculis: quem non ignoramus, ne ad portum quidem vsque peregrè profectum esse. Non autem dissentaneum est, talia ne iis quidem omnino credere, qui ista se perpessos esse commemorant.*

διηγουμένοις· ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, οὐχ ὅπως αὐτοὺς, ἃ μὴ ἐπιστάμεθα, κατηγορεῖν. εἰ δ' οὖν τι καὶ πέπρακται τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ, τοῦτ' οὐ Δελφοῖς ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν, εἰ μὴ ἀντὶ ἱερέων ἤδη, δικασταὶ εἶναι ἀξιοῦμεν. καὶ θέον θύειν, καὶ ἄλλα θεραπεύειν τὸν θεὸν, καὶ συναναθεῖναι, εἰ πέμψειέ τις, σκοποῦντες καθήμεθα, εἴ τινες τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον δικαίως, ἢ ἀδίκως τυραννοῦνται. καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐχέτω ὅπῃ καὶ βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀναγκαῖον οἶμαι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν εἰδέναι, ὅπως τε πάλαι διέκειτο, καὶ ὅπως νῦν ἔχει, καὶ τί ποιοῦσι λῷον ἔσται. ὅτι μὲν δὴ ἐν κρημνοῖς τε οἰκοῦμεν αὐτοὶ, καὶ πέτρας γεωργοῦμεν, οὐχ Ὅμηρον χρὴ περιμένειν δηλώσοντα ἡμῖν, ἀλλ' ὁρᾷν πάρεστι ταῦτα καὶ ὅσον ἐπὶ

memorāt. Etenim nobis obscurū est num vera prædicēt, ne quo modo eos de quibus nihil certi nobis compertum est, iniustè sceleris accusemus. Quòd si tale quippiam in Sicilia quoq; peractū est, quid hac de re Delphos solicitè curiosos esse attinet, nisi pro sacerdotū officio, iudicum partes nobis præposterè vēdicemus? Et iam nobis sacrificandum erat, atq; cæteris omnibus deus colendus: ac si quis misisset donaria, ea dedicare nostri fuerat officij. Num hîc expendentes sedemus, si qui ex illis qui trans Ionium continentem incolunt, legitimè an secus administrent imperia? Atque aliorum quidem res prout ipsi voluerint, se habeant: porrò nobis pernecessarium esse opinor, ne nostra ipsorū nobis ignota sint, tum qui olim rerum nostrarum status fuerit, & quomodo nunc in præsens eædem se habeant, & quid magis ex vsu nostro sit facere. Nam quòd in præcipitijs & arduis cautibus habitemus, ac steriles petras colere soleamus, Homerus monitor nobis non est expectandus, qui nobis hæc palàm faciat, sed ista

ἐπὶ τῇ γῇ, βαθεῖ λιμῷ ἀεὶ συνῆμεν ἄν. τὸ δ' ἱερὸν, καὶ ὁ Πύθιος, καὶ τὸ χρηστήριον, καὶ οἱ θύοντες, καὶ οἱ ἐνσεβοῦντες, ταῦτα Δελφῶν τὰ πεδία, ταῦθ' ἡ πρόσοδος, ἐντεῦθεν ἡ εὐπορία, ἐντεῦθεν αἱ τροφαί· χρὴ γὰρ τἀληθῆ πρός γε ἡμᾶς αὐτοὺς λέγειν. καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ποιητῶν, ἄσπαρτα ἡμῖν καὶ ἀνήροτα φύεται τὰ πάντα, ὑπὸ γεωργῷ τῷ θεῷ. ὃς οὐ μόνον τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀγαθὰ γιγνόμενα παρέχει, ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν ἢ Λύδοις, ἢ Πέρσαις, ἢ Ἀσσυρίοις, ἢ Φοίνιξιν, ἢ Ἰταλιώταις, ἢ Ὑπερβορέοις αὐτοῖς, πάντα ἐς Δελφοὺς ἀφικνεῖται. καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὴν θεὸν, ἡμεῖς τι μώμεθα ὑφ' ἁπάντων καὶ εὐπορῦμεν καὶ εὐδαιμονῦμεν. ταῦτα τὸ ἀρχαῖον, ταῦτα

coràm ipsi oculis intuemur: tum quantum semper in terra versemur, cui portus sit profundus, haud obscurè animaduertimus. Cæterùm templum ipsum, & Pythius, & oraculum, tum sacrificantes, & pietatis operibus seruientes, ij sunt Delphorum campi, ij prouentus: inde abundantia, inde commeatus nobis abundè & affatim offunditur. Par enim est, vt apud vos, quod verum mihi videtur, tacitum non habeam, aut dissimulanter præteream: [b] & quod à poëtis dicitur, citra sementem, citrâque arationem nobis omnia proueniunt, Dei agricolæ opera: qui non solùm ea quæ apud alios bona nascuntur, nobis ampliter & cumulatè exhibet: sed si quid preciosi aut rari apud Phryges est, aut Lydos, aut Persas, aut Assyrios, aut Phœnices, aut Italos, aut apud ipsos deniq; Hyperboreos, omnia certatim ad Delphos perferuntur. Ac nos secundo loco post Deum ab omnibus mirificè colimur, parataq; rerum copia affluẽtes felicem vitam agimus. Sed hæc iam olim vobis ignota non

φα τὸ μέχρι νυῦ, καὶ μὴ παυσόμεθά γε ὅτω βιοῦτες. μέμνηται δ' ὑμῖν ὀλίγοις πόποτε, ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος παρ' ὑμῖν ἀναβεβῆσαν, ὅδε λωλυθέντα τινὰ θύειν ἢ ἀνατιθέναι. καὶ δοκῶ τοῦτο, οἶμαι, καὶ αὐτὸς ἐς ὑπερβολὴν ἤνεγκται τὸ ἱερὸν, καὶ ὑπερπλεῖν ἐν τοῖς ἀναθήμασι. διὸ τοίνυν μηδ' ἐν ᾧ παρόντι λανθανέτω μηδὲν, μηδὲ παρὰ τὰ πάτρια νόμον καθισάναι, ἀποκεινῆν τὰ ἀναθήματα, καὶ γνησιολογῆν τὰ πέμπωμα, ὅθεν, καὶ ἀφ' ὅτε, καὶ ὁποῖα· διεξαμένες δ', ἀπραγμόνως ἀνατιθέναι, ὑπηρετοῦντας ἀμφοῖν, καὶ τῷ θεῷ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις. δοκεῖτω δέ μοι, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, ἄρτι βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρόντων, ἀλογίστως πρῶτον, ta non sunt. Quod autem ad præsentem deliberationem attinet, danda est nobis opera, vt in hoc vitæ semel institutæ tuendo proposito constanter perseueremus. Nullus, vt mea fert opinio, memoria tenet, vllo tempore de quoquam donario apud nos latam esse sententiam, neque quenquam à sacrificando aut donario dedicando fuisse exclusum aut prohibitum: eamq; ob causam opinor delubrũ Apollinis tantopere auctum esse, in tantum, vt iam supra modum abundet muneribus. Oportet itaque neque in præsens quicquam temerè innouare, neque aliquid præter morem patrium constituere. Sed nec amoris respectu iudicanda sunt nobis donaria, nec generis ratione ea quæ mittuntur æstimanda, vndénam, aut à quo, aut cuiusmodi sint quæ huc legantur. Suscepta autem munera nulla curiositate delubro sacranda sunt, ac ambabus manibus per nos inseruiendum est cùm Deo, tum pietatis gratia huc venientibus. Videmini verò mihi, ô viri Delphi, super rebus quas in præsentia deliberationi expenden-

τον, ὑπὲρ ὅσων καὶ ἡλίκων ἐ-
σὶν ἡ σκέψις· πρῶτον μὲν
ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ
θυσιῶν, καὶ ἀναθημάτων,
καὶ ἐθῶν ἀρχαίων, καὶ θεσμῶν
παλαιῶν, καὶ λόξης τοῦ μαν-
τείου· ἔπειτα ὑπὲρ τῆς πόλεως
ὅλης, καὶ τῶν συμφερόντων
ὧν τι κοινῷ ὑμῶν, καὶ ἰδίᾳ
ἑκάστῳ διαφῶν, ἐπὶ πᾶσι δὲ,
τῆς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις
δυκλείας ἢ κακοδοξίας. τού-
των γὰρ ἐκ οἶδα ἄ τι μεί-
ζον, ἃ σωφρονοῦντι, ἢ ἀναγ-
καιότερον ἡγήσεσθαι ἄν. πε-
ρὶ μὲν δὴ ὧν βουλόμεθα,
ταῦτά ἐστιν, ὦ Φάλαρις τύ-
ραννε εἶς, οὐδὲ ταῦρος οὗ-
τος, οὐδὲ χαλκὸς μόνον, ἀλλὰ
πάντων βασιλεῖς, καὶ πάν-
των ἀνάσσων, ὅσοι νῦν χρῶν-
ται τῷ ἱερῷ· καὶ χρυσὸς, καὶ ἄρ-
γυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια,
πολλὰ πολλάκις ἀνατιθησό-
μενα τῷ θεῷ. πρῶτον μὲν γὰρ
τὸ καλὰ τὸν θεὸν ἐξιλάσθαι ἄξιον.

das subiecistis, consultissimè facturi, si primùm omnium eam cogitationem susceperitis, de qualibus nam ac quantis rebus consilium ineatis. Principiò enim super deo ipso ac templo, tum sacrificijs atque donarijs, super ritibus ac moribus antiquis, simul atque legibus vetustis, ac gloria vaticinij: exinde super vniuersa ciuitate, ac rebus priuatim & publicè omnibus Delphis conducentibus. Præter hæc omnia consultantes non contemnendum in discrimen venietis apud omnes homines, aut fruendæ gloriæ, aut tolerandæ infamiæ. His profectò nihil maius (siquidem rationis compotes estis) aut perinde necessarium esse existimabitis. De quibus igitur in præsens consultamus, hæc sunt, non equidem solùm Phalaris, neque taurus ille, neque æs tantùm, sed omnes reges ac principes, quotquot nunc templi vtuntur opera. Prætereà aurum, argentum, & quæcunque alia preciosa multa, ac sæpenumero deo dedicanda veniunt.

ἄξιον. τίνος οὖν ἕνεκα, μήδ' ὡς αἰεὶ, μήδ' ὡς πάλαι, τὰ περὶ τῶν ἀναθημάτων ποιήσομεν; ἢ τί μεμφόμενοι τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι, καινοτομήσομεν; καὶ ὃ μηδεπώποτε, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν οἰκοῦμεν, καὶ ὁ Πύθιος χρᾷ, καὶ ὁ τρίπους φθέγγεται, καὶ ἡ ἱέρεια ἐμπνεῖται, γεγένηται ἡμῖν, νῦν καταστησόμεθα, κρίνεσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι τοὺς ἀνατιθέντας; καὶ μὴν ἐξ ἐκείνου μὲν τοῦ παλαιοῦ ἔθους, τοῦ ἀνέδην καὶ πᾶσιν ἐξεῖναι, ὁρᾶτε ὅσων ἀγαθῶν ἐμπέπλησται τὸ ἱερὸν, ἁπάντων ἀνατιθέντων, καὶ ὑπὲρ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν ἔνιων δωρουμένων τὸν θεόν. εἰδ' ἡμᾶς αὐτοὺς δοκιμασὰς καὶ ἐξεταστὰς ἐπιστήσετε τοῖς ἀναθήμασιν, ὀκνῶ μὴ ἀπρήσομεν τῶν δοκιμασθησομένων ἔτι, οὐδενὸς ὑπομένοντος, ὑπόδικον αὐτὸν

niunt. Primùm enim iuxtà dei consilium expendere cõuenit. Cuius ergo rei gratia non vt semper nobis moris fuit, neque vt iam olim consueuimus, de dedicandis muneribus faciemus? Aut quid in antiquis constitutionibus censoria nota reprehendentes, rebus nouis studemus? Et quod nunquam ex quo hanc vrbem incolimus, ac Pythius interrogatus reddidit oracula, & tripos loquitur, & ipsa sacerdos diuino afflatur numine, fecimus, nunc faciendum constituemus, iudicantes videlicet, ac expendentes eos qui huc missitant munera. Quin potiùs illud apud animum vestrum cogitatis ex prisco illo more & instituto, quo munerum offerendorum facultas interclusa fuit nemini, quantis bonis templum auctum & cumulatum siet, omnibus offerentibus, ac quibusuis pro substantiæ suæ modulo donarijs deum cumulantibus. Quòd si nobis ipsi iudicum & censorum prouinciam sumemus missorum huc munerum, vereor ne citò eorum qui nobis probandi aut expendendi sunt, penuria laboremus, nemine scilicet sufferente semet-

αὐτὸν λαθισάνα, καὶ ἀναλίσκοντα καὶ λαλαπανῶντα, παρ' αὐτὸ λείνειν, καὶ ὑπὲρ τῶν ὅλων λινδυνεύειν. ἢ τίνι βιωτὸν, εἰ λειθύσεται τὸ ἀνατιθέναι ἀνάξιον.

semetipsum reum obiectare iudicio, & in hoc ipsum impensas & sumptus facientem, vt iudicetur, deq; omnibus in periculum veniat. Aut cui humaniter patiendum existimatis, si donariorum dedicandorum libertate indignus esse iudicabitur?

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a MONARCHAE pietatem.] μοναρχης seu μοναρχον, *pro, tyranno, &* μοναρχεῖν, *pro, tyrannidem gerere apud Græcos sæpe dicuntur, vt hic. Nimirum id vocabuli tum eum significat, qui solus rerum potitur, idq; iniuste. b* Et quod à poëtis dicitur citra sementem.] *Quæ autem citra nostram operam casu nobis eueniunt,* ἄσπαρτα καὶ αὐτόματα *contingere dicũt Græci. Idẽ in Parasito, & in Rhetorum didascalo vsus est. Natum à fabula insularum fortunatarum, de quibus Lucianus & Horat. in Odis. Hom. Odyss. lib. 9.*

ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΑΣ. *DE ASTROLOGIA.*

D. Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

ASTrologiæ defensio quędam est, à dignitate videlicet quam ab antiquitate & præstantia eorum qui illam ab initio coluêre, trahit: & à certitudine, quam ex similibus & signis ratiocinatione quadã colligit. Recenset aũt principiò varias gentes & populos à quibus illa inuenta, tractata ac locupletata fuerit. Deinde & homines,

nes, & quid quisq; in illa singulatim vel obseruârit, vel tractârit: quo loco & fabulas plerasq; Græcorum poëtarũ de Orpheo, Tiresia, Atreo, Thyeste, Bellerophonte, Phryxo, Dædalo, Endymione, Phaëthonte, ac cæteris quibusdam explicat. Postremò & vtilitatẽ artis tradit, quò futuris rebus per hanc obseruatis, & mala faciliùs tolerare, vtpote præuidentes illa, possimus: & bonorum spe nos ipsos confirmare. Exordio dociles facit, statim proposito de quo & qualiter dicturus sit: & obiurgat eos qui artem ob imperitiam vtentium ac profitentium reprehendunt.

Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφὴ οὐκ αὐτῶν ἀστέρων οὐδ' αὐτοῦ περὶ οὐρανοῦ, ἀλλὰ μαντείης καὶ ἀληθείης, ἣ δὴ ἐκ τουτέων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται. ὁ δέ μοι λόγος οὐχ ὑποθημοσύνην ἔχει, οὐδὲ διδασκαλίην ἐπαγγέλλεται, ὅκως ταύτην τὴν μαντοσύνην διεγνεκτέον, ἀλλὰ μέμφομαι, ὁκόσοι σοφοὶ ἐόντες, τὰ μὲν ἄλλα ἐπασκέουσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἑωυτέων ἀπηγέονται, μούνην δ' ἀστρολογίην οὔτε τιμέουσιν, οὔτε ἐπασκέουσι. καὶ ἡ μὲν σοφίη παλαιὴ, οὐδὲ νέον ἐς ἡμέας ἀφίκετο, ἀλλ'

De cœlo, deq; astris est nobis institut⁹ sermo: non de ipsis quidem astris, neque ipso de cœlo, verùm de diuinatione ac veritate, quæ ab illis in hominum vitam proficiscitur. Neque rursum mihi libellus hic se traditurum aut docturum profitetur, quo pacto diuinationem hanc assequi liceat: sed illud queror, doctos omneis cùm in cæteris omnibus exerceant sese, suisq; omnibus tradant, solam Astrologiam nec habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus vetustum est, neque nuper ad nos peruénit, sed

ἀπ' ἴσην ἔργον ἀρχαίων βασιλέων, θεοφιλέων, οἱ δὲ νῦν ἀμαθίᾳ καὶ βαθυμίᾳ. καὶ πρός τι μισοπονίᾳ, διὰ νοσοῦσί τι ἀντίξοα φρονέουσι, καὶ εὖτ' ἂν ἀνθρώποις ἐπικουρέωσι, ψεύδεα μαντευόμενοι, ἄσφαρ τι κατιγορέουσι, καὶ αὐτῶν ἀστρολογίῃ μισέουσιν, ὅτι μὲν ὅτι ὑγιὰ, οὔτι ἀληθέα νομίζουσιν, ἀπὸ λόγων ψευδέα καὶ ἀνιηρόλιον, ἃ δικαίως, ἐμοὶ δοκέει, φρονέοντες. ὅτι γὰρ τέκτονος ἀϊδρείῃ, τεκτοσύνης αὐτῆς ἀφυίῃ, δεῖ αὐληττέων ἀμουσίῃ, μουσικῆς ἀδρείῃ· ἀπ' οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἐν κάσῃ δ' ἐν ἑωυτῇ σοφή. πρῶτον μὲν δὴ Αἰθίοπες τὸν δὲ τὸν λόγον ἀνθρώποισι διέτησαν, αὐτίη ἐοῦσα αὐτέοισι τὰ ἐν σοφίῃ τοῖσι ἔθνεσι, καὶ γὰρ τἄλλα τῶν ἄλλων σοφώτεροι Αἰθίοπες, τὰ δὲ, διὰ τῆς οἰκήσιος ἡ ὁμοιείη. ἀεὶ γὰρ σφέας εὐδίη διὰ γαλλωάη διατελέει, δεῖ τῶν τὸ ἔτος προπέμπουσι, ἀπ' ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσιν. εὐδόντος δὲ πρῶτα τῷ σι-

sed inuentum est priscorũ regũ, quos diu amabãt. At huius ætatis mortales nõ solùm insciticia socordiáq, verumetiã odio laboris diuersa ab illis sentiũt. Cumq fortè inciderint in eos q falsa prædicũt, tum et astra culpãt, & ipsam Astrologiã habent exosam, neq salutarẽ eam, neq veridicã arbitrantes, sed aũt magis falsam atq inanem haud rectè, siquidẽ mihi quidẽ videtur, sentientes. [b] *Neq enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur: neq ob cãtoris insciticã ipsa musica parũ est erudita, quin illi potiùs artiũ sunt ignari: cæterũ ars vnaquæq suapte natura scita est.* [c] *Primũ igiur Aethiopes hãc rationẽ mortalibus tradiderunt. In causa fuit partim gẽtis eius sapientia (nam cæteris quoq in rebus Aethiopes reliquos homines antecellũt sapientia) partim regionis quam incolũt, opportunitas, propterea quòd apud eos perpetua sit cœli serenitas, tranquillitasq, neq patiuntur anni mutationes, sed eadẽ tẽperie viuũt. Itaq cùm primũ videt lu-*

nam

λιναίην οὐκ ἐς πάμπαν ὁμοίην φαινομένην, ἀλλὰ πολυειδέα τε γιγνομένην, καὶ ἐν ἄλλοτε ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεον αὐτέοισι τὸ χρῆμα θωύματος καὶ ἀπρείης ἄξιον. ἔνθεν δὲ ζητέοντες, εὗρον τουτέων τὴν αἰτίην, ὅτι οὐκ ἴδιον τῇ σεληναίῃ τὸ φέγγος, ἀλλά οἱ παρ' ἠελίου ἔρχεται. εὗρον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων τὴν φορὴν, τοὺς δὴ πλάνητας ἡμεῖς καλέομεν, μοῦνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινέονται, φύσιν τε αὐτῶν καὶ δυναστείην, καὶ ἔργα, τὰ ἕκαστος ἐπιτελέουσιν. ἐν δὲ καὶ οὐνόματα αὐτέοισιν ἐπέθεσαν, οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἐδόκεον, ἀλλὰ σημήια. ταῦτα μὲν οὖν Αἰθίοπες ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπέβλεψαν. μετὰ δὲ, γείτοσιν, οὗσιν Αἰγυπτίοισιν, ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν. Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σφέων ἐκδεξάμενοι ἡμιεργέα τὴν μαντικὴν ἐπὶ μέζον ἤγειραν. μέτρα τε τῆς ἑκάστου κινήσεως ἐσημήναντο, καὶ ἐτέων ἀριθμὸν, καὶ μηνέων καὶ ὡρέων διετάξαντο.

nam non ſemper eodem vultu apparentē, ſed varia ſubinde ſpecie & in aliam atq; aliā verti formā, viſa eſt illis ea res admiratione atq; diſquiſitione digna. Deinde cū inquiſiſſent, repererunt hanc eſſe earum rerum cauſam, [d] *quòd lunæ non eſſet lumen proprium, ſed à ſole mutuatum. Inuenerunt aūt & reliquarum ſtellarū motus, harum quas nos errones appellamus (nam ſtellarū hæ ſolæ mouentur) naturamq; earum ac poteſtatem, & effectus quos vnaquæq; præſtet nominibus quoque inditis, non illis quidem vtcunq; viſum eſt, confictis, ſed quà notæ rerum eſſent. Hæc igitur in cœlo perſpexerunt Aethiopes: mox Aegyptijs finitimis artem imperfectam tradiderunt.* [e] *Porrò Aegyptij diuinandi rationē quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt: quippe qui menſuram etiam ad quam vnaquæq; ſtella moueretur, indicârint. Ad hæc annorum, menſium, horarumq; numerum inſtituerunt.*

Ac men-

καὶ μηνῶν μὲν σφῖσι μέτρον, ἡ σεληναίη, καὶ ἡ ταύτης ἀναστροφὴ ἐγένετο, ἔτεος δὲ, ἠέλιος, καὶ ἡ τοῦ ἠελίου περίφορος. οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμήσαντο πολλῷ μέζω τουτέων· ἐκ γὰρ δὴ τοῦ παντὸς ἠέρος, καὶ ἀστέρων τῶν ἄλλων ἀπλανέων τε καὶ ἐνσπθέων, καὶ οὐδ' ἅμα κινεομένων, δυόδεκα μοίρας ἐτάμοντο ἐν τοῖσι κινεομένοισι, καὶ οἰκεῖα ζῶα ἐόντα, ἕκαστον αὐτῶν ἐς ἄλλην μορφὴν μεμιμέαται, τὰ μὲν ἐνάλια, τὰ δὲ ἀνθρώπων, τὰ δὲ θηρῶν τὰ δὲ πτηνῶν, τὰ δὲ κτηνέων. ἀπὸ τέων δὴ καὶ ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια πολυειδέα ποιέεται· οὐ γὰρ πάντες Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυόδεκα μοιρέων πασέων ἐμαντεύοντο, ἄλλοι δὲ ἀλλοίῃσι μοίρῃσιν ἐχρέοντο· καὶ κριὸν μὲν σέβουσιν, ὁκόσοι ἐς κριὸν ἀπέβλεπον· ἰχθύας δὲ οὐ σιτέονται, ὁκόσοι ἰχθύας ἐπεσημήναντο· οὐδὲ τράγον κτείνουσιν, ὅσοι αἰγόκερων ᾔδεσαν. καὶ οἱ ἄλλοι τἆλλα, ὡς ἕκαστοι, ἱλάσκονται. ναὶ μὴν καὶ ταῦρον ἐς τιμὴν τοῦ ἠερίου ταύρου σεβίζονται.

Ac menses quidem illi luna metiuntur, atq; eius recursu finiunt: [f] *annum verò Sole, & huius circuitu metiuntur, Quin his etiam maiora ostenderunt. Nam ex vniuerso cœlo, reliquisq; stellis, & errantibus; & fixis, neque simul cum cæteris sese mouentibus; duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur; & vnamquamque suis animantibus repræsentârunt; partim marinis, partim homine, partim feris, partim volatilibus, partim pecudibus. Vnde & sacra Aegyptiorum variè fiunt. Neque enim omnes Aegyptij ex omnibus duodecim partibus diuinabant, sed alij alijs vtebantur partibus. Itaque arietem colunt, qui ad arietem spectabant, piscibus non vescuntur, qui pisces annotârant. Nec hircum mactant, qui Capricornum viderant: atque alij item alia venerabãtur, quæ quisque inuenerat. Quin taurum etiam ob honorem cœlestis Tauri colunt.*

8 Nam

κὴ ὁ Ἄπις αὐτοῖς χρῆμα ἱερώτατον πλὴν χώρων ἐπινεμῆται, καί οἱ ἐκᾶ μαντήιόν τι ἀναπτιθᾶσι, σημεῖον τῆς ἐκείνου τοῦ μαντικῆς. ὁ μὲν τὰ πολλῶν δὴ, καὶ Λίβυσιν ἐπίβηται τοῦ λόγου· καὶ γὰρ τὸ Λιβύων μαντήιον τοῦ Ἀμμωνος, καὶ τοῦτο ἐς τὸν ἥρα, καὶ ἐς πλὴν τότε ἀφίκετο ἄρης, παρὰ τὸν Ἀμμωνα, καὶ οὐτι μεσόπροσωπον ποιεῦνται. ἔγνωσται δὲ τοῦτον ἕκαστα καὶ Βαβυλώνιοι, οὗτοι μὲν, λέγουσι, καὶ πὸ τῶν ἄλλων, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, πολὺ ὕστερον ἐς τότε ὁ λόγος ἀφίκετο. Ἐπίσης δὲ, ὅτι παρ' Αἰθιόπων, ὅτι παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πρὸς ἐλλήνων, ἀμὰ σοφίσιν Ὀρφεύς, ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης, πρῶτος τάδε ἀπηγήσατο· ὁ μὲν δὴ ἐμφανέως, ἐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον πλώιζηκεν, ἀπ' ἐς γοητείαν καὶ ἱερολογίην, οὐκ ἀμαθείη ἐκείνου. πυξάμενος γὰρ λύρην, ὄργιά τε ἐποιήσατο, καὶ τὰ ἱερὰ ἤειδεν· ἡ δὲ λύρη,

8 *Nam Apis apud illos res in primis sacra, regionem sortitus est: & qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicârunt, signum videlicet diuinationis, quam à cœleſti Tauro petunt. Ac non multò pòſt Libyes quoque hanc artem ſunt aggreſſi. Siquidem & h oraculum quod eſt apud illos Ammonis, ad cœlum & huius ſententiam refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis ſpecie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylonij: atque hi quidem affirmant ſe primos omnium fuiſſe. Verùm, vt ego exiſtimo, multò poſteriùs ad hos ſcientia peruenit. At verò Græci nec ab Aethiopibus, nec Aegyptijs de Aſtrologia quicquâ audiérunt: verùm illis Orpheus Aeagro Calliopéque prognatus primus iſta monſtrauit. nõ ille quidem admodum dilucidè, neq; rem clarè docuit, ſed præſtigijs ac myſticis inuolucris obtexit. Sic enim illi viſum eſt. Nã concinna lyra Orgia inſtituit, ſacraſq; cantiones decantabat. Porrò*

λύρη, ἑπτάμιτος ἐοῦσα τὴν τῶν κινεομένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλετο. ταῦτα Ορφεὺς διζήμενος, καὶ ταῦτα ἀνακινέων, πάντα ἔθελγε, καὶ πάντων ἐκράτεεν. οὐ γὰρ ἐκείνην τὴν λύρην ἔβλεπεν, οὐδὲ οἱ ἄλλης ἔμελε μουσουργίης, ἀλλ' αὕτη Ορφέως ἡ μεγάλη λύρη. Ἑλληνές τε τάδε τιμέοντες, μοίρην ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ἀπέκειναν· καὶ ἀστέρες πολλοί, καλέονται λύρη Ορφέως. ἢν δέ ποτε Ορφέα ἴδῃς, ἢ λίθοισιν ἢ χροιῇ μεμιμημένον, μέσῳ ἕζεται εἴκελος ἀείδοντι, μετὰ χερσὶν ἔχον τὴν λύρην· ἀμφὶ δέ μιν ζῶα μυρία ἕστηκεν, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος καὶ ταῦρος καὶ λέων. καὶ τῶν ἕκαστον εὖτ' ἂν ἐκεῖνα ἴδῃς, μέμνησό μοι τουτέων, κοίη ἐκείνου ἀοιδή, κοίη δὲ καὶ ἡ λύρη, κοῖος δὲ καὶ ταῦρος, ἢ ὁ κοῖος λέων, Ορφέως ἐπαίουσιν. ἢν δὲ τὰ λέγω, αἴτια γνοίης, σὺ δὲ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ δέρκεο ἕκαστον τουτέων. λέγουσι δὲ Τειρεσίην.

lyra cùm septem haberet chordas, concentum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atque hæc agitans Orpheus omnia delenibat, omniáque vincebat. Neque enim illam hominis lyram spectabant, neque illi alterius musices studium erat, verùm hæc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cùm Græci honorem habere vellent, locum illi in ipso cœlo designârunt, & cō plusculæ stellæ vocātur Orphei lyra. Quòd si quando Orpheum videris vel saxo expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio, canenti similis, manibus tenens lyram. circum hunc animantiū innumera multitudo, inter quæ & homo, & taurus, & leo. Cúmque horum singula víderis, fac horū mihi memineris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi taurus, & cuiusmodi leo Orpheum audiant. Quòd si eorum quæ dico, causas intelligas, tum & in cœlo horum vnumquodque contemplator. Fertur aūt & Tiresia

ρεσίην. ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ δὴ κλέος μαντοσύνης πέρι πολλὸν ἀείρεται, τοῦτον τὴν Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανεομένων ἀστέρων, οἱ μὲν θήλεσι, οἱ δὲ ἄῤῥενσι ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐκ τελέουσι. τοῦ καί μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν, ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄῤῥενα. Ατρέως δὲ καὶ Θυέστεω, περὶ τῇ πατρῴῃ βασιληίῃ φιλονεικεόντων, ἤδη τοῖσιν Ἕλλησιν ἀνάφανδον ἀστρολογίης τε καὶ σοφίης τῶν οὐρανίης μάλιστ' ἔμελε, καὶ τὸ ξυνὸν τῶν Αργείων, ἄρχειν ἔγνωσαν ἑωυτῶν, ὅστις τοῦ ἑτέρου σοφίην προφερέστερος. ἔνθα δὴ Θυέστις μὲν κριὸν σφίσι, τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ σημηνάμενος ὑπέδειξεν, ἀπὸ τέω δὴ ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ γενέσθαι μυθολογέουσιν. Ατρεὺς δὲ τοῦ ἠελίου πέρι, καὶ τῶν ἀνατολέων αὐτοῦ, λόγον ἐποιήσατο, ὅτι οὐκ ἐς ὁμοίην φορὴν ἠέλιός τε, καὶ ὁ κόσμος κινέονται, ἀλλ' ἐς ἀντίξοον ἀλλήλοις δραδρομέουσι. καὶ αἱ νῦν δύσιες, δοκέουσαι τοῦ κόσμου δύσιες ἐοῦσαι, τοῦ ἠελίου ἀνατολαί εἰσι.

resia genere Bœotius, diuinandi gloria multùm celebris fuisse. Hūc Tiresiam ex Græcis aiunt dixisse, stellarum erraticarum alias esse fœmininas, alias mares, non tamen eadem efficere. Vnde eundem ancipiti sexu fuisse fabulantur, aliquando fœminam, aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximam Astrologiæ cœlestisq; doctrinæ curam fuisse Græcis, palàm est. Ac publico consensu statuerunt Argiui, vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur. Ibi Thyestes arietem illis in cœlo demonstrauit, atque hinc aureum arietem Thyestæ fuisse proditum est fabulis. At Atreus de Sole, deq; vario illius exortu locutus est, ostendens non eodem modo ferri Solem & mundum, sed contrario inter se cursu rapi: & qui nunc videtur occasus, cùm sit occasus mundi, Solis exortum esse.

τὰ δὲ εἰπόντα βασιλῆα μιν Αργεῖοι ἐποιήσαντο, καὶ μέγα κλέος ἐπὶ σοφίῃ αὐτοῦ ἐγένετο. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω· πτηνὸν μὲν οἱ γενέσθαι ἵππον οὐ μαλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν τάντην τὴν σοφίην μεθέποντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῶν ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ. ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Αθάμανθος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλᾶσαι μυθέονται. ναὶ μὲν τοι καὶ Δαίδαλον τὸν Αθηναῖον, ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη, δοκέω γέ μιν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης, ἀλλὰ οἱ αὐτὸς μαλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τῶν ἑωυτοῦ κατηγήσατο. Ικαρος δὲ, νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ χρεόμενος, καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ διζήμενος, ἀλλ' ἐς πόλον ἀερθεὶς τῶν νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθηίης, καὶ παντὸς ἀπεσφαλη τοῦ λόγου, καὶ ἐς πέλαγος κατηνέχθη ἀβύσσων πρηγμάτων. τὸν Ελλιωσὺ ἄλλος μυθο-

Hæc locutum Argiui regem creârunt, magnámque doctrinæ laudem est assecutus. Equidem & de Bellerophôte similia sentio. Nam alatum equum illi fuisse, nõ admodum credo: verùm arbitror illum hanc disciplinam sectantem, sublimiáq; cogitantem, & inter astra versantem, in cœlum non equo ascendisse, sed animo. Eadem de Phrixo Athamantis filio dixerim, quem aureo ariete per aërem vectum fabulantur. Quin & ipsum sanè [i] Dædalum Atheniensem, etiam si res est noua auditu, tamen haud existimo eum ab Astrologia fuisse alienum: sed cùm ipse ea maximè est vsus, tum filium suum eandem perdocuit. Ast Icarus cum iuuentutis calore & inscitia, nõ ea disquireret quæ conueniebant, sed ad ipsum quoq; polũ animo tolleretur, delapsus est à vero, totáq; aberrauit arte, & in mare præceps decidit rerum immensæ profunditatis: de quo Græci secus fabulan-

μυθολογέουσι καὶ κόλπον ἐπ' αὐτῷ ἐν τῇδε τῇ θαλάσσῃ Ἰκάρειον εἰκῇ καλέουσι. τάχα δὲ καὶ Πασιφάκ, πρὸ Δαιδάλου ἀκούσασα ταῦρου τε πέρι, τοῦ ἐν τοῖς ἄστροισι φαινομένου, καὶ αὐτὸ ἀστρολογίης, εἰς ἔρωτα τοῦ λόγου ἀπίκετο, ὅθεν νομίζουσιν, ὅτι Δαίδαλός μιν τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσεν. εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ κατὰ μέρεα τὴν ἐπιστήμην διελόντες, ἕκαστοι αὐτῶν ἀλλὰ ἐπενοήσαντο, οἱ μὲν τὰ ἐς τὴν σελήναίην, οἱ δὲ τὰ ἐς Δία, οἱ δὲ τὰ ἐς ἠέλιον συναγείραντες, δρόμους τε αὐτέων πέρι καὶ νύσιος καὶ δυνάμεος. καὶ Ενδυμίων μὲν τὰ ἐς τὴν σελήναίην διετάξατο, Φαέθων δὲ τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, οὐμέν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανεν. οἱ δέ τα γε ἀγνοέοντες, ἠελίου παῖδα, Φαέθοντα δοκέουσι, καὶ μῦθον ἐπ' αὐτέω οὐδαμᾷ πιστὸν διηγέονται· ἐλθόντα γάρ μιν παρὰ τὸν ἠέλιον τὸν πατέρα, αἰτέειν τὸ τοῦ φωτὸς ἅρμα ἡνιοχεύειν, τὸν δὲ διοῦναι τε οἱ, καὶ ἑποθέσθαι τοῦς ἱππασίης τὸν νόμον.

fabulantur, q ex huius nomine sinum eius maris Icarium frustra vocant. Fieri potest, vt Pasiphaë quoque cùm ex Dædalo de Tauro audîsset, inter stellas apparente, déq; ipsa Astrologia, in artis amorē inciderit. ob id existimant factum, vt Dædalus illā tauro copulârit. Sunt autem qui scientiam in portiones partiti, in singulis partibus singuli elaborârint, alij in ijs quæ ad Lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad Solem pertinent, congerentes, neq; non cursum ac motum & vim illorum. Atque [k] *Endymion Lunæ rationem tradidit, Phaëthon Solis cursum deprehendit, non ille quidem verè, sed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant,* [l] *Phaëthontem Solis filium credunt, fabulamq; de illo haudquaq; veram narrant, adijsse Solem patrem, ac postulasse ab eo vt sibi liceret lucis currū moderari. illum id cōcessisse, monuisséq; qua ratione foret aurigandum.*

ὁ δὲ Φαέθων ἐπεσδὴ ἀνέβη τὸ ἅρμα, ἡλικίᾳ καὶ ἀπειρίᾳ, ἄλλοτε μὲν πρόσγειος ἡνιόχευεν, ἄλλοτε πολλὸν τῆς γῆς ἀπαιωρούμενος· τοὺς δὲ ἀνθρώπους κρύος τε καὶ θάλπος οὐκ ἀνασχετὸν διέφθειρεν. ἐπὶ τοῖσι δὴ τὸν Δία ἀγανακτέοντα, βαλεῖν πρηστῆρι Φαέθοντα μεγάλῳ, πεσόντα δέ μιν αἱ ἀδελφαὶ περιστᾶσαι, πένθος μέγα ἐποίεον, ἔστε μετέβαλλον τὰ εἴδεα, καὶ νῦν εἰσιν αἴγειροι, καὶ τὸ ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρυον σταλάουσιν. οὐχ οὕτω ταῦτα ἐγένετο, οὐδὲ ὅσιον αὐτοῖσι πείθεσθαι, οὐδὲ ἠέλιος παῖδα ἐποιήσατο, οὐδὲ ὁ παῖς αὐτῷ ἀπέθανε. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλα Ἕλληνες πολλὰ μυθώδεα, τοῖσι ἐγὼ οὐ μάλα τι πείθομαι. κῶς γὰρ δὴ ὅσιον πιστεῦσαι, παῖδα Αἰνείην τῆς Ἀφροδίτης γενέσθαι, καὶ Διὸς Μίνω, καὶ Ἄρεος Ἀσκάλαφον, καὶ Αὐτόλυκον Ἑρμέω; ἀλλ' οὗτοι, ἕκαστος αὐτέων, θεοφιλέσι ἐγένον-

Phaëthontem verò conscenso curru, partim ob ætatem, partim ob imperitiam ita egisse, vt aliquando esset vicinus terræ, aliquando longo semotus spatio à terra, interim mortales frigus atque æstus intolerabilis conficiebat. Ob hæc indignatum Iouem ingenti fulminis telo percussisse Phaëthontem. eum deiectum sorores circumstantes magno luctu prosequebantur, donec immutarent formas, quæ nunc sunt Populi, ac lachrymarum vice, quibus fratrem deplorabant, electrum destillant. Haudquaquam hæc ita gesta sunt, neque pium est his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi filius interijt. Sed narrant Græci & alia permulta fabulosa, quibus ego non admodum credo. Nam quî consentaneum est credere [m] *Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoa Iouis, aut Ascalaphum Martis, aut Autolychum Mercurij? Verùm hi homines pij, dijsq; grati*

ἐγένοντο, καὶ σφίσι γενομένοισι· τῶν μὲν ἡ Αφροδίτη, τῶν δὲ ὁ Ζεύς, τῶν δὲ, ὁ Αρης ἐπέβλεψεν. ὁκόσοι γὰρ δὴ ἀνθρώποισι ἐν τῇ γενεῇ ταύτῃ οἰκοδεσποτέουσιν, οὗτοι ὅκως τοκέσσι, ἑωυτοῖσι πάντα εἴκελα ἐκτελέουσι, καὶ χρόην, καὶ μορφὴν, καὶ ἔργα, καὶ δανοίην· καὶ βασιλεὺς μὲν ὁ Μίνως, Διὸς ἡγεομένου, καλὸς δὲ Αἰνείης, Αφροδίτης βουλήσει ἐγένετο· κλέπτης δὲ Αὐτόλυκος ἡ δὲ οἱ κλεπτικὴ, ἐξ Ερμέω ἀπίκετο. οὐ μενοῦν οὐδὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἔδησεν, οὐδὲ ἐς Τάρταρον ἔρριψεν, οὐδὲ τὰ ἄλλα ἐμήσατο ὁκόσα ἄνθρωποι νομίζουσιν· ἀλλὰ φέρεται γὰρ ὁ Κρόνος τὴν ἔξω φορὴν, πολλὸν ἀφ' ἡμέων, καὶ οἱ νωθρήτε ἡ κίνησις, καὶ οὐ ῥηιδίη τοῖσι ἀνθρώποισι ὁράασθαι, διὸ δή μιν ἑστάναι λέγουσιν, ὅκως πεπεδημένον· τὸ δὲ βάθος τὸ πολλὸν τοῦ ἤερος, Τάρταρος καλέεται. μάλιστα ἐκ τε Ομήρου τοῦ ποιητέω, καὶ τῶν Ησιόδου ἐπέων μάθοι ἄντις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσι ὁμοφωνέοντα.

grati fuerunt, eosq; nascentes, hunc Venus, illum Iupiter, alium respiciebat Mars. Etenim qui patresfamiliâs sunt mortalibus in hoc progignendi genere, ij veluti parentes sibi similia producunt omnia, & colorem, & formam, & facta, & animum. At rex quidem Minos Iouis auspicijs, Aeneas formosus, Veneris fauore natus est, fur Autolycus: at ea furaracitas illi ex Mercurio contigit. Iam verò nec Saturnum Iupiter coniecit in vincula, nec in tartara præcipitem dedit, neque cætera machinatus est, quæ putāt homines: verùm Saturnus extremus mouetur, proculq; à nobis semotus est. Segnis illi motus, neque facilis animaduersu mortalibus: atq; hanc ob causam illum stare dicūt, ceu vinculis alligatum. Cæterùm ingens aëris multitudo, Tartarus appellatur. Sed potissimùm ex Homeri poëtæ, Hesiodiq; carminibus liceat intelligere, priscorum fabulas cū Astrologia consentire.

ταῦτ' ἂν δὲ τῶν σαρκῶν τοῦ Διὸς ἀπηχήματα καὶ τὰ βέλη τὰς βολὰς, τὰ δὲ ἐγὼ ἅμαξα εἶναι συμβάλλομαι, καὶ τὰς πόλιας, τὰς ἐν τῇ ἀσπίδι Ἥφαιστος ἐποίησε, καὶ τὴν χορὸν, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἀμφοῖν. τὰ μὲν γὰρ ὁπόσα ἐς τὸν Ἀφροδίτην αὐτῷ καὶ τὸν Ἄρεα τὸν μοι δοκεῖν ἐλήλυθε, καὶ τὰ ἐμφανέα, ἐκ ἄπορος, ἢ ἐκ τῆς ἢ τῆς Σοφίης πεποιημένα· ἡ γὰρ δὴ ὧν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος ὁμοδρομοίη, τὸν Ὁμήρου ἀοιδὸν ἀπεργάζεται. ἐν ἄπασι ἢ ἔπεσι τὰ ἔργα ἑκάστου αὐτῶν διαείσας, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν ἔπεσιν, Ἀτὰρ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. τὰ δὲ τοῦ πολέμου, Ταῦτα γ' Ἄρηι θοῷ, καὶ Ἀθηναίῃ πάντα μεμήσεται. Ἀπειροι δὲ παλαιοὶ ἦσαν, μάλιστα μαντικῆς ἐχόμενοι, καὶ ἐπαίροντο αὐτῷ ποιούμενοι. ἀλλ' ὅτι πόλιας ὤκισεν οὐδὲ τείχεα περιέβαλλον, οὔτε φόνους ἐργάζοντο, ὅτε γυναῖκας ἠγάγοντο, πρὶν ἂν δὲ παρὰ μάντεως ἀκούσωσιν ἕκαστα. καὶ

Siquidem vbi Iouis catenam narrat, ac Solis iacula (quæ quidem ego radiorum ictus esse conijcio) tũ vrbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choream & vineam, ad hæc quæcunque de [n] Veneris ac Martis adulterio dixit, déque detectione, haud aliundè quàm ex hac scientia sunt conficta: quandoquidem Veneris & Martis concursus, Homericæ cantilenæ præbet argumentum: in alijs autem versibus vtriusque diuersum effectum descripsit: Veneris cùm ait illi:

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porrò de belli negotijs:

Cuncta citò hæc curæ fuerint Marti atque Mineruæ.

Hæc cũ intelligerent veteres illi, maximè diuinationibus vtebantur, nec eam ociosam esse putabant, adeò vt nec vrbes conderẽt, neq; mœnia circunducerent, neque quenquam occiderent, neque ducerent vxores priusquam de singulis à vate responsum accepissent.

[o] *Denique*

καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ μαντήια αὐτοῖσι οὐκ ἔξω ἀστρολογίης ἐῶν. ἀτὰρ παρὰ μὲν Δελφοῖς, παρθένῳ ἔχει τὴν προφητείην, σύμβολον τῆς παρθένου, τῆς οὐρανίης· καὶ δράκων ὑπὸ τῷ τρίποδι φθέγγεται, ὅτι καὶ ἐν ἄστροισι ἄστρων φαίνεται· καὶ ἐν Διδύμοισι δὲ μαντήιον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέειν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν τρίδυμων Διδύμων ὀνομάζεται. οὕτω δὲ αὐτοῖσι χρῆμα ἱρώτατον ἡ μαντοσύνη ἐδόκησε, ὥστε δὴ Ὀδυσσεὺς, ἐπειδὴ ἔκαμε πλανώμενος, ἐθελήσας ἀπρικὲς ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἑωυτοῦ πρηγμάτων, ἐς τὸν Ἀίδεω ἀπίκετο, οὐκ ὄφρα ἤδη νέκυας, καὶ ἀτερπέα χῶρον, ἀλλ' ἐς λόγους ἐλθεῖν Τειρεσίεω ἐπιθυμέων. καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸν χῶρον ἦλθεν, ἔνθα ἡ Κίρκη ἐσήμηνε, καὶ ἔσκαψε τὸν βόθρον, καὶ τὰ μῆλα ἔσφαξε, ποιμῶν νεκύων παρεόντων, ἐν τοῖσι καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἑωυτοῦ, τοῦ αἵματος πιεῖν ἐθελόντων, ὁ πρότερον ἀφῆκεν οὐδενί, οὐδὲ αὐτῇ τῇ μητρὶ, πρὶν

[o] Denique nec ipsa deorum oracula ab arte astrologica erant aliena: verùm apud Delphos virgo prædicendi munus administrat, quæ cœlestem illam virginem repræsentat: ac Draco sub tripode vocem edit, quoniam & inter stellas Draco conspicitur: in Didymis verò templum est Apollinis, & hoc, sicuti mihi videtur, ex his Didymis, id est, geminis qui in cœlo sunt, appellatum. Vsque adeò verò diuinatio visa est illis res sacra, vt Vlysses etiam cùm errando fessus vellet certò de rebus suis cognoscere, ad inferos penetrârit, non quòd videret vmbras & locum inamœnum, sed quòd cuperet cum Tiresia colloqui. Qui simulatque in locum peruenerat, quem Circe monstrârat, foueam fodit, oues mactauit: cumq; complures essent vmbræ, atque inter has matris quoq; sanguinem bibere cupientes: non priùs permisit vlli, ne matri quidē,

πρὶν Τειρεσίην γεύσασθαι, καὶ ἐξαναγκάσαι εἰπεῖν οἱ τὸ μαντήιον. καὶ ἄνεσχετο, διψῶσαν ὁρέων τῆς μητρὸς τὴν σκινήν. Λακεδαιμονίοισι δὲ Λυκοῦργος τὴν πολιτείην πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διετάξατο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσατο, μηδαμᾶ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν, πρὶν τὴν σεληναίην πλήρεα γενέσθαι· οὐ γὰρ ἴσην ἐνόμιζον εἶναι τὴν δυναστείην αὐξανομένης, τῆς σεληναίης καὶ ἀφανιζομένης, πάντα δὲ ὑπ' αὐτῇ διοικέεσθαι. ἀλλὰ μοῦνοι Αρκάδου ταῦτα οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ ἐτήμισαν ἀστρολογίην, ἀνοίῃ δὲ καὶ ἀσοφίῃ, λέγουσι καὶ τῆς σεληναίης ἔμμεναι προγενέστεροι. οἱ μὲν ὦν πρὸ ἡμέων οὕτω κάρτα ἦσαν φιλομάντιες, οἱ δὲ νῦν, οἱ μὲν αὐτέων ἀδύνατα εἶναι λέγουσιν, ἀνθρώποισι τέλος εὕρασθαι μαντικῆς· οὐ γὰρ εἶναί μιν οὔτε πιστὴν οὔτε ἀληθέα. οὐδὲ τὸν Αρεα, ἢ τὸν Δία, ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμέων ἕνεκα κινέεσθαι, ἀλλὰ

quàm Tiresia gustasset, coactusque esset sibi vaticinium edere: potuitque interim matris vmbram videre sitientem. ¶ Ad hæc Lycurgus Lacedæmonijs omnem Reipublicæ administrationem è cœlo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim existimabat eandem esse ciuitatis administrationem, crescente luna, & euanescente, propterea quòd omnia ab illa regerentur. Porrò ¶ Arcades soli hæc non receperunt, nec in precio habuerunt astrologiam, sed ijdem ob imperitiam & stultitiam aiunt se luna antiquiores esse. Proinde cùm nostri maiores vsqueadeò fuerint astrologiæ studiosi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non posse vt homines finem inueniant diuinandi scientiæ, propterea quòd neq; certa sit, neq; vera, neque Martem, aut Iouem nostra causa moueri in cœlo: verùm

ἀλλὰ τῶν μὲν ἀνθρωπηίων πρηγμάτων οὐδεμίην ὥρην ἐκεῖνοι ποιέονται, οὐδ' ἐστιν αὐτέοισι πὸς τάδε κοινωνίη, κατὰ σφέας δὲ χρείη τῆς περιφορῆς ἀναστρέφονται. ἄλλοι δὲ ἀστρολογίην ἀψευδέα μὲν, ἀνωφελέα δ' εἶναι λέγουσιν· οὐ γὰρ ὑπὸ μαντοσύνῃ ἀλλάσσεσθαι, ὁκόσα τῇσι μοίρῃσι δοκέοντα ἐπέρχεται. ἐγὼ δὲ πὸς τάδε ἄμφω ἐκεῖνα ἔχω εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀστέρες, ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν σφετέρην εἱλέονται, πάρεργον δὲ σφίσι τῆς κινήσεος τῶν καθ' ἡμέας ἕκαστον ἐπιγίγνεται. ἢ ἐθέλεις ἵππου μὲν θέοντος, καὶ ὀρνίθων, καὶ ἀνδρῶν κλονεομένων, λίθους ἀνασαλεύεσθαι, καὶ κάρφεα δονέεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων τοῦ δρομοῦ, ὑπὸ δὲ τῇ δίνῃ τῶν ἀστέρων μηδὲν ἄλλο γίγνεσθαι; καὶ ἐκ μὲν ὀλίγου πυρὸς ἀποῤῥοίη ἐς ἡμέας ἔρχεται, καὶ τὸ πῦρ οὐδὶ ἡμέας καίει τι, οὐδὲ οἱ μέλει τοῦ ὑμετέρου θάλπεος, ἀστέρων δὲ οὐδεμίην ἀποῤῥοίην δεχόμεθα; καὶ μέν τοι τῇ ἀστρολογίῃ, τὰ μὲν φαῦλα ἐσθλὰ ποιῆσαι, ἀδύνατά ἐστιν, οὐδὲ

verùm illis humanarum rerum nullam esse curam, neq; quicquã esse eis cum his negocijs cõmercij, verùm secũdum hos necessitate circũaguntur: partim dicunt Astrologiam non esse quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari vaticinio quæcunq; fatis decreta instant.

[r] *At ego sanè vtrisq; respondere possum, stellas in cœlo suo quidem motu volui, cæterùm obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An vis equo currẽte, & gallinis aut hominibus tumultuantibus lapides subsilire, stipulasq; moueri vẽtis cursu cõcitatis, siderum verò vertigine nihil prætereà effici? tũ ab igni exiguo calor ad nos permanat, neq; nostra tamen causa quicquam erit ignis, neque illi curæ est æstus noster, ab astris autem nihil ad nos defluit? At sanè fieri nõ potest, vt per Astrologiam ex malis bona faciamus, neq;*

οὐδὲ ἀλλάξαι τι τῶν ἀπορρεόντων πραγμάτων, ἀλλὰ τοὺς χρεωμένους τάδε ὠφελέει, τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας ἀφιξόμενα πολλὸν ἀπόπροσθεν εὐφρανέει, τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα εὐμαρέως δέχονται. οὐ γάρ σφισι ἐπέρχεται, ἀλλ' ἐν μελέτῃ καὶ προσδοκίῃ ῥηΐδια καὶ πρηέα ἡγεῖται. τάδε ἀστρολογίης πέρι ἐγὼν ὑπολαμβάνω.

neq; mutare quicquã earum rerũ quæ ab illis ad nos demanant: sed hãc vtilitatem ars adfert vtentibus. Bona multò antè delectant eos qui ventura præscierint: mala verò facilè cùm non imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt, sed quia meditata expectataq; sunt, leuia mitiaq; videntur. Hæc mea est de Astrologia sententia.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a DE COELO.] *Propositio.* *b* Neque enim.] *A' simili.* *c* Primùm igitur.] *Commemorat à quibus principiò hæc ars inuenta, culta & locupletata fuerit.* *d* Quod lunæ non esse lumen propriũ.] *Luna adscititio lumine:* hoc est, *Solis radijs fulget, vnde ab Apuleio alienæ lucis indiga vocatur, eiusq; globus, lucens à Virgilio 6. Aen. dicitur, quod (si Seruio credimus) lucens illud sit, quod aliunde illuminatur. Illa ideo in Icaromenippo de philosophis conqueritur.* *e* Porrò Aegyptij.] *Hic Lucianus apertissimè docet Astrologiam, atq; ex ea diuinationem in causa fuisse, vt diuersa animalia maximo in honore apud Aegyptios habita fuerint.* *f* Annum verò Sole.] *Solis annus quem peragit, ab vno signo ad idẽ rediens, vnde annus vertens vocatur, & habetur magnus, cùm lunæ annus breuis putetur. Arcades annum tribus mensibus, Acarnanes verò vj. mensibus dimensi sunt. Græci verò cccliiij. diebus.* *g* Nam apis.] *Osiris rex Aegypti tandem in deos relatus cum vxore sua Iside, colitur sub imagine bouis, quam Apim*

seu

seu Serapin appellant, propterea quòd ab vxore post cædem eius à fratre factam, quæsitus & inuentus, laceratus ibidem postea repertus, bos creditus sit fuisse Osiris. h Ammonis oraculum.] *Ammon Iouis epitheton,* hoc est, *arenarius. nam ἄμμος arenam significat. Iupiter enim arietis specie, in extremo Libyæ arenoso colebatur: vt Apollo Clarius est dictus, quòd coleretur in Claro insula. Ammonis oraculum erat olim, vt Mela scribit, fidei inclytæ, vbi responsa oratione non dabantur, vt Delphis, quemadmodum scribit Strabo, sed nutu & signis, qui & oracula minore indignatione fuisse ex eo dicit, quod Romani, qui rerum potiebantur, alia diuinationis genera colerent, ex auibus, extis, libris Sibyllinis. Lege ea quæ in Diogenis & Alexandri dialogũ annotauimus.* i Dædalus.] *Dædali architecti insignis Atheniensis, notissima est fabula, qui vnà cum Icaro è Creta alis, quas cera sibi & filio agglutinârat, in altum se eleuans, tyrãnidem & iram Minois fugiebat. Virgilius 6. Aeneid. Ouidius libro 8. Metamorph.* k Endymion.] *Primus Lunæ motum obseruasse atque alijs ostendisse dicitur. Plinius lib. 2. cap. 9.* l Phaëthontẽ Solis filium.] *Hanc fabulam persequitur Ouid. lib. 2. Met. initio. Plato in Timæo, quid hæc fabula significet, docet Arist. περὶ θαυμῶς ἀκουσμ. scribit Electridas insulas in latebris, & recessu Adriæ, ab Eridano fluuio quondam fuisse exaggeratas. Huius autem loci incolas, dicere Phaëthontem fulmine percussum, in hanc paludem decidisse. Idem lib. 4. de mundo in extremo de eadem fabula. Lucr. lib. 5. hanc etiam refert.* m Aeneam Veneris.] *Putat Aeneam dictum esse Veneris filium, quoniam eum nascentẽ respexit Venus:* hoc est, *quoniam habuit Venerem in horoscopo. At non modò poëtæ, sed etiam historici scribunt, eum fuisse Veneris & Anchisæ filium. De eo Eustath. in lib. 2. Iliad. Homericæ. Vnde autem dictus sit, docet Homer. in hymno Veneris 1. vbi loquitur Venus ad Anchisen. Si enim, inquiunt Mathematici, Iupiter, ac Venus Soli, feliciterq; collocati præsideant in genituris, eos qui nascuntur, efficiunt pios, religiosos, beneficos, puros, innocentes, publici boni, iustiq; cultores, & prudentes, qualem Virgil. Aeneam describit, tanquam sit ita natus.* n Veneris ac Martis.] *Concubitus Veneris ac Martis ab Homero Odyss. θ. luculenter describitur:*

tur: in Colloquijs quoque Luciani, & postea in Metamorphoseos Ouidij lib. 4. o Denique.] *Commemorat quomodo apud veteres oracula ad Astrologiæ rationem relata sint.*

p Ad hæc Lycurgus.] *Plenilunium magna superstitione antiquis colebatur, & in eo mulieres partu facilius leuari scribit Plutarchus. Prælium Lacedæmonij ante plenilunium ex Lycurgi præscripto non inibant. In eam superstitionem iocatur Aristoph.* τὴ παυσελήνῳ: id est, *plenilunio, sero aut nunquam futurum significans. Vide Erasm. nostrum in Adagio: Acessei luna.* q Arcades.] *Arcades in summam morum immanitatem efferati sunt, quòd cæteris omnibus ampletentibus Astrologiam, cæterasq; liberales disciplinas, quarum cultus mansuescunt hominum ingenia, soli contempserint, seq; fecerint antiquiores ipsa luna: vnde & προσελήνους dicti. Seruius in 2. Georg. ita: Arcades se proselenos esse asserere:* id est, *ante lunam natos esse, Cicero in Fundaniana commemorat.* r At ego.] *A similibus, & signis.*

EIKONES. IMAGINES.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

EFfigiat hoc dialogo Lucianus typum siue exemplar formosissimæ atque honestissimæ mulieris, quæ non tantùm pulchritudine corporis perfecta & numeris omnibus absoluta sit, verùm etiam eas animi dotes eamque morum venustatem ac gratiam habeat, quæ fœminarum proprijssimæ sint, & pro personæ qualitate quamque maximè commendent. Ac priorem quidem descriptionem, corporis ac formæ videlicet, ex sua persona effingit, collatione facta omnium earum, & statuarum, & imaginum, quæ vnquam à clarissimis artificibus factæ præcipuè celebrantur, sumendo ex vnaquaque quod in ea potissimum fuit,

ac

ac plurima laude nobilitatum. Alteram autem quæ sermonis ac vocis suauitatem, eloquentiam, studia, cognitionemque liberalium scientiarum, præterea sapientiam quoque ac prudentiam, modestiam, pudicitiam, & (quam in hac cum primis commendat) animi æquabilitatem ac moderationem describit: sub Polystrati cuiusdam persona, cum quo Dialogum hunc instituit, proponit, etiam ipsam collationibus exemplorum cùm poëticorum, tum historicorum eodem modo illustratam. Vtrum autem Imperatoris alicuius eorum sub quibus ipse vixit, an externi regis cuiuspiam vxorem aut etiam concubinam, hoc tam exquisito ac singulari encomio celebret, dubitari potest. Nam Traiani quidem atque Adriani vxoribus, sub quorum imperio pleraque scripsit, & nomen & patria repugnare videntur, cùm altera Plotina, altera Sabina dicta fuerit: hanc autem ipse, vt illam apud Xenophontem Abradatæ vxorem, Pantheam vocari dicat, & ex Smyrna Ionica ciuitate natam fuisse. Et tamen appellatione regis Magni, qua veteres Græci solum Persarum regem nominabant, idem infrà etiam imperatorem Romanum designat: cùm in Toxari ait Diniam à præfecto Asiæ ad regem Magnum (quanquam ibi regem Persarum, qui tum nullus fuit, Erasmus quoque verterit) in Italiam missum, & ab eo damanatum in Gyarum insulam relegatum fuisse,

AYKI-

ΛΥΚΙΝΟΥ ΚΑΙ ΠΟ-
λυστράτ.



λλ' ἢ τοιοῦτόν
τι ἄρα ἔπασχον
οἱ τὼ γοργῶ ἰα-
δόντες, οἷον ἐ-
γὼ ἔναγχος ἔπαθον, ὦ Πολύ-
στρατε, παγκάλω τινὰ γυναῖ-
κα ἰδών· ἀῶλὸ γὰρ ἦ μύθε ἐκεῖ-
νο, μικρῦ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώ-
που σοι γενόμενα, ὥσπερ ὑ-
πὸ ἦ θαύμαζος. Πο. Ηράκλεις,
ὑπερφυές τι τὸ θέαμα φὴς, κ)
δεινῶς βίαιον, εἴγε κ) Λυκῖνον
ἐξέπληξε γυνή τις ὅσα· σὺ γὰρ
ἐκ μὲν ἦ μυρακείων κ) πάνυ
ῥᾳδίως αὐτὸ πάσχεις, ὥς τι
θαῦμα ἄρα ἐς ὅλον ἦ Σίπυλον
μετακινήσαι, ἢ σὲ ἦ καλῶν
ἀπάγοι, μὴ ἔχοι παρεσάσα αὐ-
τοῖς κυκνότα κ) ὑπιδακρύοντα
τά γε πολλάκις, ὥσπερ ἐκεῖ-
νῳ αὐτῷ τῷ Ταντάλου.
ἀτὰρ ἔπί μοι, τίς ἡ λιθοποιὸς
αὕτη Μέδουσα ἡμῖν ὅτι, κ)
πόθεν, ὡς κ) ἡμᾶς ἴδοιμεν; οὐ

LVCIANVS, POLY-
stratus.



T profectò tali quopiam illi absumpti sunt exitio, quibus Gorgonis facies conspecta est, quali ego paulò antè penè interijssem, ô Polystrate, visa summa forma muliere: & quod in ea fertur fabula, parũ aberat quò minus ego saxũ ex homine factus sim. spectaculi admiratiõe rigore attracto. POL. O Hercules, musitatũ quoddam & nouum dicis spectaculũ, nimisq; violentum, si Luciano quoque stuporem induxerit muliercula. Hoc equidẽ formosis conspectis iuuenibus facilè tibi solet accidere, ita vt quispiam citiùs totum Sipylum loco dimoueret suo, quã te à formosis queat abstrahere: qui nõ solùm hianti ore illis assistere consueuisti, sed lachrymas quoq; non rarò profundere tibi moris est, quemadmodum illam perhibent Tantali filiam. Veruntamen responde mihi, quæ illa tandem est Meduſa saxifica, & vnde generis ortum ducit, vt & nos illam videamus? Neque

οὐ γὰρ οἶμαι, φθονήσεις ἡμῖν τὸ θέας, ὃν ξηλοτυπήσεις εἰ μέλλοιμεν πλησίον σοῦ καὶ αὐτοὶ παραπεπηγέναι σοι ἰδόντων. Λυ. καὶ μὲν δὴ ἀδίκως γέ σε, ὡς ἔοικεν, περιωπῆς μόνον ἀξιοῖς ἐς αὐτὸν, ἀχανῆ σε, καὶ τῶν ἀνδριάντων ἀκινητότερον ἀφροντιστεῖν. καίτοι τοῦτο μὲν ἴσως ἀρκυϊκατήριόν σοι, καὶ τὸ πρᾶγμα ἄπορον καὶ αἰσχρόν, εἰ αὐτὸς ἴδοις εἰ δὲ μή, ἀκούσῃ τάχα βλάψει σε, τίς ἴσως μηχανὴ ἀποστῆσαι αὐτῆς; ἀπάξει γάρ σε ἀναθησαμένη, ἔνθα ἂν ἴδῃ, ὅπερ καὶ ὁ λίθος ὁ ἡρακλεία δρᾷ τὸ σίδηρον. Πο. παύου, ὦ Λυκῖνε, περαίνοντι καλῶς ἀναπλάττων. ἀλλ' ἔπεί μοι, τίς ἡ γυνή ἐστιν; Λυ. οἷα γάρ με ὑπερβαλέσθαι τῷ λόγῳ, ὃς δείδια, μή σοι ἰδόντι ἀσθενής τις ἔπαινος δόξῃ, παραλογίσηται ἀμείνων φανεῖσα). πολὺ ἁπαλὴ μὲν ὅτις μὴ οὐκ ἂν ἐπῆν ἔχοιμι, *Neque enim, vt mea est opinio, nobis inuidebis spectaculũ, neq; zelotypiæ morbo laborabis, etsi nos illa conspecta rigore concreuerimus.* Lvc. *Atqui hoc planè tibi cõpertũ esse oportet, quòd si ex sola specula illã intuitus fueris, mutũ ilicò ac ipsis statuis immobiliorem te faciet. Et fortasse quod dixi, leue est præ hoc quod dicturus sum. Vulnere quoq; non admodum tempestiuo te cõsauciabit, si coràm ipse illã intueberis. At si illa conuersis oculis temet inspexerit, quæ facultas tibi relinquetur te ab illa auellendi? Abducet te alligatũ quocunq; collibuerit, quemadmodum lapidem Heracleum ferrum ad se attrahere perhibent.* Pol. *Desine verò, ô Luciane, prodigiosam quandam & monstrificam effingere pulchritudinem. Sed hoc mihi expedi, quænam illa fuerit mulier.* Lvc. *An tu me oratione eius formam immodicè attollere existimas, qui vereor ne eam tibi iam visam, ingenij culpa atque infirmitate nimis ieiunè laudârim? Tantò tibi eius facies oratione mea amplior videbitur, atq; excellentior. Cæterùm quænam sit,*

θραπεία δὲ πολλὴ, καὶ ἄλλη περὶ αὐτὴν παρασκευὴ λαμπρὰ, καὶ συνέχωρ τι πλῆθος, καὶ ἄβραι πάνυ πολλαί. καὶ ὅλως μεῖζόν γε ἢ κατὰ ἰδιωπικὴν τύχην ἐδόκει τὸ πρᾶγμα εἶναι. Πο. οὐδὲ τοὔνομαι ἐπύθου σύγε, ἤ τις καλοῖτο; Λυ. οὐδαμῶς, ἢ τοῦτο μόνον, τῆς Ἰωνίας ἐστί. τῶν θεατῶν γάρ τις ἀπιδὼν ἐς τὸν πλησίον, ἐπεὶ παρῆλθε, τοιαῦτα μέν τοι ἔφη τὰ Σμυρναικὰ κάλλη. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ ἡ καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων, τὴν καλλίστην γυναῖκα ἤνεγκεν. ἐδόκει δέ μοι Σμυρναῖος καὶ αὐτὸς ὁ λέγων εἶναι, οὕτως ἐσεμνύνετο ἐπ' αὐτῇ. Πο. οὐκοῦν ἐπὶ λίθου τοῦτό γε ὡς ἀληθῶς ἐποίησας, οὔτε παρακολουθήσας, οὔτε τὸν Σμυρναῖον ἐκεῖνον ἐρόμενος ὅς τις ἦν, κἂν τὸ εἶδος, ὡς οἷόν τε, ὑπόδειξον τῷ λόγῳ· τάχα γὰρ ἂν οὕτω

mihi non promptum est dicere. Magnus circa illã cernebatur cultus, & apparatus splendidus. Eunuchorum numeroso satellitio stipata: multis prætereà alijs, & illis teneris puellis comitata incedebat. In summa, omnia erãt ampliora, quàm quæ priuatæ fortunæ mediocritas sustentare possit. POL. *Ergo ne nomen quidem inaudîsti tu, quænám vocaretur?* LVC. *Ne nomen quidem teneo, nisi hoc solum, illam esse oriundam ex Ionia. Siquidem spectatorum quispiam, conuersis in proximum oculis, quando præteribat: Tales, inquit, Smyrnææ sunt pulchritudines. Nihil autem mirandum est, si ex Ionicis vrbibus pulcherrima, mulierẽ produxerit pulcherrimam. Visus verò est & ille mihi Smyrnæus esse, qui ista dixerat, adeò insolenter de illa iactabat.* POL. *Proinde hoc reuera vt lapis fecisti, qui neque illam consecutus es, neque Smyrnæum illum quæ fuerit, interrogâris. Atqui saltem speciem, quoad eius fieri potest, oratione mihi adumbrato, si queam fortasse ista ratione illam*

οὕτω γνωρίσαιμι. Λυ. ὁρᾷς, ἡλίκον τοῦτο ᾔτησας, οὐ κατὰ λόγων δύναμιν, καὶ μάλιστά γε τῶν ἐμῶν, ἐμφανίσαι οὕτω θαρμασίαν εἰκόνα, πῶς ἢν μόλις ἂν ἢ Απελλῆς ἢ Ζεῦξις ἢ Παῤῥάσιος ἱκανοὶ ἔδοξαν, ἢ εἴ τις Φειδίας ἢ Αλκαμένης, ἐγὼ δὲ λυμανοῦμαι τὸ ἀρχέτυπον, ἀστενείᾳ τῆς τέχνης. Πο. ὅμος, ὦ Λυκῖνε, ποῖά τις ἦν τὴν ὄψιν; οὐ γὰρ ἐπισφαλὲς τὸ τόλμημα, εἰ φίλῳ ἀνδρὶ ἐπιδείξαις τὴν εἰκόνα, ὅπως ἂν τῆς γραμμῆς ἔχει. Λυ. καὶ μὴν ἀσφαλέστερον αὐτὸς ποιήσειν μοι δοκῶ, τῶν παλαιῶν τινας ἐκεῖνον τεχνητῶν παρακαλέσας ἐπὶ τὸ ἔργον. ὡς ἀναπλάσιάν μοι τὴν γυναῖκα. Πο. πῶς τοῦτο φῄς; ἢ πῶς ἂν ἀφίκοιντό σοι πὸ τοσούτον ἐτῶν ἀπεθανόντες; Λυ. ῥᾳδίως, ἢν περ σὺ μὴ ὀκνήσῃς ἀπεκρίνεσθαι τί μοι. Πο.

illam cognoscere. LVC. *Vide quantam rem à me exigas. Neque enim tanta præstò est facultas orationibus, præcipuè verò meis, adeò admirandam imaginem in lucem producendi, ad quam delineandam vix Apelles, aut Zeuxis, aut Parrhasius sufficerent, aut si quis fuit vspiam Phidias, aut Alcamenes. Ego verò artis imbecillitate non mediocriter læsum deformabo archetypum.* POLYSTR. *Age tamen, effare obsecro, quali fuerit vultu prædita. Neque enim periculosa erit audacia, si familiari tuo ostenderis imaginem, quibus lineamentis adumbrata fuerit.* LVCIA. *Atenim longè tutiùs ipse mihi facturus videor, si quos priscorum illorum artificum ad præsens opus absoluendum adsciuero, vt mulieris formam mihi depingant.* POLYST. *Quorsum ista dicis? aut quónam pacto illi tibi adsciti venient, qui tot retrò seculis fato functi sunt?* LVCIANVS. *Perfacilè, dummodo te mihi non pigeat ad quæsita respondere.*

Πο. ἐρώτα μόνον. Λυ. ἐπεδήμησάς ποτε, ὦ Πολύστρατε, τῇ Κνιδίων; Πο. καὶ μάλα. Λυ. οὐκοῦν καὶ τὴν Αφροδίτην εἶδες πάντως αὐτῶν; Πο. νὴ Δία τῶν Πραξιτέλους ποιημάτων τὸ κάλλιστον. Λυ. ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν, ἤκουσας, οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς, ὡς ἐρασθείη τὶς τοῦ ἀγάλματος, καὶ λαθὼν ἀπολειφθεὶς ἐν ἱερῷ, συγγένοιτο, ὡς δυνατὸν, ἀγάλματι; τοῦτο μέν σοι ἄλλως ἱστορείσθω. σὺ δὲ (ταύτην γὰρ, ὡς φῂς, εἶδες) ἴθι μοι, καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ τὴν ἐν κήποις Ἀθήνησι, τὴν Αλκαμένους ἑώρακας; Πο. ἦ πάντων γ' ἄν, Λυκῖνε, ὁ ῥαθυμότατος ἦν, εἰ τὸ κάλλιστον τῶν Αλκαμένους πλασμάτων παρεῖδον. Λυ. ἐκεῖνο μέν γε, ὦ Πολύστρατε, οὐκ ἐξερήσομαί σε, εἰ πολλάκις ἐς

POLYSTR. *Roga quæcunque fert animus.* LVCIA. *Nunquam'ne, Polystrate, ad Cnidios peregrè profectus es?* POL. *Imò maximé.* LVC. *Proinde ante omnia* [a] *Venerem quoque illorum vidisti?* POL. *Sanè per Iouem, Praxitelis monimentum pulcherrimum.* LVC. *Sed nunquid etiam fabulam memorantibus de illa incolis inaudîsti, quomodo vnus aliquis eius imaginis infando amore correptus fuerit, tum quemadmodum latenter in templo derelictus, noctu cum imagine, quantum fieri potuit, rem habuerit? Sed hæc alio tempore inquirito, quippe hæc (vt ais) tibi planè visa est. Age verò, & hoc mihi responde, nunquid etiam illam Athenis quæ in hortis est, videlicet Alcamenis, conspexisti?* POL. *Sanè omnium inertissimus, ô Luciane, meritò censendus essem, si pulcherrimum Alcamenis figmentum negligenter contempsissem.* LVC. *Illud quidem, Polystrate, te non interrogabo, num sæpe in*

ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθὼν, καὶ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν τεθέασαι. Πο. εἶδον κἀκείνην πολλάκις. Λυ. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς. τῶν δὲ Φειδίου ἔργων τί μάλιστα ἐπῄνεσας; Πο. τί δ' ἄλλο, ἢ τὴν Λημνίαν, ᾗ καὶ ἐπιγράψαι τοὔνομα ὁ Φειδίας ἠξίωσε; καὶ νὴ Δία, τὴν Ἀμαζόνα, τὴν ἐπερειδομένην τῷ δορατίῳ. Λυ. τὰ μάλιστα, ὦ ἑταῖρε, ὥς τε οὐκέτ' ἄλλων τεχνιτῶν δεήσῃ. φέρε δὴ ἐξ ἁπασῶν ἤδη τούτων, ὡς οἷόν τε, συναρμόσας, μίαν σοι εἰκόνα ἐπιδείξω τὸ ἐξαίρετον παρ' ἑκάστης ἔχουσαν. Πο. καὶ τίνα ἂν τρόπον τοῦτ' γένοιτο; Λυ. οὐ χαλεπὸν, ὦ Πολύστρατε, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε παραδόντες τὰς εἰκόνας τῷ λόγῳ, ἐπιτρέψαιμεν αὐτῷ μετακοσμεῖν, καὶ συντιθέναι καὶ ἁρμόζειν, ὡς ἂν εὐρυθμότατα δύναιτο, φυλάττον ἅμα τὸ συμμιγὲς ἐκεῖνο, καὶ ποικίλον. Πο. εὖ λέγεις, καὶ

in arcem conſcenderis, ac Calamidis Soſandram ſpectâris. POL. *Et hanc vidi ſæpenumeró.* LVC. *Iam & iſta abundè ſufficiunt. At ex operibus Phidiæ quódnam maximè collaudâſti?* POL. *Quódnam aliud, quàm illam* [b] *Lemniam, quam hoc quoq; titulo nobilitare non dubitauit Phidias? Inſuper illam quoque Amazonem, quæ haſtæ innititur.* LVC. *Pulcherrima ſunt iſta, ô amice: itaque alijs non ampliùs egebis artificibus. Age verò iam ex omnib. his, quoad eius fieri poterit, vnicam imaginem compoſitam tibi oſtenſurus ſum, ab vnaquaque præcipuum ſpecimē habentem.* POL. *Et quo pacto hoc fieri poteſt?* LVC. *Haud difficili, ô Polyſtrate, ſi nunc in præſens traditis orationi imaginibus, illi permiſerimus exornandi copiā, tum cōponendi & coaptandi facultatem, quantum fieri poterit luculentiſsimè, eâdem opera temperaturam obſeruanti, & iucundam varietatem.* POLYST. *Rectè dicis:*

καὶ δὴ παραλαβὼν δεικνύ-
τω· ἐθέλω γὰρ εἰδέναι, ὅ, τι
καὶ χρήσεται αὐταῖς, ἢ ὅπως ἐκ
τοσούτων μίαν τινὰ συνθεὶς,
οὐκ ἀπάδουσαν ἀπεργάσε-
ται. Λυ. καὶ μὴν ἤδη σοι
ὁρᾷν παρέχει γιγνομένην τὴν
εἰκόνα, ᾧδε συναρμόζων, τῆς
ἐκ Κνίδου ἡκούσης μόνον τὴν
κεφαλὴν λαβών. οὐδὲν γὰρ
τοῦ ἄλλου σώματος, γυμνοῦ
ὄντος, δεήσεται. τὰ μὲν ἀμ-
φὶ τὴν κόμην καὶ μέτωπον,
ὀφρύων τὲ εὔγραμμον ἐά-
σεις ἔχειν, ὥς περ ὁ Πραξιτέ-
λης ἐποίησε· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν
δὲ τὸ ὑγρὸν, ἅμα τῶν φαιδρῷ
καὶ κεχαρισμένῳ. καὶ τοῦτο
διαφυλάξει κατὰ τὸ Πραξι-
τέλει δοκοῦν. τὰ μῆλα δὲ, καὶ ὅ-
σα τῆς ὄψεως ἀντωπὰ, παρ'
Αλκαμένους, καὶ τῆς ἐν κή-
ποις λήψεται. καὶ πρόσεστι, χει-
ρῶν ἄκρα, καὶ καρπῶν τὸ εὐ-
ρυθμον, καὶ δακτύλων τὸ εὐ-
άγωγον, ἐς λεπτὸν ἀπλῆγον,
παρὰ

proinde assumptis illis demonstret. Perlibenter verò videre gestio, quinã illis vsura sit, aut quomodo ex ijs omnibus vnam compositam, nec vlla in parte discrepantem absolutura sit.

LVCIAN. *Atqui iam tibi videndi facultas præstabit nascentem imaginem ita cõponens: Veneris è Cnido adductæ, si tantùm caput sumpserit, reliquis nudi corporis partibus opus non habebit. Porrò quod ad comam & vultum attinet, ac decẽtem superciliorum ambitum, illi habendum concedes, quemadmodum à Praxitele absoluta est. Quinetiam oculorum mobilem agilitatem amabili hilaritate & gratia temperatam retinebit, sicut visum est Praxiteli. Cæterùm vbera, & quæcunque vultus sunt partes priores, ab Alcamenis* [c] *Venere quæ in hortis sita est, mutuò accipiet. Ad hæc manus teretes, earundemq; concinnam iuncturam, digitorumq; tenellorum dictum non difficilem, in extremis in orbiculatam exilitatem desinentium,*

ab

παρὰ τῆς ἐν κήποις καὶ ταῦτα· πλὴν δὲ τοῦ παντὸς τοῦ σώματος περιγραφὴν, καὶ παρειῶν τὸ ἁπαλὸν, καὶ ῥῖνα σύμμετρον ἡ Λημνία παρέξει, καὶ Φειδίας ἔτι, καὶ σώματος ἁρμονίαν ὁ αὐτὸς, καὶ τὸν ὠχρὸν παρὰ τῆς Ἀμαζόνος λαβών. ἡ Σωσάνδρα δὲ καὶ ὁ Κάλαμις ἀδοῖ κοσμήσουσιν αὐτήν. καὶ τὸ μειδίαμα λιπὸν καὶ λιχνοῦς, ὥσπερ τὸ ἐκείνης ἔσται, καὶ τὸ ἁπαλὲς δὲ, καὶ κόσμιον τῆς ἀναβολῆς, παρὰ τῆς Σωσάνδρας, πλὴν ὅτι ἀκάλυπτος αὐτὴ ἔσται πλὴν κεφαλῆς, τῆς ἡλικίας δὲ τὸ μέτρον, ἡλίκον ἂν γνοίης κατὰ πλὴν ἐν Κνίδῳ ἐκείνην μάλιστα. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο κατὰ τὸν Πραξιτέλην μετρήσασθαί σοι, ὦ Πολύστρατε, δοκεῖ καλῶς γνώσεσθαι ἡ ἐκὼν, καὶ μάλιστα ἐπειδὴν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀφίκηται; Πο. ἔτι γὰρ, ὦ

ab ea quæ in hortis est, & illa vtenda recipiet. At verò totius faciei descriptionem, & lineamenta, genarumque teneram mollitiem, & nasum intra rectum modum cohibitum, præstabit Lemnia & [d] Phidias. Idem quoque dabit oris conformem compositionem: cervicem verò lacteam sumet ab Amazone. Porrò autem Sosandra & Calamis eandem ornabunt verecundia. Risu prætereà tenui fallente intuentis oculos, animi orisque hilaritatem ostendet, qualis & illius esse solet. Vestitus frugalem mundiciem à Sosandra concessam habebit, præterquam quòd illa nudo & aperto erit capite. Aetatis autem mensura quantacunque illi fuerit, iuxta Cnidorum Venerem metienda est. Etenim & hanc Praxitelem diligenter emensum esse video. Ecquid tibi videtur, Polystrate? eritne imago satis ornata & elegans, & maximè posteaquam exactissimè absoluta fuerit? POLYSTRATVS. Adhuc,

ὦ γενναιότατε, καταλέλοιπάς τι κάλλος ἔξω τοῦ ἀγάλματος, οὕτω πάντα ἐς τὸ αὐτὸ συμπεφορηκώς; Λυ. τοῦτο μικρότατον, ὦ φιλότης, εἰ μή σοι δόξει ὀλίγα πρὸς εὐμορφίαν συντελεῖν χρόα, καὶ τὸ ἑκάστῳ πρέπον, ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς, ὁπόσα μέλανα, λευκὰ δ' ὅσα τοιαῦτα χρὴ, καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα κινδυνεύει τοῦ μεγίστου ἔτι ἡμῖν προσδεῖν. πόθεν οὖν καὶ ταῦτα ποιεσαίμεθ' ἄν; ἢ παρακαλέσαιμεν, δηλαδὴ τοὺς γραφέας καὶ μάλιστα, ὁπόσοι αὐτῶν ἄριστοι ἐγένοντο, κεράσασθαι τὰ χρώματα, καὶ εὔκαιρον ποιεῖσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν. καὶ δὴ παρακεκλήσθω Πολύγνωτος, καὶ Εὐφράνωρ ἐκεῖνος, καὶ Απελλῆς, καὶ Αετίων. οὗτοι δ' διελόμενοι τὸ ἔργον, ὁ μὲν Εὐφράνωρ χρωσάτω

ô generosissime, nonnulla formositatis pars in excolenda imagine tibi intermissa est, adeò omnes exornandi rationes in vnum contulisti. LVC. *Illud enimuerò, amice, quod dixisti, maximũ est, nisi tuo iudicio minimũ momenti ad summam formæ præstantiam colores addere posse videantur, & cuius in quaque corporis parte maximè ratio habenda est, decorum: vt exactè, vt perfectè nigra sint, quæcunque nigra: & alba, quæcunque alba esse conuenit: vtq; apto decentiquè rubore florescant omnia. Ac iam de his periclitamur, cùm adhuc quod maximum est, desideramus. Vnde ergo eius rei copiam nobis parabim⁹ aut accersemus, videlicet pictores, cum primis verò illos, quos hoc artificio præ cæteris longè præcelluisse cognouimus, vt colores nobis aptè commixtos temperent, eosdemq; pro decoro luculentè & artificiosè accommodent? Sanè verò accersatur Polygnotus, & Euphranor ille, atque etiam Apelles, Aetione vnà comitante. Illi diuiso inter se opere, Euphranor*

comam

σάτω τὴν κόμην, οἵαν τῆς Ηρας ἔγραψεν. ὁ Πολύγνωτος δὲ ὀφρύων τὸ ἐπιπρεπὲς, καὶ παρειῶν τὸ ἐνερευθὲς, οἵαν τὴν Κασάνδραν ἐν τῇ λέσχῃ ἐποίησε, τοῖς Δελφοῖς. καὶ ἐσθῆτα δὲ οὗτος ποιησάτω, ἐς τὸ λεπτότατον ἐξειργασμένην, ὡς συνεστάλθαι μὲν, ὅσα χρὴ, δηνεμῶσθαι δὲ τὰ πολλά. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὁ Απελλῆς δειξάτω, κατὰ τὴν Πακάτην, μάλιστα μὴ ἄγαν λευκὸν, ἀλλὰ ἔναιμον ἁπλῶς. τὰ χείλη δὲ οἷα Ρωξάνης, ὁ Αετίων ποιησάτω. μᾶλλον δὲ τὸν ἄριστον. τῶν γραφέων Ομηρον, παρόντος Εὐφράνορος καὶ Απελλοῦ, δεδέγμεθα. οἷον γάρ τι τοῖς Μενελάου μηροῖς τὸ χρῶμα ἐκεῖνος ἐπέβαλλεν, ἐλέφαντι εἰκάσας ἠρέμα πεφοινιγμένῳ, τοῖόν δὲ ἔστω τὸ πᾶν. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς γραψάτω, βοῶπίν τινα ποιήσας αὐτήν. συνεπι=

comam pinget, qualem Iunonis depinxit. At Polygnotus superciliorum decoram distantiam, & malarum decentem rubedinem, cuiusmodi Cassandram apud Delphos fecit in conuenticulis, exprimat. Amictum verò ille quoque præparet, quàm poterit tenuissimè elaboratum, vt quæcunque par est, corpori decenter applicet, multa verò ventis diffundenda relinquat. Porrò reliquũ corpus ipse Apelles absoluat, secundùm Pacatæ simulachrum, ita tamen ne nimium addat albedinis, sed planè temperanter rubescat. Labia autem non sint alia, atque Rhoxanæ Aetion addidit. Quin potiùs præstantissimum inter omnes pictores Homerum, Euphranore & Apelle posthabito, in partem operis suscipimus? Siquidem cuiusmodi ille colorem Menelai adiecit femoribus, ebori purpureo ostro infecto assimilatis, tali vniuersum corpus colore niteat. Cæterũ ille ipse pingat, & oculos e bouinis, hoc est, pulchris & nitentib. oculis præditã exprimens.

συνεπιλήψεται τοῦ ἔργου αὐτῷ καὶ ὁ Θηβαῖος ποιητὴς, ὡς τὸ βλέφαρον ἐξεργάσεσθαι. καὶ φιλομειδῆ δὲ Ὁμηρος ποιήσει, καὶ λευκώλενον, καὶ ῥοδοδάκτυλον, καὶ ὅλως τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσει πολὺ δικαιότερον, ἢ τῇ τοῦ Βρισέως. ταῦτα μὲν οὖν πλαστῶν καὶ γραφέων καὶ ποιητῶν παῖδες ἐργάσονται. ὁ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ χαρις, μᾶλλον δὲ ὃ πᾶσαι ἅμα ὁπόσαι χάριτες, καὶ ὁπόσοι ἔρωτες περιχορεύοντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο; Πολ. θεσπέσιόν τι χρῆμα, ὦ Λυκῖνε, φῂς, καὶ διιπετὲς ὡς ἀληθῶς, οἷόν τι τῶν ἐξ οὐρανοῦ γένοιτο. τί δὲ πράσσουσαν εἶδες αὐτήν; Λυκ. βιβλίον ἐν ταῖν χεροῖν εἶχεν, ἐς δύο συνειλημμένον. καὶ ἐῴκει τὸ μέντοι ἀναγινώσκεσθαι αὐτοῦ, τὸ δὲ ἤδη ἀνεγνωκέναι. μεταξὺ δὲ

In partem laboris veniat illi opem ferens, & poëta ille Thebanus, vt venustate sua exornet palpebras. Homerus quoq; illam risus amantem & studiosam faciat, & candidis humeris atque lacertis decoram, & roseos habentem digitos. In summa, totam aureæ Veneris formositati longè iustius illam comparet, quàm Brisei filiã. Hæc, inquam, fictores atque pictores & poëtæ elaborabunt. Quòd autem per omnia amabili quadam elegantia niteat, hoc Gratiæ erit officium, aut potiùs omnium quotquot vspiam sunt Gratiæ atque Cupidines chorum ducentes. Quis talem imitatione assequi possit imaginem? POLYST. *Diuinum quoddam opus producis, ô Luciane, & profectò ab ipso Ioue demissum cœlitùs, & cuiusmodi apud superos absolutum esse credibile est. Quid autem rei ipsam facientem vidisti?* LVC. *Codicillos habebat in manibus, duabus partibus complicatos: videbaturq; alteram iam perlegisse, alteram verò etiamdũ legendo perlustrare. Porrò autem in-*

ξὺ δὲ προϊοῦσα, διελέγετο τῶν παρομαρτούντων τινὶ, οὐκ οἶδ' ὅ,τι· οὐ γὰρ ἐς ἐπήκοον ἐφθέγγετο. πλὴν μειδιάσασαί γε, ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ἐξέφηνε, πῶς ἂν εἴ ποιμί σοι, ὅπως μὲν λευκοὺς, ὅπως δὲ συμμέτρους, καὶ πρὸς ἀλλήλους συνηρμοσμένους, εἴπου μάλιστον ὅρμον εἶδεν, ἐκ τῶν στιλπνοτάτων καὶ ἰσομεγέθων μαργαριτῶν, οὕτως ἐπὶ στίχου ἐπεφύκεσαν, ἐκοσμοῦν τὸ δὲ μάλιστα τοῦ τῶν χειλέων ἐρυθήματι. ὑπεφαίνοντο γοῦν αὐτῷ δὴ τοῦ τοῦ Ὁμήρου ἐλέφαντι, τοῦ πρίστῳ ὅμοιοι. οὐχ οἱ μὲν πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ προέχοντες ἢ διεστηκότες, οἷοι ταῖς πλείσταις, ἀλλὰ τις πάντων ἰσοτιμία καὶ ὁμόχροια, καὶ μέγετος ἓν, καὶ πρόσεχεῖς ὁμοίως. καὶ ὅλως, μέγα τὶ θαῦμα καὶ θέαμα, πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός. Πολ. ἔχ' ἀτρέμας· συνίημι γὰρ ἤδη

tem inter progrediēdum nescio quæ verba cum quadam ex pedisequis faciebat: neq; enim tam clarè vt exaudiri possit, loquebatur: veruntamen tenuiter ridendo, ô Polystrate, dentes ostendebat, dij boni quàm albos, quàm mediocres, quàm aptè inter se constitutos. Sicubi segmētum aut monile vidisti pulcherrimum nitidissimis & æquali magnitudine pollentibus margaritis confectum, tam concinna decentiq; serie erant enati. Plurimum verò decoris & ornatus illis accedebat ex labijs perpulchrè rubentibus. Elucebant itaque ipsi Homerico ebori recenter secto similes. Neque verò alij alios deformi latitudine excedebant, aut alij cæteris altiùs eminebant, aut præcedendo extabant, cuiusmodi in multis est cernere, sed erat vna omnibus æqualitas, idemq; color & magnitudo eadem, eâdem serie cōnexis. In summa, magnæ admirationis spectaculum de se præbebat, omnem humanæ formositatis venustatem exuperans. POL. Quiesce parumper. Iam enim

ἤδη ϕρῶς πολυ, ὦ τινα καὶ λέγεις τὴν γυναῖκα, τούτοις τε αὐτοῖς γνωρίσας, καὶ τῇ πατρίδι. καὶ δυνέχους δέ τινας ἕπεσθαι αὐτῇ ἔφης, νὴ Δία καὶ στρατιώτας τινάς. τὸν βασιλέα σωοῦσαν, ὦ μακάριε, τὸν ἀοίδιμον ταύτην λέγεις. Λυκ. τί δέ; ὅσην αὐτῇ τύνομα; Πολ. πάνυ καὶ τοῦτο γλαφυρὸν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἐπέρασον· ὁμώνυμον γάρ ἐστι τῇ τοῦ Ἀβραδάτα ἐκείνῃ τῇ καλῇ, οἶσθα πολλάκις. ἀκούσας ξυνοφῶντος, ἐπαινοῦντός τινα σώφρονα καὶ καλὴν γυναῖκα; Λυκ. νὴ Δία, καὶ ὡς πέρ γε ὁρῶν αὐτὴν, ὅτῳ δίκαιον, ὁπόταν κατ' ἐκεῖνο τὸ ἀναγινώσκων γένωμαι. καὶ μονονοὺχὶ καὶ ἀκούω λιγούσης αὐτῆς, ἃ πεποίηται λέγουσα, καὶ ὡς ὥπλιζε τὸν ἄνδρα, καὶ οἷα ἰὼν, παραπέμπουσα αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην. Πολ. ἀλλ', ὦ ἄριστε, σὺ μὲν, ὡς πέρτινα ἄρα, enim planè intelligo, quam tu mulierem dicas. his omnibus quæ dixisti, atq; adeò ex ipsa patria coniecturam faciens mihi cognita est, tum quòd eunuchos quoq; illam comitatos esse confirmâsti, & per Iouem etiam milites. Regis vxorem, ô beate, illam videlicet multis nominibus memorabilem tu memoras. LVC. Et quod illi nomen est? POL. Planè & illud nimis dulce & delicatum, ô Luciane, & omnibus modis amabile. Etenim cognominis est formosæ illi Abradatæ coniugi. Hauddubiè enim nouisti, sæpenumerò audito Xenophonte modestam quampiam & formosam admodum mulierem collaudante. LVC. Sanè per Iouem quasi illã oculis coràm intuerer, ita animo affectus sum, quotiescunq; eum Xenophontis locum perlego: ac tantùm non illam loquentem audio, dum quæ facta sint, commemorat, & quemadmodum maritum armis induat, tum qualis erat eundem in pugnam emandans. PÓL. Atqui tu, ô optimè, illam tanquam fulgur

ἀστραπὴν παραδραμοῦσαν, ἅπαξ εἶδον αὐτὴν, καὶ ἔοικας τὰ πρόχειρα ταῦτα· λέγω δὲ τὸ σῶμα, καὶ τὴν μορφὴν ἐπαινεῖν, τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἀθέατος εἶ. οὐδὲ οἶσθα, ὅσον τὸ κάλλος ἐκεῖνό ἐστιν αὐτῆς, μακρῷ τινι ἄμεινον, καὶ θεοειδέστερον τοῦ σώματος. ἐγὼ δὲ, συνήθης γάρ εἰμι, καὶ λόγων ἐκοινώνησα πολλάκις, ὁμοεθνὴς ὤν. καὶ γὰρ, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, τὸ ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μεγαλόφρον, καὶ σοφροσύνην καὶ παιδείαν πρὸ τοῦ κάλλους ἐπαινῷ. ἄξια γὰρ προκεκρίσθαι ταῦτα τοῦ σώματος. ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη, καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τὴν ἐσθῆτα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι. τὸ δ' ἐντελὲς κάλλος, οἶμαι, τοῦτό ἐστιν, ὁπόταν ἐς τὸ αὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ,

fulgur prætercurrens saltem semel conspexisti: videris q; facilia & prompta illa, nimirum corpus & formam, illustrare laudibus: cæterũ dotes animi, quibus prædita est, intuentium oculis non sunt obuiæ, neque compertum habes quantò præcellat ista pulchritudine, qua mens illius exornata est, quæq; corporis forma longè præstantior, deabúsque conformior esse solet. At ego, qui & familiaritate illi iunctus sum, & sæpè in colloquium veni, nimirum conterraneus illi existens, planè earum rerum certus sum. Quippe, quod nec tibi obscurum esse opinor, mihi moris est, morum suauitatem, humanitatem, animi magnitudinem, modestiam, & pudicitiam formositati antepo nere. Digna enim sunt quæ modis omnibus corporis dotibus anteferantur: quoniam planè absurdum foret, atque factu ridiculum, si quis vestitus cultum atq; mundiciem præ corpore admiraretur. Porrò autem ea mihi demum omnibus numeris absoluta pulchritudo esse videtur, quoties in idem concurrunt anima exculta virtutibus,

τὴ, καὶ εὐμορφία σώματος. ἀμέλει πολλὰς ἄν σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν εὖ ἡκούσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας τὸ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων, ἀπεθανεῖν αὐτὸ, καὶ ἀπεμαραίνεσθαι, ἐλεγχόμενόν τε καὶ ἀσχημονοῦν, καὶ παρ' ἀξίαν συνὸν πονηρᾷ τινι δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ. καί γε αἱ τοιαῦται ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς· κἀκεῖ γὰρ αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς, κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ, καὶ γραφαῖς διηνθισμένος, ἔνδον δὲ, ὧν ζητῇς τὸν θεὸν, ἢ πίθηκός ἐστιν, ἢ ἴβις, ἢ τράγος, ἢ ἄλουρος. τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεστιν, οὐ τοίνυν ἀπόχρη τὸ κάλλος, ἢν μὴ κεκόσμηται τοῖς δικαίοις κοσμήμασι. λέγω δὴ οὐκ ἐσθῆτι ἀλουργεῖ καὶ ὅρμοις,

virtutibus, & corpus amabili forma exornatum. Omnino enim non paucas tibi commonstrare possum corporis equidem & formæ elegantia visendas, & scitulas & nitidas, cæterùm formæ præstantiam morum fœditate deturpantes, adeò vt id quod solum in tam specioso corpore laudandum fuerat, ferè emoriatur atque flaccescat, reprehensioni & turpitudini obnoxium, ac planè præter dignitatem, heræ tam prauæ, vitiosæ nimirum animæ conuersans. Et sanè tales templis Agyptijs iudicio meo videntur esse persimiles. Illic enim ipsum quidem delubrum forinsecùs pulcherrimum est, simul atque maximum, sumptuosis lapidibus extructum atque compositum: cæterùm si intus deum requisieris, aut simiam inuenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Eius generis mulieres nõ parùm multas passim est cernere. Proinde corporis nitor & venustas non sufficit, nisi veris & iustis ornamentis decorata & exculta sit. Non autem dico vt vestimentis purpureis & aureis,

aut

ὅρμοις, ἀλλ' οἷς προεῖπον, ἐκείνοις ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅρος ἐστίν. Λυκ. οὐκοῦν, ὦ Πολύστρατε, μύθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασίν, ἢ καὶ λώϊον, διωάσαι γάρ· καί τινα εἰκόνα γραψάμενος τῆς ψυχῆς, ἐπίδειξον, ὡς μὴ ἐξ ἡμισείας θαυμάζοιμι αὐτήν. Πολ. οὐ μικρὸν, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἀγώνισμα προστάττεις· οὐ γὰρ ὅμοιον, τὸ πᾶσι προφανὲς ἐπαινέσαι, καὶ τὰ ἄδηλα ἐμφανίσαι τῷ λόγῳ. καί μοι δοκῶ συνεργῶν καὶ αὐτὸς δεήσεσθαι πρὸς τὴν εἰκόνα, οὐ πλαστῶν, οὐδὲ γραφέων μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων, ὡς πρὸς τοὺς ἐκείνων κανόνας ἀποβλῆσαι τὸ ἄγαλμα καὶ δείξαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν πλαστικὴν κατεσκευασμένον. καὶ δὴ πεποιήσθω. αὐδήσεσθαι μὲν τὸ πρῶτον, καὶ λίγεια,

aut gemmeis monilibus exornata sit, sed ijs quæ prædixi, nempe morum elegantia, virtute, temperantia, æquitate, humanitate, ac alijs, quocunq; tandem fine comprehenduntur. LVCIAN. *Proinde, ô Polystrate, sermonem pensabis ipsa mensura (quod aiunt) aut etiam cumulatiùs (potes enim) ac quandam animi imaginem adumbratam nobis ostendes, ne tantùm ex dimidio illam admiremur.* POL. *Duram & difficilem mihi iniungis prouinciam, ô amice: neq; enim perinde facile atque promptum est, ea quæ obscura sunt, oratione retegere, quàm id quod manifestum est omnibus, laude extollere. Videor verò & ipse ad hãc imaginem exprimendam multorum egens esse operæ, non fictorum saltem & pictorum, sed philosophorum etiam, vt ad illorũ canonem & regulam hoc simulachrum rectè absoluatur, & in lucem ad antiquam plasticen formatum producatur. Sed ad rem accingamur. Sit ergo primùm fandi facultate prædita, ac*

λίγεια, καὶ τὸ γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώττης, περὶ αὐτῆς μᾶλλον, ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου, ὁ Ὅμηρος ἂν εἴρηκε. πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος, οἷος ἁπαλώτατος, οὔτε βαρὺς, ὡς εἰς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλύτατός τε εἶναι, καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γένοιτ' ἂν παιδὶ μή πω ἡβάσκοντι, ἡδὺς καὶ προσηνὴς, καὶ πράως παραβυόμενος ἐς τὴν ἀκοὴν, ὡς καὶ παυσαμένης, ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν, καί τι λείψανον ἐνδατείβειν, καὶ περιβομβεῖν τὰ ὦτα· καθάπερ ἠχώ τινα, παρατείνουσαν τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα, καὶ πειθοῦς μεστὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν. ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, καὶ μάλιστα πῶς

ta, ac dulci voce instructa, vt orationem melle dulciorem de illius fluxisse verius, quàm de senis illius Pylij concionatoris lingua Homerus dixisse videatur. Omnis autem verborum & loquelæ tonus, cuiusmodi delicatissimus esse solet, neque nimiùm graui & aspero tinnitu insonet, quasi ad virilem vocem informatus sit: neque rursus nimiùm tenui, quasi impensè effœminatus, aut fermè fractus sit: sed qualis esse solet pueri nondum pubescentis, dulcis & blandus, comiter & mansuetè in auditum semet inserens, vt etiam illa loqui desinente, verba audita iucundo murmure tinniāt, ac quædam dulcissimæ vocis reliquiæ aliquantisper perdurent, auresq; blando susurro circumsonent. Tum quandā [f] *Echo alterna vocis imitatione auditum prorogantem imitetur, mellitissima quædam verborum vestigia, neque non persuasionis plenissima in animo audientium relinquens. Cæterùm quando voce illa tinnula canere adorta fuerit, præcipuè verò ad ci-*

πὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τότε ὥρα μὲν σιωπᾷν ταῦτα ἁλκυόσι καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις· ἄμουσα γὰρ ὡς πὸς ἐκείνην ἅπαντα. κἂν τὴν Πανδίονος εἴπῃς, ἰδιῶτις κἀκείνη, καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν. Ορφεὺς δὲ καὶ Αμφίων, οἵπερ ἐπαγωγότατοι ἐγένοντο τῶν ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ἐπικαλέσασθαι πὸς τὸ μέλος, αὐτοὶ ἄν, οἶμαι, εἴγε ἤκουσαν, καταλιπόντου ἂν τὰς κιθάρας παρεστήκεσαν, σιωπῇ ἀκροώμενοι· τὸ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον δαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' ἐυκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει δαμεμετρῆσθαι τὸ ἆσμα, καὶ σωφρονεῖν τὴν κιθάραν, καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον, καὶ τὸ ἐυαφὲς τῶν δακτύλων, καὶ τὸ ἐυκαμπὲς τῶν μελῶν, πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε τῷ Θρακὶ ἐκείνῳ, καὶ τῷ ἀνὰ τὸν Κιται-

ad citharam, tum verò tempus est ex æquo tacendi, & halcyonibus & cicadis & canoris oloribus. aliena enim à Musis hæc sunt omnia, si ad hanc collata fuerint. Et si [g] *Pandionis natam dixeris, rudis & inepta est, quanquam vocem multisonam edere soleat.* [h] *Orpheus autem & Amphion (à quibus maximè motos auditorum animos esse constat, quiq; syluas & saxa sequentia cantus dulcedine ad se pertraxerunt) illi, vt ego opinor, si hanc audissent, posthabitis citharis adstitissent auscultantes cum silentio. Quippe omnes harmoniæ rationes accuratissimè obseruare, vt ne quid rhythmus deliret, sed tempestiua decentiq; eleuatione atque depressione modulari ac emensurare concentum: præterea voce per omnia respondere citharæ, vtq; plectrum à lingua non discrepet, aptiq; digitorum tactus, & agilis membrorum flexibilitas, vndenam hæc suppetissent huic Thraci, ac illi in*

Κιθαιρῶνα μεταξὺ βουκολοῦντι, καὶ λιθαείραν μελετῶντι; ὡς τι λῷον ποτε, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἀλύσεως αὐτῆς ἀκούσῃ ἔτι τὸ τῶν Γοργόνων μόνον ἴσχῃ πεπονθὼς, λίθος ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Σειρήνων ἆσμα ὁποῖόν τι λῷον παρεῖναι δύναται, οἶδ', ὅτι λιπαρὴν μαλακὸν, πατρίδος καὶ οἰκείων ἐπιλαθόμενον. καὶ λῷον μηροῦ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα, καὶ δεῖ τοῦ μηροῦ δεδύσεται δι τὸ μέλος. Τοιοῦτόν τι ἄκουσμά ἐστι Τερψιχόρης τινὸς, ἢ Μελπομένης, ἢ Καλλιόπης αὐτῆς πάλλευμα μυεῖα τὰ θέλγητρα, καὶ παντοῖα ἐν ἑαυτῷ ἔχον. ἵνα τι λόγῳ σιωπῶν, φάλλων ἄν, τοιαύτης μοι τῆς φωνῆς ἀκοὰν νόμιζε, οἵαν ἀκοὰς ἔχειν τῶν δεδεμένων τοιούτων λιθίνων, λέγω τῶν ἐξιόντων. ὥρακας δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ φημι, ὡς τι καὶ ἀκηκοέναι νόμιζε. τὸ τῆς μὲν ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς, καὶ

Cithæronе boues paſcenti & Itaq; Luciane, ſi quando illam cantantem audieris, non ampliùs illatam à Gorgonibus monſtrificam vllam immutationem patieris, lapis factus ex homine, ſed Sirenum modulantium virtutem qualisnam ſit cognoſces. Ita enim, ſat ſcio, adductus demulceberis, vt patriæ ac familiarium tibi obreptura ſit obliuio. Atq; etiam auribus cera obſtructis, per ceram quoq; oppoſitam penetrabit iucundiſsimæ vocis modulatio, tantam cantando voluptatem audientibus exhibet. Terpſichores aut Melpomenes aut Calliopes vocem dixeris, infinita & omnifaria aurium animorumq; demulcimenta in ſe complectentem. Vt vno verbo dicam, optārim cum primis talem mihi & tam concinnam modulandi rationem auditam, cuiuſmodi par eſt per talia labia & dentes illos emiſſam erumpere. Viſa verò eſt tibi hæc eadem quam dico: itaque & auditam eſſe exiſtima. Sedenim exacta & perfecta linguæ eloquentia,

καὶ καθαρᾶς Ἰωνικὸν, καὶ ὅτι ὁμιλῆσαι σὺμμικη τῇ πολὺ τῶν Ἀττικῶν χαείτων ἔχειν, δεῖ θαυμάζειν ἄξιον· πάτριον γὰρ αὐτῇ τὸ βουνικὸν, δεῖ ἅπως ἐκλεῖ μεμιγμένον τῷ Ἀθηναίων, καὶ τὰ τῆς ἀττικίας. δεῖ γὰρ δεῖ ἐκεῖνο θαυμάσαι μ' ἂν, ἃ καὶ ποιήσει χαίρειν, καὶ τὰ τοιαῦτα τούτῃ ὁμιλεῖ, τῇ Ὁμήρου πολίτιδι ἔοικε μία γὰ Λήδοι, ὦ Λυκῖνε, καὶ μιᾷ φωνίας αὐτῇ τῇ ᾠδῆς ἐκεῖνον, ὡς ἂν τις ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἀκάσαι, σκόπει δὲ καὶ τὰς ἄλλας. οὐ γὰρ μίαν, ὡς περ σὺ λέγεις, ἐκ τοιούτων σωθεῖσ', ἐπιλέξαι δὲ ἐγνωκα· ἔλεον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς σωτεῖνειν, μᾶλλον δὲ καὶ τοσαύτα τῇ πολυμελίς τι ἐκ τοιούτων ἀρτιλέξαι αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον, ἀλλ' οὐ πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἀρετὰ,

quentia, ac vocis Ionicæ puritas, tum illa in familiari colloquio extemporalis dicendi facultas atq; suauitas, quæ gratijs Atticis vbiq; cõsperſa eſt & condita, ne admiranda quidem eſt. Habet enim hoc à maioribus quaſi hæreditario iure patrium, neq; alia ratione conueniebat illam in hac peregrinatione Atheniẽſium eſſe participem. Atqui ne illud quidem admiratione mihi proſequendum videtur, poëticis lectionibus illam voluptuosè oblectari & gaudere, eandemq; multo iam tempore ſtudioſè in illis verſari, quando vnà cum Homero eiuſdem vrbis ciuis ſit & incola. Vnam equidem, Luciane, illius iucundæ & amœnæ vocis ac modulationis imaginem expreſſam eſſe vides, ſi quis tenuiter admodum exprimere ſtuduerit. Iam verò & alias non oſcitanter conſidera. Neque enim vnam ſaltem, ſicut tu, ex multis compoſitam conſilium eſt abſoluere, (nam hoc eſſet perexile & ieiunum, tum more graphico abſolutum, ex tot formis támque multiplicibus ſpeciebus hinc inde collectam vnam corporis pulchritudinem componere, ſibiipſi diſcrepantem) ſed omnibus animi virtutibus v-

ταὶ, καθ' ἑκάστην, εἰκὼν μία γεγράψεται, πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη. Λυ. ἑορτὴν, ὦ Πολυστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλεις. ἔοικας δ' οὖν λώιον ὡς ἀληθῶς ἀπρδώσειν μοι τὸ μέτρον. ἐπιμέτρει δ' οὖν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χρῖσαι ὁ μοι. Πο. οὐκ οὖν ἐπειδὴ πάντων καλῶν παιδείαν ἡγεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ μάλιστα τούτων, ὁπόσα μελετητά, φέρε, καὶ ταύτην ἤδη συστησώμεθα, ποικίλην μέν τοι, καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ κατὰ τοῦτο ἀπολιποίμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς. καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τοῦ Ελικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα, οὐχ ὥς περ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Πολύμνια, καὶ ἡ Καλλιόπη, καὶ αἱ ἄλλαι, ἕν τι ἑκάστη ἐπισταμένη, ἀλλὰ πασῶν, καὶ πρόσετι, τὰ Ερμοῦ καὶ Απόλλωνος. ὁπόσα

na imago depingatur, imitata formam archetypi. LVC. *Diem festum & epulas publicas omnifariam instructas mihi annuncias, ô Polystrate. Vidéris itaq; multò cumulatiùs mensuram mihi remetiri. Proinde perge admetiendo. Nulla enim nunc res est qua perinde mihi possis gratificari.* POL. *Ego, quoniam omnium honestarum liberaliumq; disciplinarum cognitio necessaria esse putatur, maximè verò earum quæ vsu ac meditatione constant: age & illam iam constituemus multifariam quandam, ac multiplici venustate conspicuam, ne qua in parte fingendi artificio te inferiores appareamus. Et sanè ita pingitur, vt omnia bona comprehensim possideat, quibuscunque Helicon affatim atq; abundanter affluit: nequaquam verò vt Clio, aut Polymnia, aut etiam vt Calliope, vtq; omnes aliæ, quarum vnaquæque vnius tantùm rei perita excellente: præcellit, verùm nostra omnium ex æquo gnara & prudens sit: prætereà nec minus Mercurij atque Apollinis dotibus*

ὁπόσα γὰρ ἢ ποιηταὶ μέτροις διακοσμήσαντες, ἐξεφηνόχασιν, ἢ συγγραφεῖς ἱστορήκασιν, ἢ φιλόσοφοι παρηνέκασι, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω, οὐκ ἄχρι τοῦ ἐπικεχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος, δεσποτοῖς τισι φαρμάκοις, ἐς κόρον καταβαφεῖσα. καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς· οὐ γάρ ἐσθ' ὅτι τοιοῦτον ἐν τοῖς παλαὶ παιδίας πέρι μνημονεύεται, πλὴν ἀλλὰ εἴγε δοκεῖ, ἀνακείσθω καὶ αὕτη· οὐ μεμπτὴ γὰρ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. Λυ. καλλίστη μὲν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη. Πο. μετὰ δὲ ταύτην, ἡ τῆς σοφίας, καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. δεήσει δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν παραδειγμάτων, ἀρχαίων τῶν πλείστων, ἑνὸς μὲν καὶ αὐτοῦ Ιωνικοῦ.

dotibus prædita sit. Quæcunque enim poëtæ lepidissimis celebrata versiculis in lucem dederunt, quæcunque à scriptoribus classicis literis ac memoriæ prodita sunt, quæcunque philosophi extulerunt laudibus: hisce simul omnibus imago præclarissimè exornata sit. Neq; verò tantum penicillo obiter colorata, sed pigmentis penitùs imbuta, & ad satietatem vsque tincta sit. Et ignoscendum est, si nullum huius picturæ archetypum queam ostendere: neque enim vspiam in veteribus de eiusmodi absoluta disciplinarum cognitione facta extat mentio. Veruntamen, si videtur, & hæc sacra superis dedicetur. neque enim, vt mea fert ratio, vspiam culpari potest.

LVC. *Elegantissimè profectò, ô Polystrate, ac omnibus cùm numeris, tum lineis absoluta.* POL. *Iam deinceps post hanc ipsius quoq; sapientiæ & intelligentiæ imago depingenda est. Opus autem nobis erit ad hanc absoluendam exemplis quamplurimis, præcipuè verò multis veteribus, ac vno quidem, & illo Ioni-*

νικὸν. γραφῆς δὲ καὶ δημιουργοὶ αὐτὸν, Αἰσχίνης, Σωκράτους ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς Σωκρατικὸς, μιμηλάταις ἴσχυι τῶν ἀπάντων, ὅσῳ καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. πρὸς δὲ τούτοις Μιλήτου ἑκάτερον Ἀσπασίαν, ἣν καὶ ὁ Ὀλυμπιος θαυμασιώτατος αὐτὸς σφόδρα, οὐ φαῦλον σωφρόνως παράδειγμα πεθίμενον, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων καὶ ὀξύτητος ἐς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας καὶ δριμύτητος ἑκάτερα πρὸς τῷ παρόντι τῷ μετέραν ἀκόνα μεταλαμβάνοντες ἀκριβῆ τὴν σάθμην, πρὸς ὅσον ἑκάτερα μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγγεγραμμένα, αὐτὴ δὲ Κολοσσιαία τὸ μεγέθος ἐστί. Λυ. πῶς τοῦτο φῄς; Πο. ὅτι, ὦ Λυκῖνε, ἐν ἐμοιγέθεσι εἶναι φημὶ τὰς εἰκόνας, ὁμοίας δὲ οὔ. ἡ μὲν γὰρ ἐκείνη, δῆλον ὅτι ἐγγὺς, ἀθλιωτάτη τότε πολιτεία καὶ ἀκρόδρυος Ῥωμαίων δύναμις. ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ,

co. Cæterùm pictores & artifices illius erunt Aeschines familiaris Socratis, atque ipse etiam Socrates imitandi dexteritate omnes longo interuallo post se relinquentes, qui aliqua cum gratia & venere vnquam pinxerunt aliquid. [i] Aspasiam porrò illam Milesiam, qua cum & Olympius ipse maximè admirandus conuersatus est, exemplum intelligentiæ non malum proponentes, quanta rerum peritia, quanto in officijs ciuilibus acumine, quanta deniq; industria atque solertia perpolita fuerit, hoc omne ad nostram hanc imaginem translatum accurata amussi applicabimus: præterquam quòd illa modica in tabula depicta fuerat, hæc verò Colossæa pugnat magnitudine. LVC. Quorsum ista dicis? POL. Quoniam ego, Luciane, nequaquam æqualiter magnas imagines esse opinor similes existentes. Nequaquam enim similis est vetus Athenienſium respublica, ac præsens Romanorum potentia. Itaque etsi similitudine illa respon-

deat,

αὐτὴ, ἀλλὰ τῶ μεγέθει γε ἀμείνωμ αὕτη, ὡς ἂν ἐπὶ πλατυτάτου πίνακος ἐκταγεγραμμένη. δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα, Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιὸς, καὶ Διοτίμα ἐπὶ ταύταις. ἡ μὲν τὸ μεγαλόνουν, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφὴν, ἡ Σαπφὼ δὲ τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως· τῇ Διοτίμᾳ δὲ οὐχ ἃ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σύνεσίν τε καὶ συμβουλίαν. τοιαύτη τοι καὶ αὐτὴ, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών. Λυ. νὴ Δί', ὦ Πολύστρατε, θαυμάσιος οὖσα. σὺ δὲ ἄλλας γράφε, τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἢ τὸ ἥμερον ἐμφαινιεῖ τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς τοὺς δεομένους προσηνές. Πο. εἰκάσθω οὖν καὶ αὐτὴ Θεανοῖτε ἐκείνῃ, τῇ Αντήνορος καὶ Αρήτῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς, τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις

deat, hæc tamen potior est magnitudine, veluti in latissimam depicta tabulam. Deinde secundum & tertium exemplum, si lubet, producamus, nimirum illam Theano, ac versificatricem Lesbiam, vnà cum Diotima. Theano quidem animi magnitudinem ad picturam conferet: Sappho autem institutæ vitæ iucunditatem adferet. Porrò Diotimæ non tantùm vt illam laudauit Socrates, similis erit, verùm illi omnibus ingenij ornatissimi dotibus comparata respondebit. Itaque & hanc, Luciane, imaginem dedicatam suspende. LVCIAN. Per Iouem, Polystrate, nimiùm admirandam. Sed enim tu, ô amice, alias quoque benignitatis ac humanitatis imagines perge depingere, quæ morum mansuetudinem, tum placidam erga egentes comitatem consueuit ostendere. POL. Proinde & illa Theani comparetur illi, nempe Antenoris coniugi, neque non Aretæ & filiæ eius Nausicaæ: prætereà

τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην. ἑξῆς δὲ μετὰ ταύτην, ἡ τῆς σωφροσύνης αὐτῆς γεγράφθω, καὶ τῆς πρὸς τὸν σωνόντα εὐνοίας, ὡς κατὰ τὴν τοῦ Ἰκαρίου μαλιστα εἶναι τὴν σώφρονα καὶ τὴν πρίφρονα, ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου γεγραμμένην. τοιαύτην γὰρ τὴν τῆς Πηνελόπης εἰκόνα ἐκεῖνος ἔγραψεν, ἣ καὶ νὴ Δία, κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς, τὴν τοῦ Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. Λυ. παγκάλην καὶ ταύτην, ὦ Πολύστρατε ἀπειργάσω· καὶ σχεδὸν ἤδη τέλος οἱ ἔχουσιν αἱ εἰκόνες. ἅπασιν γὰρ ἐπελήλυθας τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ μέρη ἐπαινῶν. Πο. οὐχ ἅπασαν· ἔτι γὰρ τὰ μέγιστα τῶν ἐπαινῶν περιλείπεται. λέγω δὲ τὸ ἐν τηλικούτῳ ὄγκῳ γενομένην αὐτὴν, μήτε τύφον ἐπὶ τῇ εὐπραξίᾳ περιβάλλεσθαι, μήτε ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπῃ-

si qua alia in fortunæ indulgentis affluentia animi modestiam obtinuit. Deinceps verò post hanc modestiæ imago depingatur, ac ostensæ erga conuersantem beneuolentiæ, vt iuxta illam Icari filiam maximè modesta & pudica sit, quemadmodum ab Homero adumbrata est. Talem enim Penelopes effinxit imaginem, atque etiam per Iouem propter nominis affinitatem, etiam Abradatæ coniugis, cuius paulò antè mentionem fecimus. LVCIAN. *Omnibus profectò modis & hanc præclarè absoluisti imaginem, ô Polystrate, iámque fermè exprimendarum imaginum finem attigisti. nullas enim animi ac laudum partes prætermisisti.* POL. *Nondum omnes: summum enim & maximæ laudis caput omissum est. Dico verò, cùm in tantam rerum magnitudinem euecta sit, vt neq; fastu ob blandientis fortunæ prosperitatem intumescat, neque vltra humanæ sortis mensuram efferatur,*

ἐπαρθῶσα, πισεύοντα τῇ τύχῃ, φυλάττειν δὲ ἐπὶ τῆ ἰσοπλεύρῳ ἑαυτῇ, μηδὲν ἀπερόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦντα, καὶ τοῖς πελάταις ἡμερικῶς τε, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου προσφέρεσθαι, καὶ ἀξιώσεις καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον τοῖς προσομιλοῦσιν, ὅσῳ καὶ παρὰ μείζονα ὅμως γνώμενα, οὐδὲν τραχὺν ἐμφαίνουσιν. ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα φρονεῖσθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνοησίαν ἐχθαίνουσι, οὗτοι καὶ ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης λοθυόντων ἀγαθῶν ὄφθησαν, καὶ μόνοι ἂν οὗτοι δικαίως τὸ ἐπίφθονον διαφυγεῖν· ἀδικοῖς γὲ ἂν φθονήσειε τῷ ὑπερέχοντι, ἢν μετριάζοντα ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν αὐτοῦ ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὸν Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἐπ' ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα, καὶ τὸ ὑποδεέστερον παλοῦντα. ὅπερ οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας

efferatur, temerè fortunæ confidens, sed seruata æquabilitate animi, seipsam cohibeat, nihil procacius aut insolentius, quod alijs foret molestiæ, animo concipiens, sed vt erga accedentes popularitèr affecta sit, ac dextris copulatis eosdem benignè atque amanter suscipiat. Tantò enim his quibuscum sermonem conferunt, sunt acceptiores, quantò altiori fortuna euectæ, nihil superbi fastidij, aut contemptus tragici præ se ferunt: velut omnes illi qui sua potentia non in hoc vtuntur, vt procaciter contemnant alios, sed potiùs vt benignè aliorum subleuent inopiam, illi soli acceptis à fortuna bonis maximè digni habendi sunt: ac soli inuidentiæ malum possunt effugere. Nemo enim facilè ei fortunato inuidebit, quem prosperis rebus affluentibus moderato vtentem animo conspexerit, neq; iuxta [k] *Aten Homericam illam super hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. Quod plerunq; euenire solet ijs quī*

μας πάσχουσιν ἀπαροκαλίᾳ τῆς τύχης, ἐπαιωρίαν αὐτὸς ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίζοντας ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς ὕψος νόν τι, καὶ μετάρσιον ὄχημα, οὐ μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων, ἀλλ' ἀφορῶσι ἀεὶ πρὸς τὸ ἄνω καὶ βιάζονται. διὸ ἀκαρεῖ ὥσπερ ὁ Ἰκάρου, ταχὺ τοῦ αὐτοῖς τὰ ἰσχία τῆς κηρὸς, καὶ τῶν πτερῶν πρὸς ἐρρυηκότων, γελῶσι ὀφθαλμοῖς ἀνόσιον, ἐπὶ ἀτραπιοῦ, ἐς πλάγιον καὶ ἀλλόκοτον ἐμπίπτοντος. ὅθεν ἡ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐκείνου τοῖς πτεροῖς, καὶ μὴ πολὺν ἐπόρθησεν, ἐλόντος ὅτι ἐκ κηρὸς ἦν αὐτοῖς πεποιημένα, ἐταμιεύοντο δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον τῶν φορὰν, καὶ κατάπτηναι ὑψηλότεροι μόνον τῶν ἀνεμάτων ἐνισχθέντων, ὥστε μὴ δι νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ, μὴ μὲν παρέχειν αὐτὰ μόνον ὠκέως, οὐδὲ ἄσφαλῶς

humili atque abiecto sunt animo, [l] fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati. Postea enim quàm [m] à fortuna nil tale sperantes, ex improuiso sublimes in currum quendam volatilem euecti sunt: intra fortunæ mediocritatem consistere nequeunt: neque deorsum elatos torquent oculos, sed semper nituntur in arduum. Quare non rarò euluti Icarus liquefacta illis quamcelerrimè cera, ac alis defluentibus, per præceps in marinos fluctus deuoluuntur, spectatoribus risum exhibentes. Quotquot autem instar Dædali alarum vtuntur remigio, neque admodum in sublime elati volant, certè quòd alæ ex cera illis conglutinatæ sunt, rerum autem abundantiã ad humanæ vitæ focietatem subleuandam expromunt: neque non contenti sunt saltem ab vndis paulò altiores inferri, adeò vt crebrò etiam alas volando humefaciant, nec Solis æstui & feruoribus easdem liquefaciendas exhibent, illi tutò iuxtà ac moderatè volatu vtuntur, quem cursum quis-

κδς τι ἄμα καὶ σωφρόνως διὰ-
πλήσῃ· ὅπερ καὶ ταύτῃ
ἄν τις μάλιστα ἐπαινέσειε. δι-
γῆδν καὶ ἄξιον, παρὰ πάν-
των ἀπολαμβάνειν τὸν ἔρ-
πόν ἐυχομένων ταῦτά τι αὐτῇ
παραμεῖναι τὰ παρὰ, καὶ ἐ-
πὶ πλέον ἐπιῤῥεῖν τἀγαθά.
Λυ. καὶ ὅτως, ὦ Πολύστρατε,
γιγνέσθω· ἀξία γὲ οὐ τὸ σῶ-
μα μόνον, ὥσπερ ἡ Ελένη, λα
λὴ δδε, καὶ ἱμερόεσσα δι, καὶ ἱρα-
σμιωτέρα ὑπ' αὐτῶν τῶν ψυ-
χῶν σκέπουδε. ἔπρεπε δὲ καὶ
βασιλεῖ δὲ μεγάλῳ, χει-
δῶ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ ζῦζ
μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὁ-
πόδε ὄμ αὐτῷ, ὑπολαμονῆ-
σαι, ὡς ἐπ' αὐτῷ ἡ φιλῆσαι γυ-
ναῖκα ζιαύτῳ, καὶ σωοῦδεμ
αὐτῷ, ποθεῖν αὐτόν. οὐ γὲ μι-
κρὸν ἔζ ὑπολαμόνημα γυνὴ,
πρὶ ἢς ἄν τις ὑπολόγως τὸ Ο-
μηρικὸν ἐκεῖνο ἔποι, χρυσέᾳ
μὴ αὐτῷ Αφροδίτῃ ἐείσαν
τὸ

sum quispiam & in hac maximis efferre laudibus iure optimo posit. Quocirca dignissimum etiam ab omnibus fructum percipit, optantibus vt hæ alæ quamdiutissimè illi permaneant, bonis subinde affatim affluentibus. LVCIAN. *Sic quidem fiat, ô Polystrate: neque enim corporis venustate solùm conspicua est, vt Helenam admiranda forma fuisse constat, sed animo quoque lepido & amabili talibus expolita dotibus spectantes ad se allicit. Digna verò magno illo rege, mansueto existente & affabili habenda est, vt hac quoque præcipua felicitatis parte cum alijs bonis innumeris quibuscunque amplissimè instructus est, fruatur: vt sub illius imperio ea quoque forma & virtute mulier nata sit, & quæ cum illo conuersans arctissimo desiderio eum complectatur. Quippe haudquaquam mediocris felicitatis mulier existimanda est, de qua aliquis Homericum illud commodissimè dicere posit, quod cum aurea Venere de formos-*

τὸ καλλος, ἔργα δὲ αὐτὴν Αθηναίᾳ ἰσφαρίζειν. γυναικῶν γὰρ συνόλως οὐκ ἄν τις παραβλητείη αὐτῇ, οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, φησιν Ομηρος, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτέ τι ἔργα. Πο. ἀληθῆ φῂς, ὦ Λυκῖνε. ὥστε εἰ δοκεῖ, ἀναμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἧν τε σὺ ἔπλασας, τὴν τοῦ σώματος, καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγραψάμην, μίαν ἐξ ἁπασῶν συνθέντες, βιβλίον καταθέμενοι, πρέχωμεν ἅπασι θαυμάζειν, τοῖς τε νῦν οὖσι, καὶ τοῖς ἐν ὑστέρῳ ἐσομένοις. μονιμωτέρα γοῦν τῶν Απελλοῦ καὶ Παρρασίου καὶ Πολυγνώτου γένοιτ' ἄν, καὶ αὐτὴ ἐκείνη παρὰ πολὺ τῶν τοιούτων κεχαρισμένη, ὅσῳ μὴ ξύλου καὶ κηροῦ καὶ χρωμάτων πεποίηται, ἀλλὰ ταῖς παρὰ Μουσῶν ἐπινοίαις εἴκασται, ἥπερ ἀκριβεστάτη εἰκὼν

formositatis palmario contendere possit, ingeniosis autem operibus Mineruam æquiparare. Neque facilè quispiam ex omni mulierum numero aliquam illi comparabit neq; corporis neq; ingenij gloria, vt idem ait Homerus, neq; item mēte & artificiosis operibus. POL. *Vera sunt quæ dicis, ô Luciane. Quare si consultum factum tibi videtur commixtis iam in vnum imaginibus, & ea quam tu corporis effinxisti, & ijs quibus ego mentis ingenijq; dotes adumbraui, vnam ex omnibus compositam collecto libello omnibus contemplandam admirandámque exhibeamus, & ijs qui hoc ætatis degunt apud superos, tum etiam illis qui paulò pòst futuri sunt. Itaq; longè, vt mea fert opinio, hæc erit stabilior & diuturnior, quàm vlla fuit aut Apellis imago, aut Parrhasii, aut Polygnoti. Eáq; ipsa multò plus gratiæ spectantibus exhibuit, quatenus non ex ligno, aut cera, aut coloribus formata, sed solertia atque industria à Musis ad hoc adscitis expressa est: quæ hauddubiè*

imago

εἰκὼν γένοιτ' ἂν, σώματος καὶ ἤθους καὶ ψυχῆς ἀρετῆς ἅμα καὶ ἐμφανίζουσα. *imago omnium accuratissimè absoluta futura est, & corporis elegantiam & virtutes animi iuxtà contemplandas ostendens.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

Hîc ostendit ad cuius archetypi regulam formosa & pudica mulier exploranda sit. Cùm enim absolutissimam imaginem sibi perfici vellet, non ab vno, aut Apelle, aut Polygnoto, aut Euphranore, aut Actione, sed ab his simul omnibus, diuiso inter se opere, sibi depingi optauit: ita vt Euphranor comam, Polygnotus decora supercilia, conuenientemque malarum ruborem amictumque: Action labia, Apelles autem reliquum corpus absoluat: cùm tamen Apelles (vt de tribus alijs nihil dicam) non minus egregius pictor fuerit, quàm Cicero orator. Quin potius, quasi quatuor ij quos nominauimus, pictores id opus omnibus modis consummatum reddere non possent, Homerum etiam in eius negocij partem suscepit, plurima quæ ille diuersis excellentissima tribuit, in vna exprimi gestiens: nempe quòd, licet quis aliquo in negocio maximè excellat, fieri tamen non possit, quin alij peculiaribus quibusdam virtutibus, magis quàm ille, emineant.

a VENEREM quoque illorum.] *Venerem Gnidiam marmoream, Euploiam à Gnidijs nuncupatam, quam Praxiteles fecit, magni æstimat Lucianus in Amoribus: eam omnium illius statuarum pulcherrimam appellans, vt cui amore captus Macareus Perinthius cùm delituisset noctu, cohæsit. Nec me fugit id Sami contigisse, ab Athenæo id esse proditum, qui volumine 13. Gnidiæ Veneris simulachro effingendo Phrynes amicæ corporis venustatem quasi exemplar imitatum esse Praxitelem contexuit. Valerius Maximus: Vulcani coniugem Praxiteles*

xiteles in marmore quasi spirantem, in templo Gnidiorum collocauit, propter pulchritudinem operis, à libidinoso cuiusdam complexu parùm tutam. b Lemniam.] *Lemniam omnibus Phidiæ operibus anteponit, cui & nomen suum ad eam scripsisse Phidiam refert, ab his qui eam dicârunt, nomen sortitam, credit in Atticis Pausanias: nonnulli à loco, qui est in arce Atheniẽsium* λίμναι *nuncupato, vnde & Dionysius* λιμναῖος.

c Venere quæ in hortis.] *De Venere Hortensi, vel potiùs in hortis posita, (Græcè enim* ἐν κήποις Αφροδίτη.) *pluribus in dialogo Meretricio, Mater & Musarium docebimus.* d Phidias.] *Phidias statuarius dijs quàm hominibus effigiendis melior artifex traditur. In ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset. cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur adeò maiestas operis deum æquauit. Author est Quintilianus lib.12. Cicero in libro de Oratore ad Brutũ, negat Phidiæ simulachris quicquam in illo genere videri perfectius. Hic speciem sui similem in Mineruæ clypeo inclusit, cùm inscribere non liceret, vt ait Cicero lib. Tusc. quæst. 1. Eam si quis dissoluisset, collocationis vniuersam speciem sustulisset, vt ait idem libro de Oratore ad Brutum. Vide ea quæ de eo annotauimus in Parasito. De Phidia quoque memoranda tradit Plinius lib. 34. cap. 8.* e Bouinis.] *Bouis oculo quidem oculorum pulchritudo & nitor significatur. Neque tamen illud omitti debet obtutum amatorium, qui modestia seruata fiat, ad tauri oculos referri solitum à peritissimis. Iisque plurimum fieri solet in obliquum, & id toruum est. Vnde illud* βλέπειν ταυριδὸν: id est, *tueri taurinè, siue toruè, quod in Platonis, tum in Xenophontis conuiuijs & Phædone, & alibi eadem ferè sententia positum animaduertas. Tametsi nonnulli rem ad indignationis significatum retraxêre, toruumq; tueri interpretantur, quo significato apud Aristoph. super Aeschylo dictum:* ἔβλεψε γοῦν ταυριδὸν ἐγκύψας κάτω: id est, *Aspexit igitur tauricè ad humum lumina deiectus. Hac enim facie iratus Aeschylus inducitur ab Aristoph. Neq; sum nescius toruitatem à taurorum ferocia dictam, vt etymologiarum authores tradunt, qui toruitatem tauri acerbitatem interpretantur. Vide in Chiliarcho nostro, Tau-*

rinè tueri, & limis oculis. *f* Echo.] *Est ἠχὼ vocis imago, quæ in rupibus cauis aut vallibus repercussa resonat. Vltimas enim voces acceptas iterat, sicut Ouid. de ea ait:*

Reddere de multis vt verba nouissima posset. *Idem:*
Ingeminat voces, auditaq; verba reportat.

Physici vocant repercussionem soni ex obiectu laterum loci cauernosi aut concaui. *g* Pandionis natam.] *Philomelam intelligit, respicitq; ad fabulam de Progne & Philomela, Pandionis filiabus, tandem versis in aues, hæc in lusciniam, illa in hirundinem: de quibus passim multa extant apud poëtas, præcipuè Ouid. in Metamorph.* *h* Orpheus & Amphion] *De Orpheo alibi scripsimus Amphion Mercurij & Antiopes filius testudinis suauitate saxa commouisse perhibetur ad construendos Thebanæ vrbis muros. Cuius meminit Horat. in arte Poëtica. Extatq; illius simulachrum apud Plin. nat. hist. li. 36. ca. 5.*

i Aspasiam Milesiam.] *Huius & aliarum illustrium mulierum Lucianus meminit in Eunucho & in Amoribus.* *k* Aten Homericam.] *ἄτη dea fingitur ab Homero, Il. τ: quam interpretantur noxam, grauissimis mortales implicans calamitatibus, mentesque seducens & perturbans. cui repellendæ & placandæ, Litæ filiæ Iouis sunt oppositæ, quæ tanto sunt tardiores, quanto noxa est grauior. Vide Erasmum in Prouerb. Ira omnium tardissimè senescit, & Budæi annotationes, & lib. 5. de Asse.* *l* Fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati.] *Cicero in Lælio: Non enim sola ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. Itaque illi efferuntur fastidio & contumacia: neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atqui hinc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.*

m A' fortuna nil tale sperantes.] *De fortunæ inconstantia Michaël Hospitalius in Epistola ad Franciscum Lotharingium sic scribit:*

Si gaudet rerum vicibus fortuna, diuq;
Stare loco nescit, si nos huc versat & illuc,
Arbitrioq; suo spoliat, vel honoribus auget,
Idq; alijs belli ducibus si contigit antè

Innume-

Innumeris: tibi si contingere posse putabis,
Noli præteritis nimiùm confidere factis,
Néve feras cœlo caput altius, aut tumidum cor:
Neu metue euentus dubios, tristemq; futuri
Temporis inuidiam, leuis aut opprobria vulgi:
Sed quemcunq; dabit finem Deus, accipe grato
Præsentiq; animo causas mortalibus esse
Ignotas voluit, tua sit modò culpa, caueto.

Idem de Calesi & Guinæ expugnatione:

Sic mutat fortuna vices, & ludit atrocem
More suo ludum, nunc his, nunc æquior illis.

Veteres cùm Fortunæ plurimùm tribuerent, eamq; negotiorum penè omnium quæcunq; mortales gererent, arbitrum opinarentur, simulachrum eius dextera clauum, sinistra cornucopiæ tenere finxerunt, quòd bona & commoda ab eadem omnia proficisci crediderunt: vnde diuitias & opulentiam, fortunas appellauêre (vt diximus in Luciani Somnio seu Vita) vni illi regendi elargiendiq; facultatem concessam arbitrati. Vt verò inconstantiam eius notarent, vtpotè, quæ vt Horat. ait lib. 1. Carm. Od. 35. possit

Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ. *PRO IMAGINIBUS.*

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

APologia hæc est eorum quæ superiore dialogo, nimio extollendi studio, vltrà quàm decet ac pium est, de Panthea dicta videri poterant. Priore igitur loco Polystratus accusationem ac reprehẽsionem Pantheæ recenset, quæ hisce duobus capitibus potissimùm continetur. Primò, quòd immodicè ac nimiùm illam laudârit Lucianus. Deinde quòd etiam cum dijs illam comparârit: quorũ prius contra modum atq; officium verè laudan-

laudantium ſit, & adulatoris ſpeciem præ ſe ferat: alterum verò etiam impium, & periculoſum, & ab illius natura & ingenio alienum: adeoq́ue contraria ſibijpſi facere Lucianum, qui cùm tantum illius modeſtiã prædicet, interim vltra deos eandem efferat. Hanc accuſationem poſtea etiam ex ſua perſona confirmat Polyſtratus, hortaturq́; vt ſcriptum ſiue encomium hoc mutet. Ad quæ Lucianus ita reſpondet, primùm, vt dicat ſe neq; adhuc dum ſatis laudaſſe illam, nedum nimiùm: & quicquid huius fecerit, ex libertate atque officio laudatorum feciſſe: neque hoc adulatorum eſſe. nam alia ratione alioq́; fine adulatores laudare, atque verè laudantes. eaq́ue omnia exemplis ac rationibus oſtendit. Alterum autem, quòd illam cum dijs contulerit, ita defendit, non eſſe in eo aliquam impietatem, aut inſolentiam. Neque enim illam cum dijs ipſis, ſed cum eorum imaginibus ac ſtatuis comparaſſe. Deinde etiam ſi hoc feciſſet, aliorum tamen exempla extare, quibus factum hoc ſuum tueatur, qui non modò homines cum dijs cõtulerint, ſed & deorum nomina ſibi vſurpârint. Ideoq́ue nõ eſſe periculum hinc aliquod metuendum, cùm idem antea tam multi etiam philoſophi fecerint.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ, καὶ Λυκίνου.

ΕΓώ βι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τὰ μὲν ἄλλα πολλὴν ἐνεῖδον τὴν ἔννοιαν πρὸς ἐμὲ, καὶ τιμὴν ἐκ τοῦ συγγράμματος· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ὑπερεπήνει τις, εἰ μὴ καὶ μετ' ἔννοίας συνεγράφετο. τὸ

POLYSTRATVS, & Lucianus.

EGo, Luciane, inquit mulier, aliàs quidem magnam tuam erga me beneuolentiam euidenter perſpexi: tum etiam honorem ex libello edito per te mihi habitum, nõ obſcurè animaduerti. Neque enim ita effusè quiſpiam me laudaret, niſi beneuolentia adductus talia ſcriberet. At vt neſcius

TYC. *Tametsi sint exigua, veritate tamen præcellent.* PAR. *Age, sub initium artem ipsam, quo finitionis genere describatur, ad calculos expendendam reuocemus.* [n] *Ad hunc enim modum speciatim, & alijs artibus pensitandis, assequemur, num & hanc rectè teneamus.* TYC. *Quid ergo ars est, vt compertum habeas?* PAR.[o] *Ars est, vt ego memoria teneo, quodam sapiente viro audito, præceptionum exercitarum comprehensio, ad vnum exitum vitæ vtilem pertinentium.* TYC. *Rectè sanè illius auditi verba commeministi.* PAR. *Iam si horum omnium particeps est Parasitica, consentaneum est & hanc nihil aliud quàm artem habendam esse.* TYC. *Ita profectò ars habenda est, si quidem hæc ita se habuerint.* PARAS. *Age iam singillatim ad omnes artis species parasiticam accommodantes, num oratio illi consonet, considerabimus:*

ἀλλὰ μὴ, καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι δακρυόμεναι, μὴ σαπρὸν ἀπροθέγγηται. δεῖ τοίνυν εἶναι καὶ ταύτην, ὥσπερ καὶ πᾶσαν τέχνην, σύστημα ἐγκαταλήψεων· πρῶτον μὲν τὸ δοκιμάζειν καὶ δακρίνειν, ὅστις ἂν ἐπιτήδειος γένοιτο τρέφειν αὐτὸν, καὶ οὕτω παρασιτεῖν ἀρξάμενος, οὐκ ἂν μεταγνοίοι. ἢ τὴν μὲν ἀργυρογνώμονα τέχνην τινὰ φύσομεν ἔχειν, εἴπερ ἐπίσταιτο δαγιγνόσκειν τά τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή· τοῦτον δ' ἄνευ τέχνης δακρίνειν τοὺς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ ταῦτα, ὥσπερ τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων φανερῶν ἐνθὺς ὄντων; αὐτὰ μέν τοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης καταμέμφεται λέγων, Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι, Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι. ᾧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη πέφυκεν, εἴ γε καὶ τὰ οὕτως ἄδηλα καὶ ἀφανῆ μᾶλλον

sed nõ quemadmodum [p] *ollæ vitiosæ dum pulsantur, ne malignè resonet. Oportet itaq; & hanc quemadmodũ omnes artes præceptionum inuentionem in se complecti. Principiò enim præuidere atq; discernere quis aptus & accommodatus sit cum alere: atq; ita facto parasitandi exordio, haud quaquam pœniteat. Aut dicemus* [q] *argẽtarios seu numularios artem quandam habere, qua norint adulterina nomismata à probis sagaciter deprehendere: hunc aũt citra artis adminiculũ discernere posse* [r] *adulterinos homines & probos, præsertim cùm veluti nomismata, hominum mores cuiusmodi sint, non statim pateant. Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides, dicens:*

At quo malus noscendus est mortalibus,

Innatus est nulli character corpori.

Ex quo & multò præclarior

Parasiti ars esse ostẽditur, q res ita obscuras, & abditas magis

ἐστὶν τῆς μαντικῆς γνωρίζειν, καὶ οἶδεν. τὸ δὲ γε ἐπίστασθαι λόγους λέγειν ἐπιτηδείους καὶ πράγματα πράττειν, δι' ὧν οἰκειώσεται τὴν ἀνδρα τὸν ἑαυτὸν τῷ τρέφοντι ἀρδείᾳ, ἃ δὲ συνίσωσι καὶ καταλήψεως ἐρῶμενόν ἐστιν αὐτοῖς ὅλον. Τυ. καὶ μάλα. Π. τὸ δὲ γε ἐν τούτοις ἐπάσασιν αὐτοῖς, ὅπως παντὸς ἀπέλθῃ πλέον ἔχων, καὶ παρανοσήσας τὸν μὴ τὰ αὐτὰ αὐτῷ καὶ ὡσαύτως τέχνῃ, ἄνευ τινὸς λόγου καὶ σοφίας πλάττεσθαι οἴει; Τυ. ἐδαμῶς. Πα. τί δέ, τὸ ἐπίστασθαι τὰς ἀρετὰς καὶ κακίας τῶν ὄψων, καὶ τῶν σιτίων πολυπραγμοσύνῃ, ἀτέχνου τινὸς ἔνδον ὅλον; καὶ ταῦτα, τῶν γνωμοτάτων Πλάτωνος ἔτι σοὶ λέγοντος, τοῦ μὴ μόνον ἐστιάσεσθαι, μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, σκαιᾶς μοίρης καὶ ἀκυροφίρακι λείσις ὅλον μὲν ἂν ἐν καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ

gis quàm vaticinandi peritia perſpicit & cognoſcit. Noſſe verò ſermones proferre accommodos, eaſq; facere per quæ in familiaritatem adiungitur, quibus ſemet quàm beneuolentiſſimum ſuo alumno eſſe oſtenſurus ſit, nunquid non ſingularis intelligentiæ, atq; inuentionis vehementiſſimæ tibi documentũ eſſe videntur? TYC. Admodũ. PAR. Porrò autẽ in ipſis cõuiuijs vt abeat per omnia plus habẽs, eoſq; exuperans qui eam artẽ ſua negligentia ſibi non parauerunt, an hoc citra rationem & ſingularem ſapientiam Paraſitum facere poſſe arbitraris? TYC. Nequaquã. PAR. Quid autem? noſſe obſoniorum ciborumq; virtutes & vitia, num tu rudis & indocti cuiuſpiam curioſitatem eſſe exiſtimas? præſertim Platone generoſiſsimo ita dicente: [8] Qui conuiuas epulis accepturus eſt, nec rei coquinariæ ſcientiam habuerit, eius in adornando conuiuio pertenue eſt iudicium. Quod autem Paraſitica non cognitionem ſolam,

ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης δεῖν ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν ἐνθένδε ῥᾳδίως. ἄλλων γὰρ τεχνῶν καταλήψεις, ἡμέρας καὶ νύκτας, καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγγύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως ἐκ ἀπόλωνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις ἀεὶ τέχναι· ἡ δὲ τῶν παρασίτων κατάληψις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἔτι ἐν γυμνασίῳ ἀπόλυσιν ἢ μόνον, οἶμαι, τῶν τέχνων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην, τό γε μὴν κεῖς τί τέλος ἐψηφισμένον ὦ βίῳ, μὴ καὶ μανίας ἔτι ζητεῖν; ἐγὼ γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐδὲν ἀνθρωπότροπον ὑπείσκω ἐν τῷ βίῳ ὄν, εἰ δεῖ ζῆν γε ἄνευ τούτων ἐστί. Tv. πάνυ μὲν οὖν. Πα. καὶ μὴν ἐδέ τοιοῦτόν τι ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, ὁποῖον τὸ λάκκος, καὶ ἡ ἰσχὺς, ὥστε τέχνην μὲν λοχᾶν αὐτὴν, λωβαμίαν δέ τινα τοιαύτην. Tv. ἀληθῆ λέγεις. Πα. ἀλλὰ μήν τοι ἐδὲ ἀτεχνία ἐστίν· ἡ γὰρ ἀτεχνία ἐδέποτε ἐδὲν κατορθοῖ ὧν κεκτημένη. φέρε

sed exercitationem quoque sibi vendicet, inde perdisces facilimè, quoniam aliarum artium cognitiones, & dies & noctes, & menses & annos sæpenumerò inexercitatæ permanent, non tamen artes ipsæ apud possidentes depereunt. At verò Parasiti cognitiones nisi quotidie in vsu sint atq; exercitio, perdunt non artem solam, vt opinor, sed ipsum quoq; artificem. Parasiticæ verò vtilitatē ad vnum aliquem vitæ exitum tendentem, vereor ne insaniæ sit perquirere. Ego verò quàm edere & bibere, in vita mortalium nihil inuenio vtilius aut præstantius, & citra quod vita non potest subsistere. TYCH. *Maximè.* PARAS. *Atqui ne eiusmodi quidem res est parasitica, cuiusmodi pulchritudo est, aut fortitudo, vt ars nulla esse videatur, sed quædam vis atq; potētia.* TYC. *Vera dicis.* PARAS. *Verùm neque arte caret.* [t] *Quod enim arte caret, nullo modo posidenti est conducibile. Age enim*

ἦρ, εἰ ἐπιτρέψας σὺ σεαυτῷ ναῦν ἐν θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπιστάμενος κυβερνᾶν, σωθείης ἄν; Τυ. οὐχ οὕτω. Πα. τί δή ποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἧς δυνήσεται σώζειν ἑαυτὸν; Τυ. καὶ μάλα. Πα. οὐκοῦν καὶ παράσιτος ἐπὸ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἦν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο; Τυ. ναί. Πα. οὐκοῦν τέχνῃ σώζεται, ἀτεχνίᾳ δὲ οὔ; Τυ. πάνυ μὲν οὖν. Πα. τέχνη ἄρα ἐστὶν, ἡ παρασιτική. Τυ. τέχνη, ὡς ἔοικε. Πα. καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας, ἐκπεσόντας τῶν δίφρων οἶδα ἐγὼ πολλάκις, καὶ τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν διαφθαρέντας παρασίτου δὲ ναυάγιον οὐδὲ εἷς ἔχοι τοιοῦτον εἰπεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μήτε δύναμις, σύστημα δέ τι, καὶ ἐκ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη δηλονότι διωμολόγιται ἡμῖν σήμερον. Τυ. ὅτῳ ἐκ τούτου εἰκάζω·

enim si tibi ipse nauim in mari commisisses fluctibus atque procellis ingruentibus, gubernandi imperito, num euasurus es incolumis? TYC. Minimè gentium. PAR. Quid tandem obstat? an quòd arte careas, cuius ope te ipse seruare potuisses? TYC. Sanè verò. PAR. Proinde arte seruamur, imperitia verò non item. TYC. Admodum. PAR. Ergo Parasiticā artem esse constat. TYC. Artem profectò, quantum apparet. PAR. Atque gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios de curru non rarò delapsos esse comperi, ac nonnullos illorum luxatos atque delumbatos, porrò nonnullos prorsus extinctos: cæterùm Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque ab arte remota est Parasitica, neque facultas est aliqua, comprehensio autem præceptionum exercitarum: eandem artem esse hodie nobis fatendum est. TYC. Quantum quidē ex hoc coniecturam facio.

ἀπ' ἐκεῖνο, ὅπως μὴ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀφέλῃς τῆς παρασιτικῆς. Πα. ὀρθῶς σύ γε λέγων· λοιπὸν γὰρ δή μοι ὅτως ἂν μάλιστα δοκεῖσθαι, παρασιτικὴ ὅτι τέχνη ποτίων καὶ βρωτίων, καὶ τῶν περὶ ταῦτα λιχνείων. τέλος δὲ αὐτῆς τὸ ἡδύ. Τυ. ἐπίτρεψόν μοι δοκεῖν ἐμαυτὸν τέχνιον. ἀπ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πῶς ἐνίοις τῶν φιλοσόφων μάχη ἐστὶ περὶ τὸ τέλος ἢ. Παρα. μὴ μέντοι ἀπόχρη γε, ἔπειτα ἴσως τὸ αὐτὸ τέλος εὐδαιμονίας καὶ παρασιτικῆς. φανεῖται δ' ὅτως· ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος, τὸν τῶν παρασίτων βίον θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς ἅπᾶσιν· Οὐ γάρ ἔγωγέ τι, φησί, τέλειόν γε ἔμμεναι, Ἢ ὅταν εὐφροσύνῃ μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα, Πολλὰ δὲ πολίτωσι παρίστηται σίτου, καὶ οἴνου, μέθυ δ' οἰνοχόοι φορέωσι, καὶ ἐγχίῃ λιπαροῖσι.

Sed in hoc tibi vigilandum esse intelligis, vt finē aliquē generosum Parasiticæ nobis attribuas. PAR. *Rectè sanè dicis. videtur autē hac finitione potissimùm explicari posse: Parasitica ars est ciborū atq; potuum, & sermonum qui horū conquirendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est voluptas.* TYC. *Videre mihi tuā artem præclarè definisse. Illud tamen etiam atq; etiam considera, ne aduersus philosophos aliquos × de fine tibi oriatur pugna atque contentio.* PAR. *Y Atqui abundè sufficit hunc esse finem & felicitatis, & Parasiticæ: neque aliter apparet. Siquidem Homerus ille sapiens Parasiti vitam admirans tanquam solam beatam atq; felicem, ita inquit:*

Haud ego finem vllum meliorē vltrà arbitror esse,
Quàm si mente omnis populus lætetur quanti:
Iuxtà autem mensæ sint pane cibisq; repletæ,
Atq; pocillator dulce è cratere falernum
Fundens, distribuat per pocula parua bibendum.

Iam

καὶ ὡς ἐχ' ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων, μᾶλλον τὴν αὐτῆ γνώμην ποιεῖ φανερωτέραν, ἣν λέγω, τοῦτό μοι δόκησον ἐνὶ φρονεῖν ἅπαντι δῆλα εἶναι· ἐχ ἑτέρου τινός, ἐξ ὧν φησίν, ἢ τὸ παρασιτεῖν ἥδιστον νομίζων. καὶ μὴν ἐδίκως τυχόντι ἀνδρὶ πεπιστεῦσθαι τούτους τοὺς λόγους, ἀπὸ ὧν σοφωτάτῳ τῶν ὅλων. καίτοι γε ἔπειτ' ἐβούλετο Ὀδυσσεὺς τὸ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐδύνατο ταυτὶ λέγων, ὅτε τὸν Φιλοκτήτην ἀνάγων ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φόνους κατέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν ἐσῆλθεν, ἑαυτὸν μαστιγώσας, καὶ κακὰ, καὶ Στωϊκὰ ῥάκη ἐνδὺς, ἀλλὰ δότε ἐκ εἶπε τοῦτο τέλος καὶ εἰσεπόρθησεν. ἅμα μὲν καὶ ἐν ᾧ τῶν Ἐπικουρείων βίῳ γεγονὼς καὶ αὖθις, παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτε αὖ ἐκεῖνος ἐπῆρχεν ἐν ἀρχίᾳ τινὶ βιοτεύων, καὶ τρυφῶν, καὶ βιοῦν τὸν Ατ-

Iam quasi parùm cumulatè hæc admiraretur, sentētiam suam longè pleniorem apertioremq; hisce verbis facit, perfestiuè subijciens:

Hic finis nobis pulcherrimus esse videtur.

Haud aliud ex ijs, beatum ac felix, quàm parasitari existimans. z *Sedenim hæc verba non cuilibet è vulgo attribuit, verùm omnium sapientissimo. Et sanè si Vlyssi fuisset in animo Stoicos secuto laudare finem virtutem, potuisset illud dicere quando* A *Philoctetem ex Lemno adduxit, quando Troiam subuertit, quando* B *Græcos fugam adornantes compescuit atque detinuit, quando Troiam ingressus est, se ipse* C *indecoris vulneribus flagellatum afficiens, ac sordido & planè Stoico indumento amictus. At tunc huius pulcherrimi finis nusquam commeminit. Cæterùm ne tunc quidem cùm in Epicureorum vita constitutus apud venustissimam Calypsonem versaretur, illique liceret in otio voluptuosè & molliter viuere, ac in omnibus delicijs Atlantidis*

λαντ& θυγατέρα, καὶ λινᾶν πάσας τὰς λέας λινύσεις, ὃ λέπος τι εἶπε τοῦτο τὸ τέλ& χαρίεστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον. ἐκαλοῦντο δὲ Δατυμόνες, οἱ παράσιτοι τότε. πῶς δ' λέγω; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐμπαιζόντων. ἐδεῖ γὰρ οἶόν τι ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων, Δατυμόνες ἀτάμβοι ἐξείης. καὶ, Παραπλήθουσι πράπιδας ἀτρεκέως καὶ λιγυφώνου. ὅ γε μὲν Ἐπίκουρ& σφόδρα ἀναισχύντως ὑφιλόμενο& τὸ τ παρασιτικῆς τέλ&, τῆς κατ' αὐτὸν εὐδαιμονίας τέλος αὐτὸ ποιῶν, καὶ ὅτι ἁπλοῦν τὸ πρᾶγμα ὄν, καὶ ἑλόν Ἐπικούρ&. μίλητο τὸ ἡδὺ, ἀλλὰ ὦ παράσιτε, ὅταν μάθοις ἄρ. ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ, πρῶτον μὲν, τὸ τῆς σαρκὸς ἀόκλητον, ἔπειτα τὸ μὴ θορύβου καὶ ταραχῆς πλῆ ψυχὴν ἐμπίπλασθαι. τέτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτ& ἑκατέρων τυγχάνει, ὁ δὲ Ἐπικούρ&

lantidis lectum conscendere, neq; non rebus quas animi libido ferebat, indulgere: illius pulcherrimi finis memor est, sed cùm apud Phæacas parasitum ageret. Vocabantur autem tunc temporis parasiti Dætymones. Quomodo enim dicit? Dignum enim est vt iterum atque iterum suauissimorum versiculorum recordaremur. neque enim ad satietatem audiri possunt, nisi sæpiùs repetantur:

Dætymones sedeant ex ordine.

Et:

Iuxta mensæ adsint epulis & carne repletæ.

DPorrò Epicurus nimiùm impudenter hunc finem detractum parasiticæ, ad felicitatem suã detorsit. Quòd autem hæc res non absit à furto, quódque Epicuro voluptas nihil curæ sit, sed parasito, ita potes colligere. Ego voluptatem existimo primùm tranquillum statũ corporis: deinde neq; mentem vlla perturbatione aut molesta cura onerari. Horum vtrunque parasitus assequitur, Epicurus

κούρειος οὐδὲ θατέρου. ὁ γὰρ ζη-
τῶν περὶ σχήματος γῆς, καὶ
κόσμων ἀπειείας, καὶ μεγέθους
ἡλίου, καὶ ἀπρεπημάτων, καὶ πρώ-
των στοιχείων, καὶ περὶ τῶν
θεῶν εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶ,
καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ
πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος
πρός τινας, οὐ μόνον ἐν ἀν-
θρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσ-
μικαῖς ἔστιν ὀχλήσεσιν. ὁ δὲ
παράσιτος, πάντα καλῶς
ἔχειν οἰόμενος, καὶ πεπιστευ-
κὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄ-
μαινον, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς
ἀδείας καὶ γαλήνης οὐδενὸς
αὐτοῦ τοιούτου παρενοχλοῦν-
τος, ἐσθίει, καὶ κοιμᾶται ὕ-
πτιος, ἀφεικὼς τοὺς πόδας
καὶ τὰς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσ-
σεὺς ἐπὶ τῆς σχεδίας ἀπ-
πλέων οἴκαδε. καὶ μὴν οὐχὶ
κατὰ ταῦτα μόνον οὐδὲν προ-
σήκει τὸ ἡδὺ τοῦ Ἐπικούρου,
ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνα. ὁ
γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις
ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φα-
γεῖν

curus autem ne alterutrius quidem fit particeps. Etenim cùm curiosè satis de habitu terræ, de infinitis mundis, de magnitudine Solis, atq; distantijs, de primis elementis atq; etiam de dijs, siue sint siue non sint, deq; ipso fine peruestigans, nunquam non digladiari soleat semper cũ aliquibus contentiosè dissidens: non humanis solùm, sed & mundanis vexationibus atteritur atque consumitur. At parasitus horum omnium securus, omnia bene se habere existimans, credensq; hæc meliori loco esse non posse quàm sint, cum multa securitate & animi tranquillitate, nullo istiusmodi nugarum scrupulo illi facessente negocium, edit suauissimè, ac dormit supinus, E porrectis & manibus & pedibus quemadmodum Vlysses rate ad patriam nauigans. Atqui non propter illa tantùm nulla in re Epicurus voluptatis potitor, sed etiam propter hæc. Quippe Epicurus ille quicunque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod

γᾶρ ἔχει, ἢ δ'. ἐὰν μὴ ἐκ ἔχει, ὁκ ὅπως ἡδέως ἡσεται, ἀλλ' ὁδ' ἡσεται· εἰ δὲ ἔχει, ἤτοι παρ' ἑαυτοῦ, ἢ τοι παρὰ ἄλλου. ἐὰν μὲν γὰρ παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχει, παράσιτός ὅτι, καὶ ὁκ ὡς πλέγα· ἐὰν δὲ παρ' ἑαυτοῦ. ὁκ ἂν ἡδέως ἡσεται. Τυ. πῶς ὁκ ἡδέως; Πα. ἐὰν γὰρ ἔχοι τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλὰ τοι, ὦ Τυχιάδη, ὧν τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη, καὶ ἄφθονον λεῖν τὸν μέλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, τὰς ἐγγινομένας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν, ἢ τί φής; Τυ. καλῶς μοὶ δοκεῖ. Πα. ἀνδρὶ ὧν μὴ συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει. ὧν δὲ ὀλίγα καὶ μηδέν, ἐκεῖνο· ὥστε πρὸς ἐκεῖνον ἐκ ἂν σοφὸς γένοιτο, ἐὰν ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους, λέγω δὲ τοῦ ἡδέως. ἀλλ' ἐὰν μὲν ὁ πλούσιος, ὁ παρὰ τὴν οὐσίαν ἀφθόνως τῶν ἐπιθυμίων

quod edat, aut non. Sinon, ille quidem voluptuosè viuet minimè: imò ne viuet quidē. Sin aūt habuerit, habebit aut à seipso, aut ab alio. Itaq; si ab alio quod edat habuerit, parasitus est & ille, & non is quem se superbè venditat. Sin à seipso, voluptuosè non viuet. Tyc. Quomodo verò non voluptuosé? Par. Si enim suppetiuerit illi apud seipsum victus copia multa, ô Tychiade, eiusmodi vitam consequi necesse est. Vide verò qualia: oportet enim eum qui voluptate duce molliter & delicatè victurus est omnibus incidentibus cupiditatibus abundè indulgere. Aut quid tu ais? Tyc. Et mihi idem videtur. Par. Proinde ei qui rei familiari ampliter instructus est, fortassè vnde libidinem suam expleat, non ægrè suppetet: atqui æstiuè atque tenuiter munitus erit opibus, illi harum rerum potiundi, nulla supererit copia. Itaque si pauper fuerit Epicurus, sapiens esse non potest, neque vnquam voluptatis finem sibi propositum consequetur. Sed ne diues quidem copiosæ pecuniæ dominus, cui per facultates suas cupiditatibus

μίας χορηγῶν, ἀνωφσιτα τῷδι ἐφικέσθαι. τί δὲ ποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη, τὴν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτῷ πομπὰς περιπίπτειν ἀηδίαις. τῷδε μὲν, ὦ μαγείρων ἀκακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον, ἢ εἰ μὴ μάχοιτο, φαῦλα παρὰ τοῦτο ἐσθίοντα τὰ ὄψα, καὶ τῷ ἀλλ' ὑπερρῆν· τοῦτο δέ, ὦ οἰκονομοῦντι τὰ καλὰ τῶν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοίη, μαχόμενον. ἢ ἔχ' ὅτω; Τυ. νὴ Δία ἀμοὶ δοκεῖ. Πα. ὦ μὲν Ἐπικούρῳ πάντα ξυμβάινειν ἀκὸς, ὥστε ἀδύποτ' εὐξύτατα τῶν τίλεος· ὦ δὲ παράσιτῳ ὅτι μάλιστ' ἀρὸς ἔσται, ὦ χαλεπὸν, οὔτε ἀργὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια· ὑπὲρ ὧν ἀκλογεμένῳ ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι, καὶ πίοι μόνος· οὔτε τοῦ μηδενὸς, ὧν ἐκείνος ἀνάγκη, ἐνοχλούμενος.

tatibus prolixè suppeditare atque inseruire promptum est, præfixum voluptatis finem nanciscetur. Quid ita tandem? Propterea quòd necesse sit eum qui sumptum de suo fecerit, in multas atque adeò odiosas illabi molestias. Iam enim illi cum coco rixandum erit, quòd parum opiparè atque apparatè edulia adornauerit. Aut si citra rixam coci negligētiam dissimulanter habuerit, tum ferculis inconditis, & minimè delicatis vescitur, ac per hoc speratā voluptate priuatur. Aut iam illi cum domus præfecto rem familiarem indiligenter accurante delitigandum est. An verò hæc ita se non habent? Ty. Per Iouem idem quoque mihi videtur. Paras. Hæc ergo omnia vt Epicuro accidant necesse est. itaque nunquam voluptatis fine miser ille potietur. At verò parasito neque cocus est vllus, cui propter incuriam irasceretur, neque ager, neque villicus, neque argentum, quorum nomine famuli excusationem perferens doleret: & tamen omnia habet, vt edat & bibat, soli illi nulla re existente qua vt Epicurus perturbaretur.

Iam

ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, καὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται· λοιπὸν ὅτι καὶ ἀείστη, δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὅτι κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν, εἶτα, ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει· πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη, πεσάγειν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἅπερ οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπεύξαιτο· ταύτην δὲ τὴν τέχνην, ὡς ἔοικε, μόνην ἔξεστι μαθεῖν ἄνευ πόνου. τίς γὰρ ἀπὸ δείπου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκαλείων ὁρῶμεν; τίς δ' ἐπὶ δεῖπνον ἀπιὼν, ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὴν ὁ μὲν παράσιτος, ἑκῶν αὐτὸς ἐπὶ δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ἐπιθυμῶν τοῦς τέχνης. οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτὰς, ὥστε

Iam quòd ars sit parasitica, & ex his iam dictis, atq; alijs satis superq; ostensum est. F Reliquũ est, vt planũ faciã quàm sit etiã omnium optima: & hoc quidẽ non simpliciter, sed primùm declarabo quàm communiter omnes alias artes G sua anteire soleat præstantia: deinde quàm etiã priuatim præcellat cæteras. Communiter ad hunc modum præstat alijs. H Etenim vniuscuiusque artis studium, discendi adducere laborem, timorem ac verbera necesse est, quæ qui non deprecetur, nullus vnquam inuentus est. Hanc verò artem cuius ego professor sum solam, vt videtur, licet sine labore perdiscere. Quis enim vnquam à cõuiuio flens digressus est, veluti quospiam videmus puerulos à præceptoribus discedere? Quis proficiscens ad conuiuium, vnquam tristis atque seuerus conspectus est, quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare solent? Atqui parasitus sua sponte, atque adeò volens ad cœnam vadit, artis consequendæ omnium cupidissimus. Cæteri verò qui alijs artibus perdiscendis nauant operam, easdem prosequuntur

ἔνιοι δι' αὐτὰς ἀπεδιδράσκουσι. τί δὲ, οὐ κἀκεῖνο ἐννοοῦσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις πεκόπτοντας, οἱ πατέρων καὶ μητέρων τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον, καλῶς νὴ Δία ἔγραψεν ὁ παῖς λέγοντων, δότε αὐτῷ φαγεῖν· οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον, καὶ ἐντιμωρίᾳ μέγα φαίνεται. καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι τὸ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι, μετὰ τὸ μαθεῖν καὶ τοὺς καρποὺς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι· πολλοὶ γὰρ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτό. ἡ δὲ παρασιτικὴ, μόνη τῶν ἄλλων, εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται, καὶ ἐν τὸ τέλει ἐστίν. αἱ μέν τοι τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ τινὲς, ἀλλὰ πᾶσαι, ἐπὶ μόνην τὴν τροφὴν

quuntur odio, ita vt nonnulli aufugientes, artes suas summa detestatione repudient. Et cur non hoc quoq; considerandum tibi venit, quòd eos qui in alijs artibus fecissent aliquod operæprecium, parentes I his potissimùm honorare solent, quibus parasitum quotidie cohonestant? Elegantes, ita me Dij ament, inquiunt, puer pinxit literas, date illi quod edat. Malignas literarum notas descripsit, nihil date illi. Adeò res & honore pensanda, & supplicio punienda esse videtur. Quin etiam cum cæteris artibus ita comparatum est, vt primum hoc posterius habeant, postquam iam K multo sudore paratæ sunt, dulcem & expetitum voluptatis fructum subministrant suis cultoribus. ad quam rem multa est via, nec minùs aspera. Cæterũ sola ex omnibus parasitica statim initiò inter discendum arte sua fruitur, ac simul atque incepta fuerit, quantocyùs est in quæstu. Præterea reliquæ artes nõ saltem aliquæ, sed omnes simul, tantùm victus conquirendi gratia inuentæ

φὴν γεγόνασιν· ὁ δὲ παράσιτος, εὐθὺς ἔχει τὴν τροφὴν ἅμα τῶν ἄρξασθαι τῆς τέχνης. οὐ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς γεωργεῖ, οὐ τοῦ γεωργεῖν ἕνεκα, καὶ ὁ τέκνων τεκταίνεται, οὐ τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα; ὁ δὲ παράσιτος οὐχ ἕτερον μέν τοι διώκει ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὴν ἐκεῖνα γε οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ταλαιπωροῦσι, μίαν δὲ, ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι καὶ αἱ πόλεις δὲ τὰς μὲν, δι' ἔτους, τὰς δὲ ἐμμήνους ἑορτὰς διατελοῦσι, καὶ εὐφραίνεσθαι, λέγονται τότε· ὁ δὲ παράσιτος τοῦ μηνὸς τὰς τριάκονθ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει. πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι τῶν θεῶν, ἔτι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας κατορθοῦν, ὀλιγοσιτίαις καὶ

sunt: at parasito actutùm parata est alimentorum felix copia, simulatque artem exorsus fuerit. An verò non animaduertis agricolam agros colere non colendi gratia, & fabrum fabricare nō fabricandi gratia? At parasitus nihil sectatur aliud, sed hoc ipsum quod illius negotium est. & cuius gratia ei negotio intentus est. At hæc cui obscura sint, neminem esse arbitror, quòd ij qui reliquarum artium exercendo tractant commercia, per omne tempus afflicti laboribus viuunt ærumnosè atque infeliciter, ac vix vnum atque alterum diem festum per mensem agunt, propterea quòd ciuitates alias quidem per annum, alias per mensem indicta solennitate dies festos agere soleant, & tunc animo remissiore lætari dicuntur: at parasitus ferè singulos semper triginta dies agit in ocio. Omnes enim dies illi videntur sacri deorum numinibus. Præterea quibus consilium aut animus est, reliquis vti artibus cum aliqua laude & existimatione, illi

καὶ ὀλιγοποσίαις χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες πολυποσίαις δὲ καὶ πολυσιτίαις οὐκ ἔστιν εὐφραινόμενον μανθάνειν. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τῶν κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δυνάνται· οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν, οὔτε ψάλλειν ἄνευ λύρας, οὔτε ἱππεύειν χωρὶς ἵππου· αὐτὴ δὲ οὕτως ἔστιν ἀγαθὴ, καὶ οὐ βαρεῖα τῶν τεχνίτῃ, ὥστε καὶ ὑπάρχει μηδὲν ἔχοντι ὅπλον, χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες, ταύτην δὲ, λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τέχνων εἰσὶ διδάσκαλοί τινες· τῇ δὲ πρασιτικῇς οὐδεὶς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ, κατὰ Σωκράτην, καὶ αὕτη τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται. κἀκεῖνο δὲ σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας

illi tenui frugaliq; victu & potu vtantur necesse est, tanquam qui morbis decumbunt impliciti. Nam qui victu paulò copiosiore, potúque largiore semet inuitat & oblectat, ille studio minimè est accommodus. Accedit his, quòd reliquæ artes sine instrumentis, magistro suo nihil fructus afferre possunt. Neque enim citra tibiam tibia canere, neque citra lyram psallere, neque absque equo equitare quisquam potest. Porrò hæc vsque adeò bona est, adeóque non onerosa artifici, vt omnibus etiam instrumentis carenti, tamen victum largè suppeditet, eáque commodissimè vti possit. Et sicut videmus, alias artes perdiscentes, magistris mercedem persoluimus: hanc autem discentes, præmium accipimus. Prætereà aliarum artium omnium sunt doctores quidam & professores: cæterùm qui parasiticam tradat aut doceat, nullus est: sed quemadmodum L poësis iuxta Socratem, & ipsa quidem fato quodam accedit. Quinetiam illud apud animum tuum expendito, quòd alias artes

χνας ὁδεύοντες ἢ πλέοντες οὐ δυνάμεθα διαπράττεσθαι, ταύτῃ δὲ ἔστι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. Τυχ. πάνυ μὲν οὖν. Παρ. καὶ μέν τοι, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὐτῇ δὲ οὐδεμιᾶς ἑτέρας. Τυχ. τί δὲ, οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες ἀδικεῖν δοκοῦσι; Παρ. πῶς γὰρ οὔ; Τυχ. πῶς οὖν ὁ Παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος; Παρ. οὐκ ἔχω λέγειν· καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ, φαῦλαί τινες καὶ ἐντελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχὴ πάνυ γενναῖά τις. τὸ γὰρ θρυλλούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλό τι εὕροις, ἢ ἀρχὴν παρασιτικῆς. Τυχ. πῶς λέγεις; Παρ. ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ συνήθη μετρίως, ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ πρότερον, οἶμαι, τοῦτον γενέσθαι

aut iter facientes, aut nauigantes exercere nequeamus, hac verò vti licet & in itinere, & inter nauigandum. TYCH. *Admodum profectò.* PAR. *Atqui, ô Tychiade, reliquæ artes omnes huius opem mihi desiderare videntur, hæc verò nullius alterius egens est adminiculo.* TYCH. *Quid autem? nónne qui alienas res accipiunt, tibi iniustè agere videntur?* PAR. *Et quî non?* TYCH. *Quomodo ergo parasitus aliena accipiens, solus extra iniusti noxiam habendus est?* PAR. *Huius quæstionis causam tibi non possum reddere: verùm aliarum artium principia plerunque sunt vilia atque simplicia, parasiticæ autem principium admodum generosum & illustre est. Etenim omnibus modis iactatum ac tritum illud amicitiæ nomen, non inueneris aliud quàm parasiticæ esse auspicium.* TYCH. *Quomodo dicis?* PAR. *Quoniam nemo inimicũ aut ignotũ hominem, sed ne mediocriter quidem familiarem ad cœnam vocat; sed necessarium est, vt antè cum illo amicitiam*

γενέσθι φίλον ἵνα κοινωνήσῃ, σπουδῶν καὶ τραπέζης, καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μέθ' ἡμῶν, ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα, μόνον πιστὸν ἡγουμένων φίλον. ὅτι γε μὴν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ἐστὶν αὕτη, μαθοῖς ἂν καὶ ἐκ τοῦδε οὐχ ἥκιστα. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας οὐ μόνον κακοπαθοῦντες, καὶ ἱδροῦντες, ἀλλὰ νὴ Δία καθήμενοι, καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται, ὥσπερ ἀμέλει δοῦλοι τῶν τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος μεταχειρίζεται τὴν αὐτοῦ τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ; ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον, οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμεται. καὶ

citiam contraxerit, quàm eum libationis & mensæ participem fecerit, atque ad huius artis mysteria admiserit. Audiui ego sæpenumerò dicentes quospiam: Cuiusmodi ille amicus est, qui neque edit neq; bibit vnquam nobiscum? quasi eum qui vnà cibum capiat atque combibat, solum fidum amicum esse existiment. Quòd autem ars sit omnium præstantissima, inde facillimè poteris cognoscere. Etenim artes reliquas non tantùm grauiter laborantes, & sudore perfluentes, sed per Iouem sedentes aut stantes exercent, quasi artibus seruiliter mancipati sint: at parasitus veluti addicto mancipio sua arte vtitur, veluti rex accumbens, ociosus ab animo. Illa autem quorsum recensere attinet, certissima felicitatis parasiticæ documenta, quòd solus iuxta sapientem Homerum, neque vllam M plantam inserit manibus, neque terram versat aratro, sed citra arationem, citráq; sementem omnia parasitando consequitur?

καὶ μὴν ῥήτορά τι καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα ἢ ἄλλον ὁμοτέχνην ἑαυτῷ τίχνῃ ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πονηρὸς, ἐάν τε καὶ μοχθηρὸς ᾖ· παρασίτῳ δὲ ἀδύνατα μισθῶσαι, ἢ μοχθηρὸς ὢν, ἢ πονηρός. Τυχ. παπαί, οἷον χρῆμα ἀπροσδόκητον ἡμῖν παρασιτικήν; ὥστε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι μοι δοκῶ μοι παρεῖναι σὺ ἄντι τούτου, ὅς εἰμι. Παρ. ὡς μὲν δίκην μοι νῦν πάντων διαφέρει, διὰ ταχέων ἐμοὶ δοκῶ· φέρε δή, ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. τὸ μὲν δὴ τῶν βαναύσων τίχνας παραβάλλειν αὐτῇ ἀνόητόν ἐστι, καὶ μάλα μόνως καταγελῶν τὸ ἀξίωμα τῆς τίχνης. ὅτι γε μὴν τῶν μιγίστων καὶ κρείττονων τίχνων διαφέρει, λεκτέον. ὁμολογεῖται δὲ δὴ πᾶσι πάντων, τῇ τε ῥητορικῇ καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ, ἃς δὴ γυναικότητα, καὶ ἐπι-

Præterea rhetori aut mathematico, aut fabro ærario nihil obstare video quò minùs artem suã exerceat, etiã si improbus fuerit aut morio: porrò autem parasitum agere nemo potest, qui aut stultus fuerit, aut improbis moribus. TYCH. *Papæ: cuiusmodi rem ostendisti esse paraſiticam? Itaque & me iam ea inuasit libido, vt parasitus esse cupiam pro eo quã nunc in præsens sum.* PAR. *Itaq; quemadmodum omnibus aliis artibus potior sit parasitica cõmuniter, abundè mihi demonstratum esse opinor: O age nunc deinceps quomodo priuatim quoq; excellat singulas, considerabimus. Vt autem hanc cum mechanicis aut manuarijs artibus conferam, ineptum mihi esse videtur, aut potiùs eius qui huiusce artis dignitatem indignis modis subuerteret. Sed illud potiùs, quomodo maximas atque pulcherrimas sua præstantia exuperet, demonstrandum est. Est autem in confesso apud omnes, rhetoricam atque philosophiam cæteris longè celebriores haberi, quas plerique*

ἐπισήμας ἀφραίνουσά τις νῦν. ἐπεὶ δὲ γοῦν καὶ τούτων ἀφεῖξαμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ μᾶλλον οὖσαν, σχολῇ ἄλλου τῶν ἄλλων τις ἂν φήσειε πρωτεύειν, μαθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν θεραπαινίδων. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν ἁπάσαις, καὶ τῆς ῥητορικῆς καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κατὰ τὴν ὑπόστασιν· ἢ μὴν γὲ ὑφίσταται, οὐκ ἄδηλον· ὅτι γὲ καὶ τῇ ῥητορικῇ, ἴσμεν τι καὶ τὸ αὐτὸ νομίζομεν, ἀπ' οἰκίας τέχνην, οἱ δὲ τἀναντίον, ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ κακοτεχνίαν ἄλλοι δὲ ἄλλό τι, ὁμοίως δὲ καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ, κατὰ τὰ αὐτὰ, οὐδαμῶς ἴσως. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, καὶ ἁπλῶς, ἄλλῳ ἀλλοῖ

plerique propter generositatem atque cognitionem omnibus anteponunt. Proinde posteaquam ostendero & his longè potiorem esse parasiticam, satis constabit eandem quoque cæteris artibus vniuersis longè latè præstare, veluti Nausicaa corporis venustate atque proceritate omnes præcellebat famulas. Equidem communiter vtrasque excellenter anteit, & rhetoricam, & philosophiam: primùm quantum attinet ad artis substantiam. Illa enim subsistit, hæc verò minimè. Neque enim de rhetorica eadem omnium est sententia, neque eandem idem omnes esse sentimus, sed nonnullis ars esse videtur, nonnullis ab arte seiuncta. Plerique etiam praeuitatem quandam artis seu impostúram esse existimant, alij, aliud. Haud alia est hominum de philosophia disputantium opinio. Aliter enim Epicuro res philosophicæ habere videntur, aliter Stoicis, aliter Academicis, secus quoque Peripateticis. Et quid multis opus est? Omninò alius aliam

ἀξιοῖ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι· καὶ μέχρι γε νῦν, ὅτι οἱ αὐτοὶ γνώμης κρατοῦσιν, ὅτε αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ἐξ ὧν δηλονότι τεκμαίρεσθαι κατελείπεται· ἀρχὴν γάρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί δή ποτε ἀρηθμητικὴ μὲν μία ἐστὶ, καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο, παρά γε ἡμῖν, καὶ παρὰ Πέρσαις τέσσαρα ἐστὶ, καὶ συμφωνεῖ ταῦτα καὶ παρὰ Ελλησι καὶ Βαρβάροις; φιλοσοφίας δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν, καὶ ὅτε τὰς ἄρχας, ὅτε τὰ τέλη σύμφωνα πασῶν; Τυχ. ἀληθῆ λέγεις, μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν, αὐτοὶ δὲ αὐτὰς ποιοῦσι πολλάς. Παρ. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη τὰ παρέλθοι τις, συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ

rem philosophiam esse contendit, & comminiscitur: & ad hunc vsque diem neque illi suam obtinent sententiam, neque ars illorum vna esse videtur. Ex quibus omnibus hanc mihi coniecturam facere licet, quòd statim sub initium illam artem esse negem, cuius nulla est substantia: quoniam cur tandem arithmeticam vnam esse videmus, quàm quòd bis duo & apud nos & apud Persas sint quatuor, nec discrepant hæc neque apud Græcos, neque apud Barbaros? At philosophias varias atque multiplices esse videmus, prætereà neque fines, neque principia illarum concordare. TYCH. *Vera dicis. Etenim vnam philosophiam esse asseueranter affirmant, ipsi verò multarum sunt authores.*

PARAS. *Atqui in reliquis artibus, quanquam nonnihil discreparet, quispiam verò progressus illud ignoscendum esse contenderet, propterea quòd alioqui perfectæ essent, earúmque cognitiones nõ forent ambiguæ aut mutabiles: certè ille repudian=*

οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέος ἂν εἴη. φιλοσοφίαν δέ τις, ὡς ἀναγκαίαν, ἀνάσχοιτο μὴ μίαν εἶναι, καὶ μηδὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὐκ ἔστι φιλοσοφία, ἐπειδὴ ὁρῶ καὶ ἄπειρον οὖσαν· πολλαὶ δὲ οὐ δύνανται εἶναι, ἐπειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς ταῦτα φαίη τις ἄν· τὸ γὰρ περὶ ἑνὸς προκειμένου ταυτὰ μὴ λέγειν ἅπαντας, ἄλλα μάχην εἶναι φορᾶς ἀντιδόξου, ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦτο, οὗ μία κατάληψις οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ζητεῖν, τὸ τί μᾶλλον αὐτῶν ἐστι, καὶ τὸ μηδέποτε ὁμολογεῖν μίαν εἶναι, τοῦτο αὐτὴν ἀναιρεῖ τοῦ ζητουμένου τὴν οὐσίαν. ἡ μέν τοι παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν Βαρβάροις μία ἐστὶ

repudiandus non esset. At philosophiam quis tanquam necessariam sustineret vnam & simplicem non existentem, ac ferè vbique ipsam secum discrepantem, longè magis quàm instrumenta quæ sunt diuersissima? Siquidem non est vna philosophandi scientia aut ratio, postquam innumeras esse conspicio. Multæ autem esse non possunt, quãdoquidem philosophia vna est. Non disparia de rhetoricæ quoque substantia quispiam dicere possit. Nam de vna re proposita omnes non idem sentire & dicere, sed super præceptionibus diuersis pugnare sententijs, documentum est certissimum, ne principium quidem illius artis esse probabile, cuius non est vna cognitio. Etenim quærere quid potissimùm ex illis æstimanda sit rhetorica, ac nondum fateri vnam esse, omnem eius quod quæritur, tollit essentiam.

s Porrò autem ipsa parasitica non perinde se habet, sed & inter Græcos, & inter Barbaros sui nunquam

ἐστὶ, καὶ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως. καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις ἄλλως μὲν τούς δε, ἑτέρως δὲ τούς δε παρασιτεῖν. οὐδὲ εἰσὶν ὡς ἔοικεν, ἐν παρασίτοις τινὲς, οἷον Στωϊκοὶ ἢ Επικούρειοι, δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι πᾶς ἅπαντας ὁμολογία τίς ἐστὶ, καὶ συμφωνία τῶν ἔργων, καὶ τοῦ τέλους· ὥστε ἔμοιγε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο, καὶ σοφία εἶναι. Τυ. πάνυ μοι δοκεῖς ἱκανῶς ταῦτα εἰρηκέναι. ὡς δὲ καὶ τὰ ἄλλα χείρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς σῆς τέχνης, πῶς ἀποδεικνύεις; Πα. οὐκοῦν ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι φιλοσοφίας μὲν οὐδέ ποτε ἠράσθη παράσιτος, παρασιτικῆς δὲ πάμπολλοι ἐπιθυμήσαντες μνημονεύονται φιλόσοφοι, καὶ μέχρι γε νῦν ἐρῶσι. Τυ. καὶ τίνας ἂν ἔχοιο εἰπεῖν φιλοσόφους, παρασιτεῖν σπουδάσαν-

dissimilis est, sed vna atque eadem parasitandi ratio vbique. Neque quispiam dixerit aliter hos, aliter illos exercere parasiticam. Neque sunt inter parasitos, vt vides, discrepantium sectarum auctores, cuiusmodi sunt aut Stoici, aut Epicurei, dogmata habentes pugnantia: sed vna omnib. apud omnes est professio, operumq; & finis concordia. Itaque vt mihi videtur, periculum est ne ex his omnibus à me adductis, parasitica quoque sit singularis & præcipua quædam sapientia. TYC. Vidêre mihi ista sufficienter disseruisse. T Quòd autem & in alijs philosophia tua professione parasitica deterior existimanda sit, quomodo planum facies? PAR. Ergo illud mihi sub initium dictu pernecessariũ est, nullũ parasitum vnquam philosophiam amasse: at parasiticæ desiderio permultos arsisse philosophos, testãtur historiæ: quo desiderio etiam nunc tenentur. TYC. Et quósnam memorare potes philosophos, qui parasiticæ operam dede-

δάσαντας; Πα. οὕς τινας μέν τοι, ὦ Τυχιάδη, καὶ σὺ γιγνώσκων, ὑποκρίνῃ ἀγνοεῖν μᾶμὲ, ὡς κατά τινος αὐτοῖς αἰσχύνης ἐντεῦθεν γιγνομένης, οὐχὶ τιμῆς. Τυ. οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σίμων· ἄλλα καὶ σφόδρα ἀπρῶ, οὕς τινας καὶ εὕροις εἰπεῖν. Πα. ὦ γενναῖε, σύ μοι δοκεῖς ἀνήκοος εἶναι καὶ τῶν ἀναγραψάντων τοὺς ἐκείνων βίους, ἐπεὶ πάντως ἂν καὶ ἐπιγνῶναι, οὕς τινας λέγω, δύναιο. Τυ. καὶ μέν τοι νὴ τὸν Ηρακλέα ποθῶ δὴ ἀκούειν, τίνες εἰσίν. Πα. ἐγώ σοι δείξω, καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὄντας οὐχὶ τοὺς φαυλοὺς, ἀλλ' ὧν ἐγὼ δοκῶ τοὺς ἀρίστους, καὶ οὓς ἥκιστα οἴει. Αἰσχίνης μέν τοι ὁ Σωκρατικὸς οὗτος, ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους διαλόγους γράψας, ἧκέ ποτε εἰς

dederint? PARAS. Eos quidem, ô Tychiade, quos neque tu ignoras, sed data opera me quoque ignorare ciuiliter simulas, veritus ne ea ex re dedecus illis potiùs quàm honorem conciliem. TYCH. Non per Iouem hoc mihi in mentem venerat, ô Simo: attamen vehementer animi pendeo quósnam ei rei vnquam seruientes possis producere. PARAS. O generose, equidem tu mihi rudis & imperitus esse vidêre eorum qui philosophorum vitas memoriæ proditas ad posteros transmiserunt: omnino enim eosdem quos dico legere potuisses. TYCH. Atqui per Herculem iam mirabiliter audire gestio qui tandem illi sint. PARAS. VEgo tibi eosdem demonstrabo, & nominatim perstringam, & quidem minimè malos aut infimæ conditionis philosophos, sed vt ego opinor, ferè ex omnibus præstantissimos, & de quibus hoc vel suspicari indignum facinus esse putâsses. Enimuerò Aeschines ille Socraticus, lõgis illis & lepidis dialogis summo sermonis nitore atque mundicia conscriptis, semel venit in

εἰς Σικελίαν, κομίζων αὐτὸς, ὅπως ἂ μάθοιτο δι' αὐτ γνωσθῶσι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· καὶ τὸν Μιλτιάδην ἀναγνοὺς, καὶ δόξας ἀνδρικῆς κἀνὰ λοιπὸν ἡκάθητο ἐν Σικελίᾳ, παρασιτῶν Διονυσίῳ, καὶ τοῖς Σωκράτους διατριβοῖς ἐρρῶσθαι φράσας. τί δ', καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων φαίνεταί σοι φιλοσόφων; Τυ. καὶ πάνυ. Πα. καὶ οὗτος μὲν τοι, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν Διονυσίῳ· πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς ἀνδρικῆς παρ' αὐτῷ. καὶ γὰρ δὴ πλέον τι τῶν ἄλλων πρὸς τὴν τέχνην ἀφρυής· ὥστε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος, ὡς παρ' αὐτὸν μαθησομένους. οὕτως μὴν τοι δοκεῖ καὶ κοσμῆσαι τὴν τέχνην ἀξίως. ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος, καὶ αὐτὸς

nit in Siciliam, eosdem vnà secum ferens, vt si quo modo fieri posset, eorum opera Dionysio tyranno innotesceret. Tandem verò lecto Miltiade, visus sibi non mediocrem adiunxisse & laudem & opinionem, reliquum tempus permansit in Sicilia parasitans Dionysio, Socraticis disceptationibus longùm ualere iussis. Quid autem? nónne & X Aristippus ille Cyrenæus vnus ex præstantibus & eximijs philosophis tibi esse videtur? TYC. Maximè. PAR. Et ille per id ætatis Syracusis versatus est parasitando apud Dionysium. Itaque ex omni parasitorum numero ille in maximo precio habitus fuit apud illum. Erat enim præter cæteros ad hanc artem singulari præditus industria: quare & coquos quotidie ad illum misitare solitus est Dionysius, quò apparatiùs tanto magistro artem perdiscerent culinariam. Ille sanè videtur etiam artem pro dignitate excoluisse. Quinetiam Plato vester generosissimus, & ipse non ac

lia n

τὸς μὲν ἧκεν εἰς Σικελίαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῶν τυράννῳ, τοῦ παρασιτεῖν ὑπὸ ἀφυίας ἐξέπεσε. καὶ πάλιν Αθήναζε ἀφικόμενος, καὶ φιλοπονήσας, καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν, αὖθις δευτέρῳ στόλῳ ἐπέπλευσε τῇ Σικελίᾳ, καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας, ὑπὸ ἀμαθίας ἐξέπεσε. καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι περὶ Σικελίαν, ὁμοία δοκεῖ γενέσθαι τῇ Νικίου. Τυ. καὶ τίς, ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγει; Πα. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, Αριστόξενος δὲ ὁ μουσικὸς, πολλοῦ λόγου ἄξιος, καὶ αὐτὸς δὲ παράσιτος Νηλέως ἦν. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Αρχελάῳ μέχρι τοῦ θανάτου παρεσίτει, καὶ Ανάξαρχος Αλεξάνδρῳ, πάντως ἐπίστασαι. καὶ Αριστοτέλης δὲ τῆς παρασιτικῆς ἤρξατο μόνον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. φιλοσόφους μὲν

liam ob causam in Siciliam profectus est: ac sanè pauculos aliquot dies parasitatus, statim ab inepta parasitatione propter artis imperitiam elapsus est. Rursus autem Athenas regressus, cũ varijs semet studijs exercuisset & adornasset, deinceps secunda vice in Siciliam nauigando contendit, vbi iterum pauculos aliquot dies cœnatus, ob parasitandi imperitiam Dionysio excidit. Et hæc quæ Platoni in Sicilia parùm scitè parasitanti accidit aduersitas, persimilis mihi esse videtur Y Niciæ. TYC. *Et quis ea, Simo, de Platone tibi dixit?* PAR. *Equidem & alij complures: porrò autem Z Aristoxenus Musicus vir clarus atque memorabilis, & ipse α Nelei parasitus fuit. Quòd verò β Euripides apud Archelaum parasitum egerit vsque ad extremum vitæ diem, γ Anaxarchus autem apud Alexandrum, planè tibi compertum est. Neque Aristoteles parasiticam intactam reliquit, sed eandem vt reliquas artes omnes exorsus est. Philosophos quemad-*

μὴν οὖν, ὥσπερ ἦν, παρασιτίᾳ σπουδάσαντας, ἔδειξα. παράσιτον δὲ οὐδεὶς ἔχει φράσαι, φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντα. καὶ μέν τοι εἰ ἔστιν ἔνδαιμον, τὸ μὴ πεινῆν, μὴ δὲ διψῆν, μηδὲ ῥιγοῦν, ταῦτα οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπάρχει, ἢ παρασίτῳ. ὥστε φιλοσόφους μὲν ἄν τις πολλοὺς καὶ ῥιγοῦντας καὶ πεινόντας εὕροι, παράσιτον δὲ οὔ· ἢ οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλὰ δυστυχής τις ἢ πτωχὸς ἄνθρωπος, ἢ φιλοσόφῳ ὅμοιος. Τυχ. ἱκανῶς ταῦτά γε. ὅτι δὲ καὶ κατὰ πολλὰ διαφέρει φιλοσοφίας καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτικὴ, πῶς ἐπιδεικνύεις; Πα. εἰσὶν, ὦ βέλτιστε, καιροὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, ὁ μὲν τις εἰρήνης, οἶμαι, ὁ δ' αὖ πολέμου. ἐν δὴ τούτοις πᾶσα ἀνάγκη, φανερὰς γίνεσθαι τὰς τέχνας, καὶ τοὺς ἔχοντας ταύτας, ὁποῖοί τινές εἰσι. πρότερον δὲ, εἰ δοκεῖ, σκοπώμεθα

quemadmodum parasiticæ operam dederint, ostendi: parasitum verò nemo vnquam potest producere qui philosophandi captus sit desiderio. Et sanè si felicitas putanda est, neq; fame discruciari, neque siti vrgeri, neque algore torqueri: hæc nemini alteri quàm parasito suppetunt. Itaque philosophorum non parùm multos quispiam inuenerit & algentes grauiter & esurientes, parasitum verò nequaquam. At alioqui parasitus habendus non esset, sed infelix quispiam, aut mendicus circumforaneus, aut etiam philosopho similis. TYC. *Hæc equidem tibi satis supérque disputata sunt. At Philosophia atque Rhetorica etiam reliquis potiorem esse parasiticam, quomodo comprobabis?* PAR. *Sunt in vita humana tempora, ô optime, alia quidem pacis, vt opinor, alia verò belli. Iam in his omnibus modis necessariũ est, artes cuiusmodi sint manifestas fieri: sed & illi necessum est, vt se aperiant qui artibus sunt imbuti. Primùm autem si ita tibi videtur, tempus*

belli

μεθα τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καὶ τίνου ἂν εἶεν μάλιστα χρησιμώτατοι, ἰδίᾳ τὲ ἕκαστος αὐτοῦ, καὶ κοινῇ τῇ πόλει. Τν. ὡς οὐ μέτριον ἀγῶνα καταγγέλλεις τῶν ἀνδρῶν. καὶ ἔγω γε πάλαι γελῶ κατ' ἐμαυτὸν ἐννοῶν, ποῖος ἂν εἴη συμβαλλόμενος παρασίτῳ φιλόσοφος. Πα. ἵνα τοίνην μὴ πάνυ θαυμάζῃς, μηδὲ τὸ πρᾶγμά σοι δοκῇ χλεύης ἄξιον, φέρε, πετυπωσώμεθα παρ' ἡμῖν αὐτοῖς. ἠγγέλθαι μὲν, αἰφνίδιον εἰς τὴν χώραν ἐμβεβληκέναι πολεμίους· εἶναι δὲ ἀνάγκην ἐπεξιέναι, καὶ μὴ περιορᾷν, ἔξω δηιουμένην τὴν γῆν. τὸν στρατηγὸν δὲ παραγγέλλειν ἅπαντας εἰς τὴν κατάλογον τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δὴ χωρεῖν τοὺς ἄλλους, ἐν δὲ δὴ τούτοις φιλοσόφους τινὰς, καὶ ῥήτορας, καὶ παρασίτους. πρῶτον τοίνην ἀπρδύσωμεν

belli subducta ratione excutiamus, & quinam ingruente bello omnium maximè tum sibijpsis priuatim, tum Reipublicæ sunt vtiles.

TYC. *Quàm non mediocre virorum certamen annuncias? Et ego iamdudum apud me ipse rideo, cogitabundo animo mecum considerans, cuiusmodi futurus sit philosophus cum parasito comparatus.* PAR. *Ne verò nimia capiaris admiratione, néue hanc rem cauillo aut subsannatione dignam existimes: age hoc totum expressis typis oculis nostris subijciemus. ε Annunciatum est, ex improuiso hostes in regionem irruptionem fecisse: pernecessarium autem est collecta manu illis exire obuiam: neque enim per socordiam cōmittendum est, vt impunè abactis pecoribus agros nostros deuastent atq; depopulentur. ζ At dux belli denunciat, vt ad delectum faciendū iuuenes confluant, alij verò discedant. Sint autem inter hos nonnulli, & philosophi, & rhetores & parasiti. Itaque initiò abiectis vestimentis, exuimus*

ζωμὴν αὐτοὺς, ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας ὁπλίζεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον. θεῶ δὴ τοὺς ἄνδρας, ὦ γενναῖε, καθ' ἕκαστον, καὶ δοκίμαζε τὰ σώματα. τοὺς μὲν τοίνυν αὐτῶν, ὑπὸ ἐνδείας, ἴδοις ἂν λεπτοὺς καὶ ὠχροὺς πεφρικότας, ὥσπερ ἤδη πραυματίας παρειμένους. ἀγῶνα μὲν γὰρ, καὶ μάχην σαδιαίαν, καὶ ὠθισμὸν, καὶ κόνιν, καὶ τραύματα, μὴ γελοῖον ᾖ λέγειν, δεύσασθαι φέρειν ἀνθρώπους, ὥσπερ ἐκείνους, τινὸς δεομένους ἀναλήψεως. ἄθρει δὲ πάλιν μεταβὰς τὸν παράσιτον, ὁποῖός τις φαίνεται. ἆρ' οὐχ ὁ μὲν τὸ σῶμα πρῶτον πολὺς, καὶ τὸ χρῶμα ἡδὺς, οὐ μέλας δὲ, οὐδὲ λευκός· τὸ μὲν γὰρ γυναικὶ, τὸ δὲ δούλῳ προσέοικεν. ἔπειτα θυμοειδὴς, δεινὸν βλέπων, ὁποῖον ἡμεῖς, μέγα καὶ ὕφαιμον· οὐ γὰρ καλὸν, δεδοικότα καὶ θῆλυν ὀφθαλμὸν εἰς πόλεμον

mus nos. Quippe qui armis induendi sunt, ante se denudent necesse est. Proinde intentis oculis specta, ô generose, vnumquenque ex ordine, habitoq; delectu probato corpora. Itaq; illos propter victus indigētiam haud dubiè visurus es tenues atque pallidos, & planè corpore horrido, quasi iam confecti sint vulneribus. Quî ergo non summè foret ridiculum, affirmare eiusmodi viros perferre posse certamen, aut pugnam statariam, aut impressionem, aut puluerem atque vulnera, qui curatione aliqua refocillandi sunt? At iam contrà ab illis regressus, parasitū quo corpore appareat, contemplare. ϰ Nunquid non ille membris præditus est planè gladiatorijs, & colore viuo atque iucundo, neque nigro, neque rursus peralbo? Hoc enim muliebre esset, illud seruile. Deinde animosus quoque, terribile quiddam obtuens, vultu minaci & rubicundo, quod parasitorum est proprium. Neque enim consultum factu videtur, hominem meticulosum, aut fœmineis oculis

πόλεμον φέρειν. ἆρ οὐχ ὁ τοιοῦτος καλὸς μὲν γένοιτ' ἂν, καὶ ζῶν ὁπλίτης καλὸς δὲ καὶ εἰ ἀπθάνοι καλῶς; ἀλλὰ τί δὴ ταῦτα εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν παραδείγματα; ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, ἐν πολέμῳ τῶν πώποτε ῥητόρων ἢ φιλοσόφων οἱ μὲν οὐδὲ ὅλως ὑπέμειναν ἔξω τοῦ τείχους προελθεῖν, εἰ δέ τις καὶ ἀναγκασθεὶς παρεδέξατο, φημὶ τοῦτο λείψαντα τὴν τάξιν, ὑποστρέφειν. Τυ. ὡς θαυμάσια πάντα, καὶ οὐδὲν ὑπισχνῇ μέτριον. Πα. λέγω δὲ ὅμως, τῶν μὲν τοίνην ῥητόρων Ισοκράτης οὐχ ὅπως εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ δικαστήριον ἀνέβη, δὰ δειλίαν, οἶμαι, ὅτι οὐδὲ τὴν φωνὴν δὰ τοῦτο εἶχε. τί ἔτι, οὐχὶ Δημάδης μὲν καὶ Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης, ὑπὸ δέους, εὐθὺς τῇ καταγγελίᾳ τοῦ Φιλίππου πολίμου,

præditum in aciem producere. Nunquid non igitur istiusmodi sit elegans & viuens armatus, elegans etiam si honestè in prælio ceciderit? Sed quorsum istis collationibus vtimur, cùm illorum exempla nobis in promptu parata sint? Vt enim simpliciter quæ sentio eloquar, θ priorum rhetorum atque philosophorum partim extra murum in bellum progredi nunquã ausi sunt. Quòd si quis etiam necessariò coactus militatum egressus est, illum ego deserta acie turpiter aufugisse dico. TYCH. *Quàm admiranda omnia, & quàm nihil exiguum aut mediocre polliceris?* PARA. *Nihilo secus tamen orationem semel exorsus expediam.*

ι Equidem ex rhetorum numero Isocrates ne semel quidem in bellũ egressus est, at ne in foro quidem iudiciali vnquã orationẽ habiturus ascendit, propter animi pusillanimitatem. Opinor verò & ob hoc ipsum illi vocẽ defuisse. Prætereà nónne κ Demades & Aeschines & Philocrates timore statim consternati, bellũ Phi-

λίμος, τῷ πόλιν προὔδοσαν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ, καὶ διετέλεσαν Ἀθηναίοις μὲν τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι; ὡς εἴ γέ τις καὶ ἄλλος Ἀθηναῖος κατ' αὐτὰ ἐπολίτευτο, κἀκεῖνος ἦν αὐτοῖς ὧν φίλος, ὁ Ὑπερίδης δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος, οἵ γε δοκοῦντες ἀνδριότεροι, κἂν ταῖς ἐκκλησίαις ἀεὶ θορυβοῦντο, καὶ λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ, τί ποτε ἀπηργάσαντο γενναῖον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; καὶ Ὑπερίδης μὲν καὶ Λυκοῦργος οὐδ' ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακύψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντεχίδιοι κάθηντο, παρ' αὐτοῖς ἄλλα πολιορκέμενοι, γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συντιθέντες. ὁ δὲ δὴ κορυφαῖος αὐτῶν, ὁ ταῦτα λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σωιχῶς, Φίλιππος

lippo indicente, vrbem atque seipsos hosti prodiderunt, neque non pertinaciter perseuerárunt Athenis illius res atque negocia semper administrantes? adeò vt si quis etiam alius Atheniensium eandem sequeretur bellandi rationem, protinus in illorum amicitiam adsciscebatur. At verò Hyperides, & Demosthenes, & Lycurgus, qui paulò videbantur cæteris animosiores, tametsi in concionibus subinde tumultuarentur, ac Philippum cõtumeliosis dictis proscinderent, quódnam memorabile facinus in eo bello quod aduersus illum gessêre Athenienses, ediderunt? Equidem Hyperides & Lycurgus nunquã egressi sunt, sed neq; vel modicum exerto è portis capite ausi sunt prospicere, verùm intra murum clausi sedebant, iam apud seipsi obsidionem perferentes, sententiolas atque senatusconsulta componentes. Sedenim anteſignanus illorum atque coryphæus, nempe Demosthenes, cui ista pro concionibus ciuium auribus subinde occinere moris erat, μ Philippus

λιππος γὰρ ὁ Μακεδόνων ὄλεθρος, ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον πρίαιτό τίς ποτε, τολμήσας πρελθεῖν εἰς τὴν Βοιωτίαν, πρὶν ἢ ξυμμίξαι τὰ στρατόπεδα, καὶ ξυμβαλεῖν εἰς χεῖρας, ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ἔφευγεν. ἢ οὐδέπω ταῦτα πρότερον διήκουσας οὐδενὸς, πάνυ γνώριμα ὄντα, οὐχ ὥπως Ἀθηναίοις, ἀλλὰ Θρᾳξὶ καὶ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν; Τυ. ἐπίσταμαι ταῦτα, ἀλλ' οὗτοι μὲν ῥήτορες, καὶ λόγους λέγειν ἠσκηκότες, ἀρετὴν καὶ οὔ τί δ' περὶ τῶν φιλοσόφων λέγεις. οὐ γὰρ δὴ τούτους, ὥσπερ ἐκείνους, ἔχεις αἰτιᾶσθαι. Πα. οὗτοι πάλιν, ὦ Τυχιάδη, οἱ περὶ τῆς ἀνδρίας ὁσημέραι διαλεγόμενοι, καὶ κατατρίβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα, πολλῷ μάλλων τῶν ῥητόρων φανοῦνται δειλότεροι καὶ μαλακώτεροι. σκόπει δὴ οὕτω· πρῶτον

lippus Macedonum exitium, à quo ne mancipium quidem aliquis emere sustineret: ausus venire in Bœotiam, prius quàm vterq; exercitus commixtus ad manus deueniret. v abiecto enim clypeo aufugit, magna cũ ignominia atque dedecore. An & hæc antea neminem commemorantem audîsti, quæ nedum Atheniensibus pro certo comperta sunt, sed & Scythis & Thracibus, vnde illud piaculum profectum fuerat? TYCH. *Ista equidem mihi compertè nota sunt. At illi quidẽ fuerunt rhetores, quibus studio fuit concionari, & causas perorare, non virtutem armis exercere. Quid autem de philosophis habes quod dicas? Neq; enim hos quemadmodum illos accusare potes ignauiæ.* PAR. *Illi equidem Tychiade, qui quotidianis dissertationibus multa de fortitudine disputare cõsueuerunt, virtutis nomen nunquam non in ore habentes, multò quàm rhetores apparẽt fugaciores, ignauiores, atq; etiam effœminatiores. Ad hunc verò modum rem considera. Principiò quidem nemo est*

τον μὴ ἐκ τίνην ὅσις ἁπάντων ἔ-
χοι φιλόσοφον ἐν πολέμῳ τέ-
τηλωκότα· ἤτοι γὰρ ἀεὶ ὅλως
ἐστρατεύσαντο, ἢ ἅπαξ ἐστρατεύ-
σαντο, πάντων ἔφυγον. Αντι-
σθένης μὲν οἶδ, καὶ Διογένης
καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων, καὶ
Πλάτων, καὶ Αἰσχίνης, καὶ
Αριστοτέλης, καὶ πᾶς οὗτος ὁ
ὅμιλος, οὔτε εἶδον παράτα-
ξιν. μόνος δὲ τολμήσας ἐξιὼν
ἐς τὸν ἐν τῇ πόλει μά-
χιμον, ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκρά-
της, φεύγων ἐκ θεῶν, ἀπὸ τῆς
Πάρνηθος, ἐς τὸν Ταυρίου
παλαίστραν κατέφυγε· πολὺ
γὰρ αὐτῷ ἀσφαλέστερον ἐδόκει,
μετὰ τῶν μειρακυλίων μα-
θητῶν ὡραΐζεσθαι, καὶ σοφισ-
μάτια πεδάσασθαι ζῶσιν τυ-
χανούσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιά-
τῃ μάχεσθαι. Τυ. ὦ γεννᾶε,
ταῦτα μὲν ἤδη καὶ παρ' ἄλ-
λων ἐπυθόμην, ἃ μὰ Δία σκώ-
πτειν αὐτοὺς καὶ ὀνειδίζειν βου-
λομένων. ὥστε ἀδίκως τί μοι δο-
κᾶς, χαριζόμενος τῇ σαυτοῦ
τέχνῃ

vsquam qui pro certo affirmare posit, vllum philosophum in bello oppetijsse: aut potiùs in vniuersum nunquam meruêre stipendia, aut si meruerunt, omnes audita tuba aufugerunt. Equidem Antisthenes, & Diogenes, & Crates, & Zeno, & Plato, & Aeschines, & Aristoteles, & illa vniuersa philosophorum turba, nunquam viderunt aciem. § Solus autem sapiens ex illorum numero Socrates sumpta fiducia in bellum quod ciuitati fuit aduersus Lacedæmonios, exire ausus, fuga inde saluti consulens, ex Parnethe in Taurei palæstram diuertit. Existimabat enim sibi longè fore tutiùs atque ciuiliùs sedenti cum pueruli studiosè exornari ac vnà sermonem sociantes sophisticis captiunculis illaqueare, quàm cum viro Spartano manus cõserere. TYCH. Ego vero ista iam olim, ô generose, memorata accepi ab aliys, quibus per Iouem nequaquam voluntas erat hæc illis illudendi gratia exprobrare, sicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ

concie-

τέχνῃ καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἤδη φέρε, καὶ σὺ τὸν παράσιτον, ὁποῖος τίς ἐστιν ἐν πολέμῳ, καὶ λέγε, καὶ εἰ ὅλως λέγεται παράσιτός τις γενέσθαι τῶν παλαιῶν. Παρα. καὶ μὴν, ὦ φιλότης, οὐδεὶς ἀνήκοος Ομήρου, οὐδ' ἂν πάμπαν ἰδιώτης τύχῃ, ὅτις οὐκ ἐπίσταται παρ' αὐτῷ τοὺς ἀείστους τῶν ἡρώων παρασίτους ὄντας. ὅ, τε γὰρ Νέστωρ ἐκεῖνος, οὗ ἀπὸ τῆς γλώττης, ὥσπερ μέλι ὁ λόγος ἀπέῤῥει, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως παράσιτος ἦν. καὶ οὔτε τὸν Αχιλλέα, ὥσπερ ἐδόκει τε, καὶ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος, καὶ δικαιότατος, οὔτε τὴν Διομήδην, οὔτε τὸν Αἴαντα ὁ Αγαμέμνων οὕτως ἐπαινεῖ τε, καὶ θαυμάζει, ὥσπερ τὸν Νέστορα. οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαντας εὔχεται γενέσθαι αὐτῷ, οὔτε δέκα Αχιλλέας. πάλαι δ' ἂν ἑαλωκέναι τὴν Τροίαν, εἰ τοιούτους, ὁποῖος ἦν

conciliare videre, tantos viros falsis contumelijs afficiendo. o *At si videtur, ac mihi cuiusmodi vir parasitus in bello sit expedi, & nunquid omnino ex veteribus illis quispiam parasitus fuisse credendus est.* PAR. *Atqui, ô amice, neminem vsqueadeò Homericæ poëseos rudem atque imperitum esse existimo, neque si prorsus à literis alienus aut idiota fuerit, qui nesciat apud illum ex heroicis omniũ præstantissimos parasitos esse. Siquidem* ϖ *Nestor ille, à cuius lingua perinde vt mel fluebat oratio, regis parasitus fuit. Sed neque Achillem, quemadmodum & videbatur: eratque corporis forma atque viribus excellentissimus: neq; Diomedem, neque Aiacem Agamemnon tantis laudibus extulit & admiratus est, quãto laudis testimonio ornauit Nestorem. Neq; enim decem Aiaces sibi dari exoptat, neq; decem Achilles. Quippe iam olim Troiam funditùs excisam cepisset, si eiusmodi*

ἦν οὗτος ὁ παράσιτος, καί περ γέρων ὢν στρατιώτας εἶχε δέκα. καὶ τὸν Ἰδομενέα, τὸν τοῦ Διὸς ἔγγονον, παράσιτον Ἀγαμέμνονος ὁμοίως λέγει. Τυχ. ταῦτα μὲν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι· οὔπω γε μὴν δοκῶ μοι γιγνώσκειν πῶς δὴ τὼ ἄνδρε τῶν Ἀγαμέμνονι παράδιτοι ἦσαν. Παρα. ἀναμνήσθητι, ὦ γενναῖε τῶν ἐπῶν ἐκείνων, ὧν περ αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα λέγει. Τυχ. ποίων; Πα. Σὸν δὲ πλέον δέπας αἰεὶ Ἐστήχ', ὥσπερ ἐμοι πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι. ἐνταῦθα γὰρ τὸ αἰεὶ πλέον δέπας εἴρηκεν, οὐχ ὅτι τὸ ποτήριον διὰ παντὸς πλῆρες ἑστήκει τῶν Ἰδομενεῖ, καὶ μαχομένῳ καὶ καθεύδοντι, ἀλλ' ὅτι αὐτῶν διόλου τοῦ βίου μόνῳ συνδεῖ πνεῖν ὑπῆρχε τῶν βασιλεῖ, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις, πρὸς ἡμέρας τινὰς προσκαλουμένοις. τὸν μὲν γὰρ Αἴαν-

decē alios milites, cuiusmodi parasitus ille fuerat, quāquam ρ iam cōfectus senio, habuisset. Quin etiam Idomenea Iouis filium eadem ratione Agamemnonis parasitum fuisse confirmat. TYC. Hæc equidem & ipse non ignoro. Nondum tamen mihi intelligere videor, quomodo illi duo heroës Agamemnonis parasiti fuerint. PAR. Perlege, ô generose, versiculos illos quibus ipse Agamemnon Idomenea alloquitur. TYC. Quósnam dicis? PARA.

-semper tibi plenior vni
Stare solet cyathus, velut & mihi, quando bibendi
Est mens vt potes —.

Inde quod dixit, semper pleniorem adstare cyathum, non ita accipiendum est, quasi semper poculum vino plenum Idomeneo & pugnanti & dormienti sit propositum, sed quod illi per omnem vitam soli cum rege cœnandi facultas cōcessa fuerit, sed non perinde vt alijs militibus certis quibusdam diebus ad mensam vocatis. Etenim

Aiacem

Αἴαντα, ἐπὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῶν Εκτορι, εἰς Αγαμέμνονα δῖον ἄγων φησὶ, κατὰ τιμὴν ἀξιωθέντα ὀψὲ τοῦ παρὰ τῶν βασιλεῖ δείπνου. ὁ δὲ Ιδομενεὺς καὶ ὁ Νέστωρ ὀσημέραι συνεδείπνουν τῶν βασιλεῖ, ὡς αὐτός φησι. Νέστωρ δὲ παράσιτός μοι δοκεῖ τῶν βασιλέων μάλιστα τεχνήτης, καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Αγαμέμνονος ἄρξασθαι τῆς τέχνης, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐπὶ Καινέως καὶ Εξαδίου. δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ καὶ Αγαμέμνων ἀπέθανε. Τυ. οὑτοσὶ μὲν γενναῖος ὁ παράσιτος· εἰ δὲ καὶ ἄλλους τινὰς οἶσθα, πειρῶ λέγειν· Παρα. τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, οὐχὶ καὶ Πάτροκλος τοῦ Αχιλλέως παράσιτος ἦν, καὶ ταῦτα, οὐδενὸς τῶν ἄλλων Ελλήνων φαυλότερος,

Aiacem quòd singulari certamine congressus cum Hectore optimè se gesserat, proceres ad Agamemnonem diuinum cœnatum abduxisse commemorat, tanquam propter virtutem in pugna editam honoratum, admodum sera cœna apud regem apparata. At verò σ Idomeneus atq; Nestor ferè quotidie cum rege cœnitabant, vt idem auctor testatur. Porrò Nestor regum parasitus mihi fuisse videtur multa arte industrius. Neque apud Agamemnonem primùm hanc parasitandi artem exorsus est, sed multis retrò temporibus τ apud Cænea atque Exadium. Visus verò est neque parasitandi finem antè fecisse, quàm Agamemnon diem suum obijt. TYCHIADES. *Equidem ille præclarus & insignis fuit parasitus. At si quos alios id genus heroas parasitos fuisse nosti, hoc mihi nominatim explicare ne pigeat.* PARAS. *Quid igitur, ô Tychiade, nónne & Patroclus Achillis parasitus tibi fuisse videtur, præsertim cùm nullo aliorum Græcorum fuerit*

ρος, οὔτε τὴν ψυχὴν, οὔτε τὸ σῶμα, νεανίας ὤν; ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως, τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις, αὐτοῦ χείρω εἶναι. τόν τε γὰρ Ἕκτωρα ῥήξαντα τὰς πύλας, καὶ παρὰ τοῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον, οὗτος ἐξέωσε, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην ἔσβεσε. καί τοι ἐπεβάτευον αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ' οἱ τοῦ Τελαμῶνος, Αἴας τε καὶ Τεῦκρος, ὁ μὲν ὁπλίτης ἀγαθὸς, ὁ δὲ τοξότης. καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ἐν δὲ δὴ τούτοις καὶ Σαρπηδόνα, τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν ὁ παράσιτος τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ' αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν, εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλέα Πάρις, τὸν δὲ παράσιτον θεὸς καὶ δύο ἄνθρωποι. καὶ τελευτῶν δὲ, φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος Ἕκτωρ, προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἱκετεύων, ὅπως ὁ νεκρὸς

deterior aut ignauior, neque animi neque corporis dotibus, tametsi iuuenis existens? Mihi equidem nulla in re ipso Achille videtur fuisse inferior, ex eius operibus coniecturam facienti. v Etenim Hectorem perruptis portarum obicibus, ac intra munitionem iuxta naues pugnantem, fortissimè repulit, & Protesilai nauim iam incensam & ardentem extinxit, quanquam in ea essent non iguauissimi: verùm Telamone nati & Aiax & Teucer, alter hasta strenuus, alter arcu valens. Multos prætereà ex Barbaris neci dedit: inter quos & Sarpedonē Iouis filium Achillis parasitus peremit. Prostratus verò occubuit nequaquā vt alij, sed ipsum quidem Hectorem vita spoliauit Achilles, φ at Achillē Paris, vnus vnum. Porrò autem parasitum, & Apollo & χ duo viri occiderunt. Ac iam moriens eas voces edidit, nō quales generosissimus Hector ille, Achillem suppliciter precatus vt ψ cadauer eius suis

ὁ νικηρὸς αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποδοθῇ, ἀλλ' οἵας ἐκὸς ἀφεῖναι παράσιτον, τίνας δὴ ταύτας; Τοιοῦτοι δ' ἔπειρ μοι ἑκκοσιν ἀντιβόλησαν, Πάντοθ' ἑαυτόθ' ὅλονδε, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντων. Τυχ. ταῦτα μὲν ἱκανά· ὅτι δὲ μὴ φίλον, ἀπὸ παράσιτον τοῦ Ἀχιλλέως, παρῶ λέγειν. Παρ. αὐτὸν, ὦ Τυχιάδη, τὸν Πάτροκλον, ὅτι παράσιτον τοῦ λέγοντά σοι παρίξομαι. Τυχ. θαυμασὰ λέγεις. Παρ. ἄκουε τοίνυν αὐτῶν τῶν ἐπῶν· Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθείμεθα δούλη Ἀχιλῆϊ, Ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν, ἐν ἡμετέροισι δόμοισι. καὶ πάλιν· ἀμφὸς, καὶ νεκρῷ μιν ἐλέξαμεν φησὶν, ὁ Πηλεὺς Ἐρίφυλ' ἐνδυκέως, καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε τετιηότα παράσιτον εἶχεν. ἐ μὲν δοίην ἐθέλω τὸν Πάτροκλον λέγειν, ὅτι ἂν αὐτῇ ὠνόμαζε

suis sepeliendum redderet: sed quales par est parasitum expirantem emittere. cuiusmodi tandem?

ω Si mihi viginti duro in certamine tales
Antè occurissent, cunctos ego cuspide cæsos
Strauissem letho ——.

TYCH. *At de his quidem abundè satis multa verba fecisti. Cæterùm Patroclum nõ amicum, sed Achillis parasitum fuisse, quo pacto testatum facies?* PAR. *Ipsum, ô Tychiade, Patroclũ quòd parasitus fuerit, dicentem tibi exhibebo.* TYCH. *Admirãda dicis.* PAR. *Audi igitur hosce versiculos:*

Ne mea Pelida condi patiãre seorsim
Ossa, sed amborum sint vno tecta sepulchro,
Sicut & antè domi nutriti viximus vnà.

Et rursus eodem in loco:

Nam me susceptum Peleus studiosus alebat,
Nomine meq; tuum noto Theraponta vocauit.

hoc est, parasitum esse voluit. Etenim si Patroclum Achillis amicum dicere voluisset, haud illum theraponta nomi-

μαζε θεράποντα. ἐλεύθερος γὰρ ἦν ὁ Πάτροκλος. τίνας τοίνυν λέγει θεράποντας, εἰ μήτε τοὺς δούλους, μήτε τοὺς φίλους, τοὺς παρασίτους δηλονότι, ᾗ καὶ τὸν Μηριόνην, τοῦ Ἰδομενέως καὶ αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει, οὕτως, οἶμαι, καλουμένων τότε τῶν παρασίτων. σκόπει δὲ, ὅτι καὶ ἐνταῦθα τὸν μὲν Ἰδομενέα, Διὸς ὄντα υἱὸν, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν ἀταλάντων Ἄρηι, Μηριόνην δὲ, τὸν παράσιτον αὐτοῦ. τί δὲ οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων, δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι, καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οὗτος τοίνυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην, εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, καὶ νικῶ ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ, μετὰ τῶν παιδικῶν. οὗτοι μὲν δὴ τοιοίδε ὄντες, μάλα ἀγαθοὶ παράσιτοι ἦσαν. σὺ δὲ δὴ ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν

nasset. Erat enim Patroclus liberalior, quàm vt Achillis seruꝰ dici sustinuisset. Quos igitur dicit esse therapontas, qui neq; serui sunt, neq; amici, nempe parasitos: quo nomine & B Merionē Idomenei theraponta compellat. Atque ita nunc parasitos dictos esse, planè coniecturâ auguror. Quinetiam hoc cōsidera, quamobrem Idomenea Iouis filium non dignatus sit Γ Marti æqualem dicere, verùm Merionem eius parasitum. Nónne verò & Aristides vir popularis existens & pauper, vt inquit Δ Thucydides, parasitus fuit E Armodij? nónne & amator? Sunt enim parasiti suorum alumnorū peramantes. Huius itaq; parasiti opera, Atheniensium Reipubl. tyrannide oppressæ libertas iterum recuperata est. Z Et nunc in foro stat æneus inter reliqua ciuitatis monimēta spectabilis. Illi equidē cùm tanta virtute claruerint, tamen parasitos agebāt. Tu verò quónam animatum

animo

ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον; οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν, ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ, ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μαχεσθαί φησιν ἑστάσει, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι. καὶ ὃν ἄλλοι στρατιῶται χρόνον ἑπὸ δέους, ὁ μέν τις ἀκριβῶς ἁρμόζει τὸ κράνος, ὁ δὲ θωράκιον ἐνδύεται, ὁ δὲ αὐτὸ τὸ δεινὸν ἑποπτεύων τῆς πολέμου, τρέμει· οὗτος δὲ ἐσθίει τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ· καὶ μέτα τὴν ἔξοδον, εὐθὺς ἐν πρώτοις διαγωνίζεται. ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν, ὄπισθεν ἑποτέτακται τῷ παρασίτῳ, κἀκεῖνος αὐτὸν, ὥσπερ ὁ Αἴας τὸν Τεῦκρον, ἑπὸ τῷ σάκει καλύπτει. καὶ τῶν βελῶν ἀφιεμένων, γυμνόσας ἑαυτὸν, τοῦτον σκέπει· βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σώζειν, ἢ ἑαυτὸν. εἰ δὲ δὴ καὶ πέσοι παράσιτος ἐν πολέμῳ, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ δή που οὔτε λοχαγὸς, οὔτε στρατιώ-

animo parasitum in bello esse putas? H Nonne sub initium talis curato probè corpore sumpto ientaculo prodit in aciem, quemadmodum & Θ Vlysses fas esse contendit? Quippe cui statim sub auroræ exortum pugnandum erit, ille priùs cibum sumat necesse est. Et quo tempore alij milites, præ metu, hic quidem galeam diligenter adornat, ille thoracem curiosè induit, alius aliud quiddam malum belli suspicans trepidat: parasitus vultu prorsus hilaro & exporrecto indulget epulis: ac mox postquam in aciem progressus est, inter primos fortissimè dimicat: cæterùm qui alit parasitum, tum in ordine subsequitur, quem ille I non secus atque Aiax Teucrum, clypeo defendit. Cupit enim impensiùs suum seruare alumnum parasitus, quàm seipsum tueri incolumem. Quòd si etiam in bello cæsus parasitus occubuerit, neque imperatorem, neque

militum

στρατιώτης αἰσχυνθείη, μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ, καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῷ κατακειμένῳ· ὡς ἄξιόν γε, φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν, τούτῳ παρακείμενον ξηρὸν, ῥυπῶντα, μακρὸν πωγώνιον ἔχοντα, πετεθνικότα τῆς μάχης, ἀσθενῆ ἄνθρωπον. τίς οὐκ ἂν καταφρονήσειε ταύτης τῆς πόλεως, τοὺς ὑπασπιστὰς αὐτῆς οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; τίς δὲ οὐκ ἂν εἰκάσαι, χλωροὺς καὶ κομήτας ὁρῶν ἀνθρωπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἀπροῦσαν συμμάχων, τοὺς ἐν τῇ εἱρκτῇ κακούργους ἐπιλῦσαι τῶν πολέμῳ; τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ, πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι. ἐν εἰρήνῃ δὲ τοσοῦτόν μοι δοκεῖ καὶ διαφέρειν παρασιτικὴ φιλοσοφίας, ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. καὶ πρῶτον, εἰ δοκεῖ σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία. Τυχ. οὔπω ξυνίημι

militum quenquam pudore afficit, tantùm existens cadauer, quali corporis dignitate quondam in symposiis accumbere solitus est, adeò vt indignum sit facinus, philosophi cadauer huic appositum conspici, aridum & sordidum, prolixo barbicio informe, hominem prorsus miserandum, & qui ante initum prælium mortuus sit, im bellis atque inualidus. Quis verò eam ciuitatem non extremè cōtemneret, cuius tam miserandos atque infelices cerneret satellites? Quis nō eam vrbem cùm robustis, tum animosis auxiliatoribus egere existimet, qui adeò pallidos & comatos homunciones inter militum cadauera dispersos intuitus fuerit, eósque qui in excubijs stationes agitant, nullius in bello esse precij? Tales equidem sunt in rebus bellicis parasiti, cum philosophis atque rhetoribus comparati. K *Cæterùm in pace, tantum præcellit philosophiam, parasitica, quantum ipsa pax bello præstat. Ac primùm, si videtur, pacis loca atq; studia contemplemur.* TYCH. *Nondum teneo*

ξυνίημι ὅ, τι τοῦτό πῶς βούλεται, σκοπῶμεν δὲ ὅμως. Παράσ. οὐκοῦν ἀγορὰν καὶ δικαστήρια, καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια, καὶ κυνηγέσια, καὶ συμπόσια ἔγωγε φαίην ἂν, πόλεως χωρία; Τυχ. πάνυ μὲν οὖν. Παράσ. ὁ τοίνυν παράσιτος εἰς ἀγορὰν μὲν καὶ δικαστήρια οὐ παρεισιν, ὅτι, οἶμαι, τοῖς συκοφάνταις πάντα τὰ χωρία ταῦτα μᾶλλον προσήκει, καὶ ὅτι οὐδὲν μέτριόν ἐστι τῶν ἐν τούτοις γιγνομένων· τὰς δὲ παλαίστρας, καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ συμπόσια διώκει, καὶ κοσμεῖ μόνος οὗτος ἐπεὶ τίς ἐν παλαίστρᾳ φιλόσοφος ἢ ῥήθωρ ἀπρεπὺς, ἄξιος συγκριθῆναι παρασίτου τοῦ σώματι; ἢ τίς ἐν γυμνασίῳ τούτων ὀφθεὶς, οὐκ αἰσχύνη τοῦ χωρίου μᾶλλόν ἐστι; καὶ μὲν ἐν ἐρημίᾳ τούτων οὐδεὶς ἂν ἑποσταίη θηρίον ὁμόσε ἰὸν, ὁ δὲ

teneo quid hæc tua sibi velit oratio. consideremus tamen. PARAS. *Igitur forum & iudicia, & palælæstras, & gymnasia, tum venationes & symposia ego ciuitatis loca esse dixerim.* TYCHI. *Et rectè sané.* PAR. *Quòd autem A parasitus in forum causas acturus non prodit, quódque in iudicijs nulli clientulorum vocatus patronus præstò est: hanc ego subesse causam opinor, quòd ista loca magis sycophantis & rabulis illis forensibus pateant, atque conueniant, quódque nihil moderati in illis fieri soleat: palæstras verò atque gymnasia vnà cum symposiis parasitus frequentat sedulò, quibus solus ille ornamento est, atque decori. quoniam quisnam philosophorum aut rhetorũ exutus vestimentis in palæstra dignè componendus esset cum parasiti corpore? Aut quis illorum conspectus in gymnasio, non potiùs probro atque dedecore locum afficeret? Atqui ne in deserto quidem illorũ quispiam irruentis alicuius beluæ impetum*

ὁ δὲ παράσιτος αὐτά τε ἐπίοντα μένει, καὶ δέχεται ῥᾳδίως, μεμελετικὼς αὐτῶν ἐν τοῖς δείπνοις καταφρονεῖν, καὶ οὔτ' ἔλαφος, οὔτε σῦς αὐτὸν ἐκπλήττει πεφεικὼς, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁ σῦς τὸν ὀδόντα θήγῃ, καὶ ὁ παράσιτος ἐπὶ τὸν σῦν ἀντιθήγει. τοὺς μὲν γὰρ λαγὼς διώκει μᾶλλον τῶν κυνῶν. ἐν δὲ συμποσίῳ τίς ἂν καὶ ἁμηλήσαιτο παρασίτῳ, ἤτοι παίζοντι ἢ ἐσθίοντι; τίς δὲ ἂν μᾶλλον εὐφράναι τοὺς συμπότας, πότερόν ποτε οὗτος ᾄδων καὶ σκώπτων, ἢ ἄνθρωπος μὴ γελῶν, ἐν τριβωνίῳ κείμενος, εἰς γῆν ὁρῶν, ὥσπερ ἐπὶ πένθος, οὐχὶ συμπόσιον ἥκων; καὶ ἔμοιγε δοκεῖ, ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστι, οἷον ἐν βαλανείῳ κύων. φέρε δὴ ταῦτα ἀφέντες, ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδίζωμεν τὸν βίον τοῦ παρασίτου σκοποῦντες ἅμα καὶ παραβάλλοντες ἐκεῖνον.

πρῶτον

impetum sustineret: at parasitus earundem vim atq; ferociam fidenter expectat, ac sine negotio compescit, quippe qui easdem in conuiuijs contemnere didicerit. Sed neque ceruus, neque sus setis inhorrescens parasitum conterret, sed sue aduersus illum dentes acuente, parasitus aduersus suem contrà acuit terribilis. Cæterùm lepusculos magis insectatur, quàm vllus canis venaticus. Porrò autem in cōuiuio quis cum parasito certamē susciperet, aut iocos ciente, aut comedente? Et quis magis conuiuarum tristitiam discutit? an ille cantillans ridicula, & ludens dicterijs: an homo potiùs nihil ridens, in sordida tritáque lacerna accumbens, terram tristis intuens, quasi ad luctum, nō ad symposiū vocatus venisset? Ac mihi profectò tale quiddam in symposio videtur esse philosophus, M *quod canis in balneo.* N *Sed age istis posthabitis, ad ipsam parasiti vitam nos conferamus, excutientes atq; comparātes illum.*

E *Primùm*

πρῶτον τοίνυν ἴδοι τις ἂν τὸν μὲν παράσιτον, ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται. περὶ ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους εὕροι τις ἂν, οὐ τινὰς, ἀλλὰ πάντας, ὑπὸ τύφου καὶ δόξης τριβέντας, καὶ οὐ δόξης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὃ τούτου αἴσχιόν ἐστιν, ὑπ' ἀργυρίου. καὶ ὁ μὲν παράσιτος οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχοι, καὶ οὐδὲν αὐτῷ δοκεῖ διαφέρειν τὸ χρυσίον τοῦ πυρός. οἵ γε μὴν ῥήτορες, καὶ ὁ δεινότερόν ἐστι, καὶ οἱ φιλοσοφεῖν φάσκοντες, πρὸς αὐτὰ οὕτω διάκεινται κακοδαιμόνως, ὥστε τῶν μάλιστα νῦν εὐδοκιμούντων φιλοσόφων (περὶ μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων, τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲν δικάζων δίκην, δώροις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω, ἄλλος δὲ μισθὸν σοφιστεύων, εἰς πράττετε τοὺς μανθάνοντας. ὁ δὲ

Ξ Primùm igitur quis est qui nõ videt parasitum vnquam non contemptorem esse gloriæ, quippe cui nihil curæ est quam de se homines opinionem obtineant? At verò ipsos rhetores atque philosophos non saltem illorum aliquos, sed in vniuersum omnes, fastu atque gloria transuersos agi quispiam inuenerit, ac non tantùm gloriæ deditos, sed quòd adhuc turpius est, argenti sitientissimos. Sedenim parasitus hoc erga pecuniam affectus est animo, quo non aliquis negligentiore erga lapillos passim proiectos in littore animatus est. Ac nihil illi inter aurum & ignem videtur esse discriminis. Rhetores autem, & quod absurdius est, etiam illi qui philosophiæ professione se venditant, tam auidè argento inhiant, quasi hac ratione maximam sibi nunc conciliarent & opinionem, & authoritatem philosophi. De rhetoribus quid multa attinet dicere? cùm ille corruptus largitionibus causam orare soleat, alius dicendi artem profitens à discentibus mercedem exigit.

Tertius

ὁ δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι ὁμοίως μισθὸν αἰτῶ, καὶ οὐκ αἰσχύνομαι. ἔτι πρεσβύτης ἀνὴρ ἀφῖγμαι τοῦτο ἀργυρίου, καὶ μισθοφορῶ, καθάπερ Ἰνδὸς ἢ Σκύθης αἰχμάλωτος· καὶ δὴ αὐτὸ τὸ ὄνομα αἰσχύνεται, ὅτι μισθὸς ὀλαμβάνει. ἥρωος δ' ἂν οὐ μόνον ταῦτα περὶ τοὺτους, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πάθη, οἷον λύπας καὶ ὀργὰς καὶ φθόνους, καὶ πανοῦργίας ἐπιθυμίας. ὅτι μὲν οὖν πάσιτος ἔξω τούτων ὄντων ἁπάντων· ὅτι δὲ ὀργίζεται διὰ ἀνεξικακίαν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν οὕτω ὀργιλοῦς. καὶ εἰ ἀναγκάσαι δέοι τις, ἢ ὀργὴ οὐδὲν χαλεπὸν μᾶλλον, δὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀπεργάζεται, μᾶλλον δὲ γέλωτα, καὶ ὑφαίνεται ξυνοῦσαν. λυπεῖται γε μὴν ἥκιστα πάντων, τοῦτο τῆς

Tertius à rege similiter præmium flagitat, non ab aliud, nisi quòd cum illo conuersationem societ: nec pudore suffunditur. Est præterea alius, qui iam ætate confectus, non ob aliud peregrè proficiscitur, quàm vt lucrũ faciat, aut stipendio mereat, non aliter atque Indus quispiam, aut Scytha captiuus. Neque eundem pudet nominis, quòd merces sit illud quod accipit. O Non solùm verò his vitijs eos inuenies obnoxios, sed sunt adhuc alij degeneris animi affectus, quibus sunt plenissimi, nempe molestæ perturbationes, iracundia, inuidentia, ac omnis generis concupiscentiæ. Parasitus autem his omnibus vacans affectibus, neque irascitur, propter animi tolerantiam, tum etiam quòd illi nemo sit cui irasceretur. Atque etiam si quando victus mentis impotentia indignatur, nihil tamen mali aut iniuriæ, iracundiæ impulsu designat perperam: quin potiùs risum omnibus eius excandescentia excutit, ac oblectamento est conuersantibus. Minimè verò omnium perturbatur, tristitia aut vlla mentis molestia discruciatur. Etenim tam præsens illi parasiti-

πᾶς τέχνης παρασκευαζόσης αὐτῷ, πρὸς χαριζομένης, μὴ ἔχειν ὑπὲρ ὅτου λυπηθείη. ὅτι γὰρ χρήματα δεῖν αὐτῷ, ὅτι οἰκίας, οὔτε γυναῖκ', ὅτι παῖδων, ὧν ἁμαρτομένων, πάντως ἀνάγκη δεῖ λυπεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰ, ἐνταῦθα ταῦτα ἀποπλουτεῖ. ἐπιθυμεῖ δ' ὅτι δόξης, οὔτε χρημάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὡραίου τινός. Τυ. ἀλλ', ὦ Σίμων, ἀκός γε ἐνδεία προφῆς λυπηθῆναι αὐτόν. Πα. ἀγνοεῖς, ὦ Τυχιάδη, ὅτι ἐξ ἀρχῆς οὐδὲ παράσιτός ἐστιν οὗτος, ὅστις ἀρρεῖ προφῆς· οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος, ἀρεῖας ἀνδρίας δεῖν ἀνδρεῖος· οὐδὲ φρόνιμος, ἀρεῖας φρονῶν δεῖ φρόνιμος· ἄλλως γε ὅτι παράσιτος ἂν εἴη. πρόκειται δὲ ἡμῖν περὶ παράσιτου ζητεῖν ὄντος· ἀλλὰ μὴ ὄντος. ἀ δὲ μὴ ὁ ἀνδρεῖος ἄλλως, ἢ παρουσίᾳ ἀνδρειότητος, καὶ ὁ φρόνιμος, παρουσίᾳ φρονήσεως, μὴ ὁ παράσιτος

parasitica suppeditat aduersus omnes molestias remedium, vt nulla etiam causa existat quamobrem afficiatur tristitia. Neque enim illi sunt opes, neque domus, neque famulus vllus, non vxor, non liberi, quibus peremtibus habentem discruciari animo omnino necesse est, si horum iacturam fecerit. Atqui neq; gloriæ vllius est appetens, neq; opulentiæ: sed nec formosum quenquã desiderat. TYC. *Veruntamen, ô Simo, planè consentaneum est, illum ob victus indigentiam perturbari animo.* PAR. *Ignoras, ô Tychiade, statim initiò hũc non esse parasitum, quicunque laborat victus inopia. Neque enim fortis, inopia fortitudinis fortis perhibendus est: neque sapiens, sapientiæ penuria sapiens putandus: alioqui parasitus esse non posit. Nos enim de eo qui re ipsa parasitum agit, loquimur, non de eo qui solum parasiti nomen falsò obtinet. Iam si fortis non alia ratione, quàm præsente fortitudine fortis, & sapiens præsente sapientia sapiens habendus est: sequitur, neq;*

ὁ παράσιτος δὲ, παρουσίᾳ τοῦ παρασιτεῖν παράσιτος ἔσται. ὡς εἴ γε τοῦτο μὴ ὑπάρχει αὐτῷ, περὶ ἄλλου τινὸς, καὶ οὐχὶ παρασίτου ζητήσομεν. Τυ. οὐκοῦν οὐδέποτε ἀφρήσει παράσιτος τροφῆς Πα. ἔοικεν, ὥστε οὔτ' ἐπὶ τούτῳ, οὔτ' ἐπ' ἄλλῳ ἐστὶν, ὅτῳ λυπηθείη ἄν. καὶ μὴν καὶ πάντων ὁμοῦ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορον φοβοῦνται μάλιστα, τούς γε τοὶ πλείστους αὐτῶν εὕροι τις ἂν μετὰ ξύλου περιόντας, οὐκ ἂν δήπου, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους καὶ τὰς θύρας δὲ μάλα ἐῤῥωμένως ἀφκλείοντας, μή τις ἄρα νυκτωρ ἐπιβουλεύσειεν αὐτοῖς, δεδιότας· ὁ δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου περσίθησιν, εἰκῇ καὶ τοῦτο, ὡς μὴ ὑπὸ ἀνέμου ἀνοιχθείη. γενομένου δὲ ψόφου νυκτωρ, οὐδέν τι μᾶλλον θορυβεῖται, εἰ μὴ γεννομένου. καὶ δι' ἐρημίας δὲ ἀπιὼν, ἄνευ ξίφους ὁδεύει· φοβεῖται

parasitum, nisi parasitandi facultas suppetat, parasitum esse posse. Quare nisi hoc illi suppeditatum fuerit ab alio, nequaquam parasitus existimandus est. TYC. *Proinde parasitus nunquam alimenti laborabit inopia?* PAR. *Ita quidem apparet. Itaque neque huius neque alterius cuiuspiam rei gratia discruciatur animo. Verùm omnes ad vnum philosophi pariter atque rhetores, maximo semper in metu sunt. Illorum igitur plurimos plerunque ligno armatos in publicum prodire videmus: quod proculdubiò non facerent, nisi armatos metuerent. Quid quòd etiam ianuas probè oppessulatas concludunt, metuentes ne quis noctu domum ingressus, illis perniciem machinetur? At parasitus ædiculæ suæ ianuã quidem claudit, sed planè incuriosè & temerè, ne videlicet venti violentia irruens aperiat. Cæterùm noctu orto tumultu, non magis animo timore concutitur, quam si nullus extitisset. Præterea per sola loca iter faciens, nullo accinctus gladio ambulat.*

nihil

φοβεῖται γὰρ οὐδὲν ἀλλήλους. φιλοσόφους δὲ πολλάκις εἶδον ἐγὼ, οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ, τέχνας ἐπινοουμένους· ξύλα μὲν γὰρ οὐκ ἔχουσι, καὶ ἂς βαλανεῖον ἀπιόντων, καὶ ἐπ' ἄριστον. παρασίτου μέντοι οὐδεὶς ἔχοι λατομοῦσα μοιχάδα ἢ βίαν ἢ ἁρπαγὴν, ἢ ἄλλό τι ἀδίκημα ἁπλῶς· ἐπὶ ὃν γὰρ ζημιοῦται ἐκ ἂν ἄλλου παράσιτος, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἀδικεῖ. ὥστ' εἰ μοιχὸς ἐστ τύχοι, ἅμα τῷ ἀδικήματι, καὶ τὸνομα μεταλαμβάνει τὸ ἀδικήματος. ὥσπερ δὲ ὁ κακὸς, οὐ τὸ ἀγαθὸς, ἀλλὰ φαῦλος ἔναι λαμβάνει, οὕτως, οἶμαι, ὁ παράσιτος, ἐάν τι ἀδικῇ· αὐτὸ μὲν τοῦτο, ὃπερ ἦν, ἀφῆκε, ἀναλαμβάνει δὲ, ὁ ἀδικεῖ. ἀδικήματα δὲ ταῦτα ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἄφθονα μόνον ἐστὶν αὐτοῖς

nihil enim prorsus vſpiam gentium metuit. At ego ſæpenumerò vidi philoſophos nullius periculi ne ſuſpicione quidem exiſtente arcus apparantes. Semper enim Σ baculis armati incedunt, atque etiam ſi quando in balneas lotum abeunt, aut vocati ad prandium. T Nullus verò eſt, qui paraſitum aut adulterij, aut violentiæ, aut rapinæ, aut alterius cuiuſpiam delicti inſimulare poſsit: quoniam qui talibus vitijs eſſet contaminatus, iam non amplius paraſitus foret perhibendus; ſed ſe ipſe grauiſsimæ iniuriæ exponeret. Itaque adulterium flagitioſè committens, vnà cum perpetrato delicto etiam flagitij nomen incurrit. Quemadmodum autem qui improbus fuerit, non bonus, ſed malus habendus eſt: ſic quoque paraſitus ſi quid turpiter in ſe admiſerit, illud ipſum quod fuerat abiecit, aſſumit autem id quod deliquit per flagitium. Cæterùm eius generis praua facinora permulta extant à philoſophis & rhetoribus turpiſsimè perpetrata, quæ non nobis tantùm comperta ſunt, vtpote quæ noſtro tempo-

αὐτοῖς γεγονότα καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς βιβλίοις ἀπολελειμμένα ὑπομνήματα ἔχομεν ὧν ἠδίκησαν. ἀπολογία μὲν γὰρ Σωκράτους ἐστὶ, καὶ Αἰσχίνου καὶ Ὑπερίδου καὶ Δημοσθένους, καὶ τῶν πλείστων σχεδόν τι ῥητόρων καὶ σοφῶν· παρασίτου δὲ οὐκ ἔστιν ἀπολογία. οὐδ' ἔχει τις ἐπεῖν δίκην πρὸς παράσιτόν τινι γεγραμμένην. Τυ. ἀλλὰ νὴ Δία, ὁ μὲν βίος τοῦ παρασίτου κρείττων ἐστὶ τοῦ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν φιλοσόφων, ὁ δὲ θάνατος φαυλότερος. Πα. πάνυ μὲν οὖν τοὐναντίον, παραπολὺ εὐδαιμονέστερος. φιλοσόφους μὲν γὰρ ἴσμεν ἅπαντας, ἢ τοὺς πλείστους, κακοὺς κακῶς ἀπεθανόντας· τοὺς μὲν ἐκ καταδίκης ἑαλωκότας ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι, φαρμάκῳ, τοὺς δὲ καθαπρησθέντας τὸ σῶμα ἅπαν, τοὺς δὲ ἀπὸ δυσουρίας φθινήσαν-

re saltem designata forent, sed libris editis relicta monumenta habemus eorum facinorum, quorum illi authores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Aeschinis, atque Hyperidæ, neque non Demosthenis. Ac fermè plurimorum rhetorum atque philosophorum defensiones etiam hodie leguntur. At nulla extat parasiti apologia, nec vllus est qui pro vero affirmare possit, parasito iniuriarum scriptam esse dicam. TYC. Y *At per Iouem parasitus meliori quàm rhetores atque philosophi viuendi conditione fruitur, fato tamen deteriore absumitur.* PAR. *Equidem longè diuersum est quod dicis. nam & fato multò feliciore functus è viuis migrat parasitus. Quippe compertè exploratum habemus, philosophos ferè omnes, aut illorum maximam partem, malo extinctos esse exitio, nonnullos condemnatione iudicij in maximis flagitijs manifestò deprehensos, Φ sumpto veneno: alios toto corpore exustos, plerosque vrinandi difficultate absumptos, alios*

νήσαντας, τοὺς δὲ φυγόν-
τας. παρασίτου δὲ θάνατον οὐ-
δεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν, ἀλ-
λὰ τὸν εὐδαιμονέστατον, φα-
γόντος καὶ πιόντος. εἰ δέ τις
καὶ δοκεῖ βιαίῳ τετελευτηκέ-
ναι θανάτῳ, ἀπεπτήσας ἀπέ-
θανε. Τυ. ταῦτα μὲν ἱκανῶς
διημίλληταί σοι τὰ πρὸς τοὺς
φιλοσόφους, ὑπὲρ τοῦ παρασί-
του. λοιπὸν δέ, εἰ καλὸν καὶ λυ-
σιτελές ἐστι τὸ κτῆμα τοῦτο τῶν
τρέφοντι, πειρῶ λέγειν. ἐμοὶ
μὲν γὰρ δοκοῦσιν, ὥσπερ ἐν-
εργετοῦντες καὶ χαριζόμενοι,
τρέφειν αὐτοὺς οἱ πλουσίοι, καὶ
εἶναι τοῦτο αἰσχύνην τῶν τρε-
φομένῳ. Πα. ὡς ἠλίθιά γε
σοί, ὦ Τυχιάδη, ταῦτα εἰ
μὴ δύνασαι γιγνώσκειν, ὅτι
πλούσιος ἀνὴρ, εἰ καὶ τὸ Γύ-
γου χρυσίον ἔχει, μόνος ἐ-
σθίων, πένης ἐστὶ, καὶ πρεσιὼν
ἄνευ παρασίτου, πτωχὸς δο-
κεῖ καὶ ὥσπερ στρατιώτης
χωρὶς ὅπλων, ἀτιμότερος καὶ
ἐσθὴς ἄνευ πορφύρας, καὶ
ἵππος

alios ex fuga retractos atque occisos. At quis tandem tali quopiam exitio parasitum sublatum esse referre potest? sed mors felicissima ferè illi contingit edenti atque bibenti. Quòd si quis etiam violenta morte defungi videtur, mortuus auolasse creditur. TYC X *Hæc equidem satis supérque tibi pro parasito contra philosophos decertata sunt. Superest vt & illud explices, num honesta & vtilis sit hæc alenti possessio. Siquidem opulētiores mihi videntur parasitos alere, tanquam officiosi, & beneuolè gratificantes illorum tenuitati: quod ego ei qui alitur, dedecus esse existimo.* PARA. *Quàm simpliciter fatuum te esse constat, ô Tychiade, si hoc nequeas intelligere, hominem diuitem etiam si Ψ Gygis opulentiam possideret, solùm edentem esse pauperem? Atq; ille progrediens in publicum non comitante parasito, mendicus est. Et quemadmodum miles sine armis habetur despectior, & vestis sine purpura vilior, &*

ἵππος ἄνευ φαλάρων, οὕτω καὶ πλούσιος ἄνευ παρασίτου, ταπεινός τις, καὶ οὐτελὴς φαίνεται· καὶ μὴν ὁ μὲν πλούσιος κοσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ, τὸν δὲ παράσιτον πλούσιος οὐδέποτε κοσμεῖ, ἄλλως τε οὐδ' ὄνειδος αὐτῷ ἐστιν ὡς σὺ φῄς, τὸ παρασιτεῖν, ἐκείνῳ δηλονότι, ὡς κρείττονι χείρονα. ὅπως γε μὴν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελὲς ἐστι, τὸ τρέφειν τὸν παράσιτον, ᾧ γε μετὰ τὸ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τῆς τούτου δορυφορίας ὑπάρχει· ὅτε γὰρ μάχη ῥαδίως ἄν τις ἐπιχειρήσαι τῷ πλουσίῳ, τοῦτον ὁρῶν παρεστῶτα. ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀπροθάνοι φαρμάκῳ οὐδείς, ἔχων παράσιτον· τίς γὰρ ἂν τολμήσειεν ἐπιβουλεῦσαι τινί. τούτου προεσθίοντος καὶ προπίνοντος; ὥστε ὁ πλούσιος οὐχὶ κοσμεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τοῦ παρασίτου σώζεται. οὕτω μὲν ὁ παράσιτος διὰ φιλοστορ-

equus sine phaleris leuior: sic etiam diues egregiè & ampliter nummatus, longè apparet sine parasiti satellitio humilior atque contemptior. Atqui parasitus quoque non parùm ornamento est diuiti, diues parasito non item. Alioqui neq; probrum est, vt tu ais, huic parasitari, vt præstantiori deteriorem. Quòd autem opulento vtile sit parasitum alere, præterquàm quòd ornamentum non vulgare illi adiungit, etiam securitatem multam parasiti præsentia & comitatus diuiti suppeditat. Neque enim quispiam temerè pugna adorietur diuitem, qui hunc illius lateri assistentem conspexerit. Sed neque metuendum est eum veneno periturum, qui parasitum conuiuam habuerit. Quis enim auderet insidijs petere quempiam hoc præmandente atque præbibente? Itaque diues non tantùm à parasito ornatur, sed eius quoque opera à maximis periculis tutus conseruatur. Ita enim parasitus propter charitatis

ποργίαν, πάντα κίνδυνον ὑπομένει, καὶ οὐκ ἂν παραχωρήσειε τῶν πλουσίῳ φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπθανεῖν αἱρεῖται συμφαγών. Τυ. πάντα μοι δοκεῖς, ὦ Σίμων διεξελθεῖν, ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σεαυτοῦ τέχνης, οὐχ' ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκες, ἀμελέτητος ὤν, ἀλλ' ὥσπερ ἄν τις ἑπὸ τῶν μεγίστων γεγυμνασμένος λοιπὸν, εἰ μὴ αἴσχιον αὐτὸ τὸ ὄνομά ἐστι τῆς παρασιτικῆς, ἐθέλω μαθεῖν. Πα. ὅρα δὴ τὴν ἀπόκρισιν, ἐὰν σοι ἱκανῶς λέγεσθαι δοκῇ, καὶ πειρῶ πάλιν αὐτὸς ἀπεκρίνασθαι πρὸς τὸ ἐρωτώμενον, ἢ ἄρεστα οἴει. φέρε γὰρ, τὸν σῖτον οἱ παλαιοὶ τί καλοῦσι; Τυ. τροφήν. Πα. τί δὲ, τὸ σιτεῖσθαι οὐχὶ τὸ ἐσθίειν. Τυ. ναί Πα. οὐκοῦν καθωμολόγηται τὸ παρασιτεῖν, ὅτι οὐκ ἄλλο ἐστί. Τυ. τοῦτο γὰρ, ὦ Σίμων, ἐστὶν, ὁ αἰσχρὸν φαίνεται Πα. φέρε δὴ, πάλιν ἀπόκρινά μοι πότερόν

tatis affectum qua diuitem ex animo complectitur. omnibus semet obiectat periculis. Neque tantùm concedit solùm cibum sumere, sed vnà quoque edens exoptat oppetere. TYC. Omnia mihi, ô Simo, satis disertè disseruisse videris, nec quicquam quod ad artem tuam commendandam pertinet prætermisisti: neque vt tu dixisti, ad hanc rem inexercitatus accessisti, sed planè omnium instructissimus atque exercitatissimus. Ω Quod reliquum est, scire gestio an parasiti compellatio non turpis & dedecorosa habēda sit. PA. Vide quod responsum à me exigas, si sufficienter super his verba tibi fecisse videor. Responde verò mihi vicissim ad quæstionem, si rectè factum existimas. Age σῖτον prisci illi quo vocârunt nomine? TYC. Alimenti vocabulo. PAR. Quid autem σιτεῖσθαι, nónne alere? TY. Sanè verò. PAR. Est ergo in confesso, neque aliud esse parasitari. TYC. At illud ipsum, Simo, est, quod turpe esse apparet. PARA. Age iterum mihi responde, quid tibi

τρόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, καὶ πρεσκειμένοιν ἀμφοῖν, πότερον ἂν αὐτὸς ἕλοιο, ἆρά γε τὸ πλεῖν, ἢ τὸ παραπλεῖν; Τυ. τὸ παραπλεῖν ἔγωγε. Πα. τί δὲ, τὸ τρέχειν, ἢ τὸ παρατρέχειν; Τυ. τὸ παρατρέχειν. Πα. τί δὲ, τὸ ἱππεύειν, ἢ τὸ παριππεύειν; Τυ. τὸ παριππεύειν. Πα. τί δὲ, τὸ ἀκοντίζειν, ἢ τὸ παρακοντίζειν; Τυ. τὸ παρακοντίζειν. Πα. οὐκοῦν ὁμοίως ἔθ' ἕλοιο καὶ τοῦ ἐσθίειν μᾶλλον τὸ πρασιτεῖν. Τυ. ὁμολογεῖν ἀνάγκη. καί σοι λοιπὸν, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἀφίξομαι καὶ ἑῶος, καὶ μετ' ἄριστον, μαθησόμενος τὴν τέχνην. σὺ δέ με αὐτὴν δίκαιος διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ καὶ πρῶτος μαθητής σοι γίγνομαι. φασὶ δὲ καὶ τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων.

discriminis esse videtur, aut vtrisque propositis vtrum electurus esses, num nauigare, an adnauigare? TYC. *Ego quidem eligerem adnauigare.* PAR. *Quid autem, currere, an adcurrere?* TYC. *Adcurrere.* PAR. *Quid autem equitare, an adequitare?* TYC. *Adequitare.* PAR. *Quid autem, iaculari, an adiaculari?* TYC. *Adiaculari.* PAR. *Proinde non alia quoq; ratione pro edere parasitari sat scio quoque eligeres.* TYC. [aa] *Velim nolim sententiæ tuæ refragari non possum. Ac te quidem in posterum, veluti pueri, & sub auroram & à prandio accedam, arti tuæ perdiscendæ operam daturus. Tu verò eandem docebis citra inuidiam, ingenuè, quoniam primus tibi ero discipulus.*

Perhibent autem & matres primam prolem adamare impensiús.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus hîc in argumento ἀδέξῳ καὶ ἀπόπῳ, exercendi ingenij gratia lusit. quod veteres sophistas facere solitos esse scribit Gellius, vt ostenderet nihil esse tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile, & nihil esse tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur, teste Cicerone. Persuadet autem & astruit, parasiticam esse artem non inhonestam & incommodam, si quis ea rectè vti nouerit. Cuius vsum si quis requirit, à Terentiano Gnathone & aulicis discat, vt quicquid dixerint homines, laudet: & si quid negârint, neget, & illis vltrò arrideat. Denique ipsemet sibi imperet omnia assentari, quando hic quæstus nunc est longè vberrimus: donec etiam multo vsu abstrusiora huius artis mysteria cognoscat. Nemo iam veritatis est patiens ampliùs, quia acerba auditu est. Deponat itaque omnem illam priorem cui assuuerat, libertatem, ac præter genium suum omnibus. Euge illud dulcisonum occinat, & illud: Dixti pulchrè. prætereà: Facetè, lepidè, lautè, nunquam vidi melius. Breuiter vt homo erit, ita morē gerat, ita se ad eius mores attemperabit. Parasiti porrò nomen apud veteres honorificum erat, ac minimè ignominiosum. Id quod ex Plutarcho licet intelligere. Sic enim ille scribit in Solone: ἴδιον ἦ τὸ σολῶνος, καὶ τὸ πρὸς τῆς εὐδημοσίας τήσεως, ὅπερ αὐτὸς παρασιτεῖν κέκληκε: *id est*, Est autem & hoc è Solonis institutis in publico, plebi conuiuium exhibere, quod is appellat παρασιτεῖν, quasi dicas, ad cibum sumendum accumbere. Athenæus item lib. 6. Dipnosophistῶν, authoritate Polemonis Samij, Heraclidis, Mopseatis ac aliorum complurium, ostendit parasiti nomen non aspernandum, nec inglorium apud veteres extitisse, quod & ex varijs & antiquis inscriptionibus probat, quarum & hæc vna fuerit, ἄρχοντες καὶ

παράσιτοι ἀνέθεσαν. Cætera ſtudioſus apud Athenæum inueniet. Huc pertinet quod Thomas magiſter ſcribit in Atticiſmis: παρασίτους καὶ τοὺς δημοσίᾳ σιτουμένους ἐν τῷ πρυτανείῳ ἀττικοὶ, οὐ μόνον τοὺς ἐν ταῖς τοὺς πλουσίων τραπέζαις παρατρεφομένους κόλακας: *id eſt*, paraſitos non tantùm appellabant Attici adulatores illos qui apud diuitum menſas nutriuntur, ſed & eos, qui ob rem egregiè geſtam publico ſumptu in Prytaneo alebantur. Cuius & interpres Ariſtophanis in Equitibus meminit, οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι: *id eſt*, ne muſicam quidem ſcio. Apud eundem in Auibus Sycophanta ſimiliter excuſat ſuam profeſsionem: τὶ γὰρ πάθω, σκάπτειν οὐκ ἐπίσταμαι: *id eſt*, quid quæſo facerem, quando fodere neſcio. Idem in Veſpis: Σύγγνωθι, κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται: *id eſt*, ignoſce, neque enim canere edoctus eſt. quaſi dicat, reliquarum imperitus artium, furto tantùm rem parat. Diogenes cùm videret mures ad menſam ſuam accurrentes, exclamabat: Ecce & Diogenes ſuos habet paraſitos. Paraſitandi autem ars ita deſcribitur ab Horatio epiſt. lib. 1. ad Lollium 2;

Alter in obſequium plus æquo pronus, & imi
Deriſor lecti, ſic nutum diuitis horret:
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum credas ſæuo dictata magiſtro
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas.

Non enim à mimica arte multùm diſtat. Legitur Epigramma Ioan. Alexandri Braſſicani noſtri, quod cùm huius dialogi argumentum ferè habeat, hic dignum duxi vt aſcribatur:

Quæ Plauti ſcortum, nitidi quæ Gnatho Terenti,
Per cuneos multo ſæpe lepôre mouent.
Omnia nempe aſſentari quæſtum eſſe probatum:
Tum digiti ad crepitum cuncta negare leuem.
Eſſe itidem iucundum alienam inuiſere menſam:
Vſqueadeò multis vina aliena placent.
Luciani illa hilaris Simon dum ſingula confert,
Longè equidem melius, fuſius atque docet:

Immò

Immò etiam expressum videas de musca elephantum,
Adde & Socraticis cuncta probata modis.
Vsqueadeò nihil esse potest tam vile iacensq́;
Quod non ingenij tollere dona queant.
Ingenium credas imponere posse Colosso,
Pigmæum adiuncti viribus eloquij.
Cætera Lucianus per se tibi dicet abundè,
Dum varijs miscet seria vbique iocis.

Graphicè hic mores assentatorum describit, & quanta pernicies adolescentibus ex eorum consuetudine impendeat exponit. Huc pertinet Terentianus gnato, eiusdemq́; Phormio, & quę sunt in assentatores ex professo & eleganti carmine ab Ioan. Rauisio Textore scripta: & apud Plutarchũ de Educandis liberis. Verbum tamen hoc apud vetustissimos honestũ fuit, parasitiq́; vocabantur comites sodalesq́; põtificum & magistratuum, vt docet Athenęus lib. 6. Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico victu epulabãtur, authore Plutarcho.

a SIVE serui, siue ingenui.] *Summa psonarũ diuisio hæc est. Serui aut nascũtur, aut fiunt. Nascuntur, qui ex ancillis nostris nobis gignũtur. Fiunt aut iuregentiũ:* id est, *ex captiuitate, aut iure ciuili, veluti quum homo liber maior viginti annis, ad participandũ preciũ se venundari passus est. Ingenui sunt, qui simulac nati sunt, liberi sunt, nondũ seruitutis iugum experti, vt Libertini.* *b* Tũ alijs sunt vtiles.] *Plato in Epist. ad Arch. Tarent.* ἄλλα κακεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι. ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ τι οἱ λοιποὶ φίλοι. i. verũ, *& hoc te cõsiderare conuenit, neminẽ omnino nostrũm sibi solũ natum esse, sed ortus nostri partẽ sibi patriã vendicare, partem parentes, partem etiam amicos. Quam sentẽtiam & Cicero in Officia sua retulit.* *c* Videlicet musicæ.] *Antiquitùs nihil eruditũ habebatur sine musica. Vnde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se nõ didicisse musicã. Musica & Arithmetica primùm instituebantur iuuenes Athenis, teste eodẽ Luciano in Gymnasiis.* *d* Medicinæ.] *De huius artis excellentia, vide Abdicatũ Luciani, paulò ante finẽ, & Erasmi nostri Enconiũ*

medicæ

medicæ artis. Homerus Iliad. A. cùm medici dignitatem explicare vult, ait:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. *id est,*

Vnus homo medicus multis æquandus honore.

e Geometriæ.] *Hanc Lucianus in Hermotimo vocat admirandam.* *f* Nam à philosophiæ studio.] *Philosophiæ hypotyposis graphica habetur in Piscatore: laus, in Nigrino.* *g* Architectonicam.] *Architecturam disciplinam tanquâ libero homine dignissimam, Vitruuius libro 1. capite 1. multis laudibus euehit. Architecturam porrò pulchræ domus, habemus in Encomio domus.* *h* Inopinata.] Id est, *admirabilis. Cicero libro 3. Academicarum quæstionum 4. paradoxa interpretatur admirabilia, Quintilianus lib. 9. Inopinata. Extat hoc nomine libellus Ciceronis inscriptus. Hæc autem quia discrepant ab opinione populari, admirabilia videntur. Vide Aul. Gellium libro 17. capite 12.* *i* Insaniam deam.] *Pulcherrimum ac verè Lucianicum commentum. Nam quemadmodum Homerici quidam heroës omnem noxam ac perniciem in Athen reijciunt. Ita insanus si quid parum rectè fecerit, statim habet cui peccatum imputet, nempe insaniæ, quæ mystas suas nonnunquam à grauibus supplicijs liberat. Ouidius Tesiphoni furiæ comites adiungit, Insaniam, Terrorem, & Pauorem.* *k* Phidiam statuarium.] *Phidias Atheniensis fuit statuarius insignis: floruit autem Olympiade 83. Plin. lib. 14. Naturalis historiæ.* *l* Phidias Ioue à se fabricato.] *Pomponius Mela libro 2. In Achaia, inquit, quondam Pisa Oenomai, Elis & numen delubrumque Olympij Iouis, certamine Gymnico & singulari sanctitate, ipso tamen simulachro quod Phidiæ opus est, maximè nobile. Plinius de Ioue Olympio: Quem nemo, inquit, æmulatur: propter scilicet excellentiam. Et alibi, hoc est, lib. 36: Phidiam, inquit, clarissimum esse per omnes gentes, quæ Iouis Olympij famam intelligunt, nemo dubitat. Sedenim de Ioue Olympio omnia plena: nam non modò poëtæ, sed & cæteri scriptores, vt Vitruuius, vt Strabo lib. 8. vt Valerius Maximus lib. 3. capite De fiducia sui: & Macrobius libro 5. Saturnalium. Phidias cùm simulachrum Iouis Olympij præstantissimè absoluisset, interrogatus ex quo*

exemplari

exemplari vultum Iouis tam insigniter expressisset: respondit, se Homericis versiculis tanquam magistro vsum fuisse. Extant autem ij Iliad. α:

ἢ ῥ᾽ γε κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσιν νεῦσε Κρονίων.

De Phidia alia quædam annotatimus in Imaginibus. m Dioni philosopho.] *Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est consecutus. De cuius præstantia lege Suidam, Philostratum in Sophistis, & Synesium in libello de laude Caluitij. Huius quoque mentionem fecit Lucianus in Peregrino.* n Ad hunc enim modum speciatim.] *Hoc Plato docet in Cratylo, & posteum Cicero noster lib. 1. Officiorum.* o Ars est.] *Confirmatio à finitione artis, quæ est apud Aristotelem libro 6. Moralium. Hanc Diomedes libro 2. Ciceroni adscribit. Hac proposita parasitus argutissimè inde colligit, Parasiticen esse artem. Deinde probat minorem, secundum partes finitionis. Artes enim vtilitatis communis causa discendæ, vt & proximo, & nobis ipsis adsimus. Deo verò ante omnia. Sed hæc Scriptura multò docet rectiùs, quæ sola de veris virtutibus loquitur, ac virtutum fontem demonstrat.* p Ollæ vitiosæ.] *Vt ærea vasa tinnitu dignoscuntur, ita homines ex sermone. Itaque Diogenes aiebat sibi videri mirum, quòd cùm ollam aut operculum non emerent homines nisi pulsu ac tinnitu exploratum, in emendo homine solo aspectu essent contenti: significans hominem nulla ex re melius cognosci quàm ex oratione. Vt igitur qui vas fictile teruncio parant emere, digito pulsant, atque ex tinnitu reddito dignoscunt, sit' ne integrum, probæ argillæ, ac bene coctum: ita priusquam minis emant hominem, oportebat ad dicendum prouocare, atque ex oratione deprehendere qualis sit. Huc alluſit Persius Satyra tertia:*

—sonat vitium percussa maligné.
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Et rursus in 5:

—pulsu dignoscere cantus
Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

q Argentarios, seu nummularios.] Ἀργυροκόπους *argentarius, vulgò mensor & mensarius, à Græcis* κολλυβιστὴς, *& nummu-*

nummularius, & trapezita ferè idem significant, nisi quòd argentarius maior negociator dicitur in Pandectis, de edendo, qui multorum pecunias acceptas custodit, quum opus fuerit reddituris, & cuius officium publicum est. Plaut. in Curc. nummularium & trapezitam pro eodem accipit. Argentarius porrò non tam is qui pecunias publicas exigit, est, quàm argenti opifex. Vide Alciat. lib. 1. cap. 24. Parerg. r Adulterinos homines.] *Quod simplex non est, neq; sincerum, id vulgato verbo Græci κίβδηλον vocant, hinc ductio vocabulo, quod aliud præ se ferant, aliud tegant, παρὰ τὸ κρύβδην τὸ δῆλον, vel quòd Athenienses ob summum in Chios odium, si cui malè vellent, huius nomen nomismati solent insculpere, addita litera, ὑς; in terram abiectis diras imprecari παρὰ τὸ τοὺς χοὺς βδηλύττειν. Sed propriè nummum subæratum κίβδηλον appellant. Et κιβδηλίαν insinceritatem seu corruptelam, velut Aristophs πολλῷ ἀφεῖλε τῆς βίου κιβδηλίαν: id est, corruptionem vitæ ademit plurimam. Et κιβδηλοῦν corrumpere fuco, & qui pallens κιβδηλιῶν dicitur appellant, quòd aliquid morbi vitiosi; subesse videatur.* s Qui conuiuas.] *Hæc Plat. sententia extat in dial. qui inscribitur Gorgias, sive de Rhetor.* t Quod arte caret.] *Socrates in Gorg. Plat. μὴ δ' ἔχειν τὸν αὐτὸν, ἐγὼ δὲ τέχνῃ ὃ κρίνω.* u Finem.] *ὅρον finem interpretatur, pro quo definitionem malim.* x De fine.] *Huc pertinent ea quæ Cic. scribit in lib. de Finibus bonorum & malorum.* y Atqui abundé.] *Comprobatio finis ab authoritate Homeri quæ est Odyss. 1. in principio.* z Sedenim.] *Amplificatio testimonij à circumstantijs.* A Philocteten.] *Est apud Philostratum in Heroicis & Homer. in catalogo Natium meminit.* B Græcos compescuit.] *Homerus Iliad. α:*

τὸν δ' ἀχαιοῖς ἐπίεσαν ἐρεθύσμιαι ὠδῖνες, &c.

C Indecoris vulneribus.] *Hoc ipsum Philostratus in Heroicis commemorat. Et apud Ouid. lib. 3. Metamorph. Aiax in Vlyssem inuehitur.* D Porrò Epicurus.] *Confutatio Epicureorum finis ac voluptatis à studio & cura illorum & finitione voluptatis.* E Porrectis & manibus.] *Homerus Odyss. ι:*

αὐτὰρ ὃ πρὸς ἄλλοτε χεῖρας ἀνίσχων.

F Reliquum

F Reliquum est.] *Transitio per diuisionem.* G Sua anteire præstantia.] *Conatur ostendere, parasiticam omnibus artibus præstare, idq; variè ab accidentibus, effectu & fine cõfirmat, & primùm in genere.* H Etenim vniuscuiusq; artis studium.] *Aphthon. in Chriã: Isocr. doctrinæ radices amaras esse dicebat, fructus verò dulces. Amator, inquit, eruditionis à laboribus auspicatur, sed laboribus desinentibus inutilitatem, quod quàm philosophicè dictum ab eo sit, hinc licet perspicere. Qui enim bonarum artium amore capiuntur, hij sanè cum professoribus ac studiorum ducibus conuersantur, ad quos accedere formidolosum est. Et pueri quidem nunquam metu vacant. Succedunt præceptoribus pædagogi formidabiliores, qui etiam priusquam verberent timentur. Hieronymus in primum Hieremiæ caput: Et quomodo nux siue amygdalum amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis asperioribus & duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, & labor continentiæ, amara quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est, Literarum radices amaræ, fructus dulces. Chrysostomus in Epistolam ad Hebræos, Homilia trigesima: Etsi virtus amara sit, tamen fructus profert dulciores, vt in arboribus cortex penè semper amarus & asper est, fructus autem ipsi suauitate iucundi sunt. Hieronymus aduersus Rufinum: Literæ marsupium non sequuntur, sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum, non saturitatis, continentiæ, non luxuriæ.* I His potissimùm honorare.] *In eandem sententiam Horat. dixit:*

—olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima.

K Multo sudore paratę dulcem fructũ subministrant.] *Similem sententiam protulit Hesiodus 1. Georgicõn: Asperam esse ad virtutem viam dicens, acumen verò molle. Nam idem quòd Isocrates docuit. Hesiodus enim viam, Isocrates autẽ radicem appellauit, diuersis verbis eandem vterq; sententiam demonstrantes. Vide adagium: Difficilia quæ pulchra. Cic. Virtutem sudori dij immortales anteposuerunt, longa autem est & ardua via ipsa, & aspera primùm, vbi in cacumen ventum*

est, sa-

est, facilis est, quæ dura extiterat. Basilius de exhortatione ad Baptismum: Quis dormiens trophæum fixit? quis in delicijs ac tibijs corona fortibus viris debita ornabitur? Nullus minimè currens brauium assequetur. Labores gloriam pariunt, & angustiæ periculaque coronas promerentur L Poësis.] *Plato in dialogo cui titulus Ion, siue de furore poëtico, Lucianus in Encomio Demosthenis in principio. Atque huc facit illud Ouidij:*

Est deus in nobis, agitante calescimus illo.

Poëtæ natura tantum valent, arte si qui se poëtarum nomen tueri posse confidunt, eos idem Plato grauissimus author pronunciat, nihil vnquam egregium ac memorabile effecturos. Itaque Pindarus eo se gloriatur aduersarijs suis, Bacchilide nimirum & Simonide, esse superiorem, quod ipse natura poëta sit, illi autem didicerint à magistris: in quo tantum esse vult, vt eo potissimùm nomine se aquilæ, illos coruorum similes esse dicat. M Plantam inserit manibus.] *Est locus Homeri Odyss. 9. de Cyclopum & Insularum fortunatarum terra:*

Οὔτε φυτεύουσι χερσὶν φυτὸν οὔτ' ἀροῶσιν,
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. *id est,*

—nec manibus terræ plantaria fingunt,
Vomere nec segetem proscindunt: quin ea cuncta
Nullo semente, & nullo nascuntur aratu.

De ijsdem insulis Horatius in Odis:

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsq; vinea.

Hinc sumptum est & natum, vt quæ citra nostram operam casu nobis eueniunt, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicantur. Hoc adagio Lucian. vsus est in Phalar. 2. & in Rhetorum didascalo. N Itaque.] *Epilogus.* O Age nunc deinceps.] *Transitio. Hactenus in genere cum omnibus artibus comparauit parasiticam: iam & speciatim philosophiæ ac rhetoricæ præfert.* P Primùm quantum.] *Argumentum à certitudine & constantia artis, collatione cum vtraq; facta.* Q Plerique.] *Quintilianus libro 2. capite 17. & Plato in Gorgia.* R De philosophia opinio.] *Hoc elegantissimè docet Max. Tyrius Platonicus serm. 19. Nimirum quosdam philosophiam artium

artium omnium constantissimam in multos populos distraxisse,&c. S Porrò autem.] *Collatio parasiticæ. T* Quod autem.] *Aliud à signo & studio sectantium. V* Ego tibi.] *Exemplo philosophorum, qui parasiticam sectati sunt, quorum omnium mentionem facit, quos Lucianus hîc commemorat. Suidas in dictione αἰσχίνης. Idem Laërtius, qui inter dialogos Aeschinis scribit, Miltiadis titulo quendam inscriptum fuisse. X* Aristippus.] *Genere Cyrenaicus, maximè voluptarius fuit, canis regius à Diogene nominatus, quòd assentaretur Dionysio, ad hunc Stratonem, vel vt alij, Platonem dixisse tradunt: Tibi soli & chlamydem & vestem reiiculam ferre datum est. Erat enim ei ingenium facile, vt se accommodaret loco, tempori, personæ, & omnem euentum sine tristitia ferebat. Vitam eius Diogenes Laërtius describit libro 2. Chlamys autem grammaticis vestem purpuream significat. Item Valerius Maximus libro 4. capite 3. Et Horatius lib. 1. Epist. ad Sæuam:*

Si pranderet olus patienter regibus vti
Nollet Aristippus si sciret regibus vti,
Fastidiret olus —. *Inter hunc & Diogenem Cynicum nonnulla fuit æmulatio ob diuersum vitæ institutũ. Diogenes Aristippum appellabat canem regium, quod Dionysium Siciliæ tyrannum coleret. In quem vicissim Aristippus: Si Diogenes sciret vti regibus, non vesceretur crudis oleribus. Contrà Diogenes: Si Aristippus didicisset esse contentus crudis oleribus, non esset canis regius. Y* Niciæ.] *Siquidem à Syracusanis in carcerem coniectus sibi mortem conscuit, vt Plutarchus & Iustinus copiosè scribunt. Lucianus ad Siciliam alluſit, in qua Plato parasiticam infeliciter exercuit: Nicias autem aduersa cum fortuna pugnauit. Z* Aristoxenus Musicus.] *Musicus dictus fuit à patre, Musicæ præcipuo magistro, authore Suida. Stephanus de Vrbibus in dictione Tarentum, scribit hunc fuisse patria Tarentinum, quem & inter celebres Pythagoricos commemorat. Hunc etiam Cicero & Gellius sæpe citant. a* Nelei parasitus.] *Hunc Athenæus lib. 4. dipnosophistũ: inter eos reges commemorat, qui bonorum voluminũ immensam copiam, ac inæstimabiles thesauros con-*

gesserint. β Euripides apud Archelaum.] *Hoc abunde docet Suidas & Gellius libro 15. Is cùm in conuiuio formosum Agathonem amplecteretur deosculaturque, cui iam barba prouenire cœperat: Archelaus amicis dixit: Ne miremini, nã pulchrorum etiam autumnus pulcher est. Ciuiliter excusauit amicum apud amicos. Pausanias in Græcia Attica (qui primus illi liber est) eum recenset inter eminentissimos quosq; viros, qui cum regibus familiariter vixerunt. Siquidem apud Polycratem Siciliæ tyrannum vixit Anacreon, cum Hierone Aeschylus & Simonides, cum Dionysio qui posterior tyrannus fuit in Sicilia, Philoxenus, cum Antigono Macedonum rege, Antagoras Rhodius & Aratus Solensis,* &c. γ Anaxarchus apud Alexandrum.] *Huius extat hæc improba ad Alexandrum vox, qui, vt Arrian. prodit, consolaturus Alexandrum, vino & iræ, consultoribus pessimis succumbentem, atque se ob Clii necem discruciantem: An tu Alexander sapientes, inquit, veteres ignoras, ideo assidentem Ioui iustitiam feciſſe, vt quicquid à Ioue decretum sanctumque foret, id iure factum videretur? Ita magni acta & gesta regis primùm quidem ab ipso rege, deinde ab alijs iusta censenda sunt. Sed mea vtique sententia, si approbentur ista, vt ab sapiente ac verè prorsum enunciata, bone deus, quantum inde erumpet malorum? Qui calamitatum taxabitur finus? Documento sit ipse Alexander, quem ita Anaxarchi præcepto imbutum prodiit memoriæ, ad id væsaniæ productum vt iam diuinos sibi deposceret honores. Quid ita adulanter insinuas, Anaxarche, assidere Ioui iustitiam. Imò verò si coniectatio non me fallit, non assidet iustitia Ioui: sed ipsa iustitia est, ac fas ipsum, & legum vetustissimus omnium, ac perfectissimus. Ita certè veteres prædicant, edocentq; absque iustitia nec ipsum quidem Iouem rectè posse imperare. Ea verò iuxta Hesiodum incorrupta virgo est, pudoris ac castitatis, vtiliumque contubernalis. Proinde reges item αἰδῶς, id est, castos venerabilesque nuncupare poëtæ solent. Hinc ergo colligendum, regiam facultatem esse sublimem, præcelsam, multis virtutibus circumseptam constipatamque, curis innumeris anxiam, & omnino vitam censeri laboriosissimam, si incumbentem oneris magnitudinem rectè metiaris, gerasque*

pro

pro ratione & dignitate. Proinde Seleucum regem dicere solitum scimus. Si multi scirent quantum sit negocij, tantummodo tot epistolas scribere ac legere: nec humi proiectum diadema tollerent. Quin & Philippus in regione speciosa castra metaturus, cùm moneretur illic non esse pabulum pro iumentis: O' Hercules, inquit, qualis est nostra vita, si etiã ad asinorum commoditatem viuere cogimur? Certè Anax veteribus rex dicebatur, quod Plutarchus tradit & repetit Eustathius, quia anacos dicitur medela, quòd illis subditorum cura incumbat. Anaxarchi meminit etiam Laërtius & Theodoritus Cyrensis Therapeutices libro octauo. δ Sunt in vita.] *Ab vsu eorum qui ipsas profitentur, αὐτίθεσις per diuisionem temporum belli ac pacis.* ε Annunciatum est.] *De tempore belli: & quales circa hoc philosophi ac rhetores.* ζ At dux belli: denunciat vt ad delectum faciendum iuuenes.] *Qui de militari disciplina libros posteris reliquêre, eos haud ferè quenquam minorem septem aut decem annis, aut sex & quadraginta maiorem, militiæ & tyrocinio adscribi voluisse constat. Idque à Seruio Tullio vetere censore cautum fuisse primùm, quod æuo subsequente à Caio Graccho lege sacrata sancitum fuit. Causa autem hæc est, quòd citra eam ætatem aut supra, velut immaturos aut præduros, & effœtos militiæ rudimentis minimè idoneos putârunt. Ideo vetus constitutum erat, iuuenes nisi post pubertatem, & primo flore ætatis dum per ætatem laborem militarem ferre possent, florentes viribus, & ex vrbana, sæpiùs agresti iuuentute rusticis operibus duratos, militari sacramento & muneri adigere, singulosque militiæ per numerum in iuniorum tabulis adscribere, qui catalogi dicti: illosque ex corporis habitudine si apti militiæ, si lato pectore, si ceruice erecta, si fortis & strenuus: quæ species, qualisq; vigor, & quod robur virium foret internoscere, vt illorum forti fideliqúe opera resp. vti possit. Nam nimis pinguem, deformem aut mancum, desidem aut vecordem, tanquam minùs vtiles militiæ non adscribebant. Quippe Cato Censorius pinguem militem velut reipub. incommodum iure incessit: cuius inter guttur & inguen cuncta sub ventris dominio forent. In qua semel adscriptus nisi propter demerita exautoratus fo-*

ret, ipso nolente deleri nequibat. In quo id sedulò cauebatur, vt primum militiæ vinculum putarent, sacramenti religionem: secundum, singulorum amorem velut inexplicabilem nexum, cùm his qui vnà mœrerent: tertium, deserendi nefas. Εἰς τὴν κατάλογον.] Suidas: κατάλογος· ἡ ἀπογραφὴ τῶν ὀφειλόντων στρατεύεσθαι, καὶ ἡ ἐξεταζομένη ὁ πίναξ ἐφ' ᾧ ἀναγράφονται τῶν ὁπλιτῶν τὰ ὀνόματα: id est, Catalogus est descriptio illorum, qui in militiã delecti sunt, siue connumeratio aut album, in quo describuntur militum nomina. η Nunquid non.] Collatio Parasitorum. θ Priorum philosophorum atque rhetorum.] Democharis dixit, quemadmodum nemo possit è thymbra, siue satureia facere bonam lanceam, ita nec è Socrate probum militem. Sentiens militibus conuenire ferociam, quum Socrates esset omnium iniuriarum tolerantissimus. Quidam hoc tribuunt Crateti. Vide Athen. lib. 5. Dipnosoph. ι Equidem ex rhetorum numero Isocrates.] Notum est, Isocrati defuisse τόλμαν καὶ φωνῆς μέγεθος, τὰ κυριώτερα τῆς ῥήτορος (vt inquit Dionysius) à gerenda igitur repub. abstinere coactus est. Hinc dixit, se mille drachmis docere: sed à quo ipse doceretur audaciam & vocis magnitudinem illi se decies mille drachmas numeraturum. Is forenses causas fugisse testatur in oratione de permutatione facultatum, cùm inquit: Me verò nemo vnquam vidit, nec in conciliabulis, nec in iudicijs, nec in prætorijs, nec apud arbitros: sed ita hæc omnia fugio, vt nullus ciuis alius. Cicero in Bruto, siue de Claris oratoribus, dicit eum forensi luce caruisse. Sed eam gloriam inter parietes aluisse. Suidas καὶ λάθρᾳ μὲν τὴν φωνῆς τοῦ ὑπονίαν ἀσκήσας σφόδρα εἶπεν: id est, propter vocis defectum causas nõ egit. Τζετζες δ' ἀλλόκοτον αὐθρώπων δ' ὦ Ἰσοκράτης πάντων: id est, Isocrates omnium hominum timidiss. Percontanti qui fieri posset, vt quum ipse non esset ad dicendum accommodus, alios redderet idoneos? Quoniam cotes, inquit, ipsæ quidem secare non possunt, ferrum tamen reddunt acutum. Hoc videtur imitatus Horatius:

— fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

κ Demades, Aeschines, Philocrates, Hyperides, Demosthenes, Lycurgus, Isocrates.] Hos omnes antiquos rhetores

rhetores simul Athenis ætas vna tulit, quorum vitas posteris reliquit Plutarchus, de quorũ dicendi charactere abundè Hermogenes περὶ τοῦ πολιτικοῦ λόγου. Cicero de Claris oratoribus. Quintilianus libro 1. Plutarchus quoq; in Phocione hæc longè fusiùs describit. λ Antesignanus illorum atque coryphæus.] *Nempe Demosthenes: quod & Plutarchus scribit in Demosthene. Demosthenis claritatem atque virtutem memoriæ, animisque hominum commendauit etiam Lucianus in Encomio Demosth.* μ Philippus Macedonum exitium.] *Verba sunt ex Philippicis Demosthenis, qui ad dicendũ, quàm pugnandum instructior fuit.* ν Abiecto clypeo aufugit.] *Demosthenes clypeo suo literis aureis inscripserat, ἀγάθῃ τύχῃ:* id est, *bona fortuna. Attamen cùm ad pugnam ventum esset, ilicò proiecto clypeo aufugit. Id quum illi probro daretur, quòd ῥίψασπις esset, elusit euulgato versiculo:*

Ἀνὴρ ὃ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται: *id est,*

Vir qui fugit, rursus redintegrabit prælium.

Indicans vtilius esse patriæ, fugere quàm prælio mori: mortuus enim non pugnat, at qui fuga quæsiuit salutem, potest in multis prælijs patriæ vsui esse. Græcis autem prouerbiali conuicio dicuntur ῥιψάσπιδες, ignaui ac timidi, quiq; in acie locũ deserunt, ac clypeum obijciunt. Vsque adeò verò probrosum habebatur antiquitùs clypeum abijcere, vt Lacedæmonij Archilochum è finibus suis iusserint excedere, quòd scripsisset, satius esse clypeũ abijcere, quàm interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis. Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabula, cui titulus, εἰρήνη, estq; huiusmodi:

Ἀσπίδι μὲν σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ.

Εντος ἀμώμιτον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων: *id est,*

Scuto aliquis gaudet Saiorũ ego quòd bene pul-
Deserui nolens inter opaca rubi. (chrum

Interpres admonet, Saios esse Thraciæ populos, aduersus quos bellans Archilochus fugerit, abiecto clypeo. Cuius exemplum postea secutus est Demosthenes, cui Aeschines in apologia obijcit, ὡς ἐνεγράφη λευποταξίου: id est, *quòd illi dies esset dictus ob desertum ordinem. At ille eum qui diem ipsi dixerat, ad extremum adegit diem, occiso eo Aristarchi præsidio, quemadmodũ*

ibidem criminatur Aeschines. ξ Solus autem sapiens.] *Athenæus libro 5. dipnosophistωn, Socratis innumeras* ψευδοστρατείας *descripsit.* ο At si videtur.] *Contraria exempla parasitorum.* π Nestor ille.] *Huic Homerus, vt tria secula, ita plusquàm mellitam quandam facundiam effingit. Sic enim ait in Iliad.* α:

—Τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
Post hos assurgit Pylius dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquenti
Dulcior—.

Quem locum imitatus Theocritus, authore Plutarcho, scripsit in Bucolicis:

Οὕνεκα οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. *id est,*
Propterea quòd in os illi prædulce Camæna
Infudit nectar —.

ρ Iam confectus.] *Illi tres ætates attribuit Homerus Iliad.* α. *& in Odyss.* ζ:

Τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξεσθαι γένε' ἀνδρῶν. *id est,*
Illum iam exegisse hominum tria secula fama est.

Et Iuuenalis:

—atq; suos iam dextra computat annos.

Tertiam ætatem indicans. Vide nostram annotationem de Nestore in Macrobijs. σ Idomeneus atq; Nestor.] *Il.* β:

Νέστορα μὲν πρώτιστα, καὶ ἰδομενῆα ἄνακτα, &c.

τ Apud Cænea atq; Exadium.] *Nestor Iliad. lib.* α. *dicit se cum præstantissimis viris vixisse, nempe Perithoo, Driante, Cæneo & Exadio. Sic autē, inquit,* Καινέατ' Ἐξαδίον τε, &c.

υ Etenim Hectorem.] *Hæc omnia Homerus describit luculenter Iliad. lib.* π. φ At Achillē Paris.] *Id quod Quint. Calaber lib.* γ. *Paralipomenon.* i. *derelictorum ab Homero, & Ouid. lib.* 12. *Metam. elegantissimè describunt.* χ Duo viri.] id est, *Hector & Euphorbus.* ψ Cadauer eius.] *Iliad.* χ. *sic:*

Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, &c.

ω Si mihi viginti.] *Iliad.* ψ. *cum sequentibus versibus.* A Ipsum, ô Tychiade.] *Comprobatio ab etymologia appellationis.*

nis. B Merionem.] *De Merione quis & qualis fuerit, vide Hom. Iliad. ψ.* Γ Marti æqualem.] *Iliad. γ. & in catalogo nauium.* Δ Thucydides.] *Locus in sexto est, vbi ἀριστογείτων ἀνὴρ τῶν ἀστῶν μέσος πολίτης pro, δημολιτικὸς, πολίτης ponitur, pro πένης, μέσος. Cæterùm latenter parasitũ per Aristogonita innuit. ἄριστον enim prandiũ, & γείτων vicinus prandio: quemadmodum παράσιτος, à παρὰ & σῖτος.* E Armodij] *Armodij copiosè meminit Thucyd. lib. 6. belli Pelop.* Z Et nunc in foro stat.] *Antipho Rhamnusius, quum apud Dionysium quæreretur, quod æris genus esset omniũ optimum? Ex quo, inquit, Athenienses statuas fecerunt Harmodio & Aristogitoni. nimiùm liberè significans tyrannos è medio tollendos. Nam ob eiectos tyrannos Athenienses illis statuas erexerũt. Author est Philostratus in Sophistis. Hoc, ni me fallit memoria, Diogeni Cynico adscribit.* H Nónne sub initium.] *Effictio parasiti ad prælium euntis.* Θ Vlysses fas esse contendit.] *Vlysses Iliad. lib. τ. multis verbis ostendit, militem ieiunũ nequaquam in aciẽ esse adducendũ. Ad hæc Theocrit. in Syrac. πασσάμενος ἐπίστασσε:* id est, *Impera satur. Cicero scribit populo saturo nihil esse lætius aut alacrius. At diuersum sentit Lucanus, dũ inqt:*

—nescit plebs ieiuna timere.

I Non secus atq; Aiax.] *Homerus Iliad. θ:*

Τεῦκρος δ' εἵνατος ἦλθε παλάνθονα τόξα τιταινῶν
Στῆ δ' ἄρ' ὑπ' αἴαντος σάκεϊ τελαμωνιάδαω.

K Cæterùm in pace.] *Transitio ad tempus pacis, & quis in eo vsus rhetorum, Philosophorum & parasitorum.* Λ Parasitus non in forum prodit.] *Anacharsis Scytha aiebat forum esse locum mutuis hominum fraudibus ac rapinis destinatum. Notans mores vendentium, per fas nefasque lucra venantium. Plutarchus in libello de Fœnore, esse forum dicit ἀσεβῶν χῶραν:* id est, *impiorum regionem. Ex quo arbitror Marc. Catonem censuisse, forum muricibus sternendum. Sed & moderatius Columella: Ne caninum quidem, inquit, sicut dixêre veteres, studium præstantius, locupletissimum quemque allatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum, à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia & in ipso foro latrocinium. Quod nisi cupedijs suffarcinatus, & ferentarijs*

onustus libellis pergas, quibus dorophagos expleas, sordidósque ac nummarios, luditur opera,&c. Qui plura de fori vituperatione volet, legat Cælij cap.9. libri lectionum antiquarum vicesimi octaui. M Quod canis in balneo.] *Vtitur eo adagio Lucianus in Sermone aduersus indoctum, libris tumentem. vt enim in balneo nullus est omnino canum vsus, sic philosophus in conuiuio prorsus est inutilis.* N Sed age.] *Vita priuata & domestica.* Ξ Primùm igitur.] *Ambitio, & auaritia.* O Non solúm.] *Affectus & perturbationes animi.* Π Ignoras.] *Obiectio.* P Neque enim.] *Elusio à coniunctis.* Σ Baculis armati incedunt.] *Pallium, pera, baculus Cynicorum insignia sunt. Herculi enim se similes dicebant, quòd baculum ferrent, vt ille clauam, verùm etiam quia eum in totum se imitari profitebantur.* T Nullus veró.] *Adulteria, rapinæ, &c. publica crimina.* Y At per Iouem Parasitus.] *Exitus vitæ & mors, quam confert cum exitu rhetorum & philosophorum, mali in hac vita florent magis quàm boni, sed exitus acta probat.* Φ Sumpto veneno.] *Athenienses Socratem Apol. oraculo omnium mortalium sapientiß. iudicatum, veneno necârunt. ab ijs eodem supplicio Phocion est interemptus, qui boni appellationem meruit, Aeschines κατὰ τίμαρ Socratem ab Atheniensibus veneno sublatum refert, quòd Critiam vnum è 30. tyrannis, popularis status euersoribus erudisset. De eius accusatoribus & morte, plura annotauimus in Bis accusato. Erga Themistoclem quoque Aristen, Alcybiaden, Tyrtæum, Homerum, & alios permultos viros illustres, Athenienses fuêre ingratissimi & crudelissimi, vt author est Laërtius.* X Hæc equidem.] *Commendatio parasitices ex locis finalibus.* Ψ Gygis opulentiam.] *Ex Suida, Herodoti Clio, Cicerone Offic. 3. Iustini primo, notissimus est Gyges, quem locupletissimum fuisse ex Strabonis quoque θ. & ιδ. scimus.* Ω Quod reliquum est.] *Quòd etiam nomen parasiti honestum, ab etymologia & analogis. Si autem Græcam interpretationem admittamus, ij sunt, qui παρὰ:* id est, *iuxta, σιτία:* id est, *cibaria versantur, quiq́ue pabuli causa potentiori alicui assentantur, & risum mouent, applaudunt, arrident, adulantur, omnemq́ue indignitatem perferunt, seseq́;*

ridendos

videndos præbent, vt alienum cibum sectari, & apud illos conuiuari liceat. a a Velim nolim.] *Conclusio. volentem nolentem oportet te sequi, contraq; sententiam animi mei.*

ΦΙΛΟΨΕΥΔΗΣ, ἢ ἀπίστων.

PHILOPSEVDES, sive Incredulus.

Thoma Moro interprete.

ARGVMENTVM.

DIsputatio est de vi magica, de incantamentis, de spectris & mortuorum animis, an eæ videlicet super terram ambulent, seseque quibus libitum fuerit, ostendant: cuiusmodi & hodie quædam superstitione atq; illusionibus dæmonum vexati pleriq; credunt. Quanquam autem alia quadam ratione adductus Lucianus (eum enim intelligo sub Tychiadis persona sentẽtiam suam hic exponere) omnia ista pro nugis & impostoris ducat, nempe Democriti authoritatem (vt ipse innuit) secutus, qui animas à corporibus segregatas nihil esse censuerit, illa tamen interim contendit, quæ & nostræ ætatis ac religionis homines saniores paulò, ac prauis superstitionibus minùs dediti plerique sentiunt: videlicet spectra atque phantasmata huiusmodi omnino nulla esse, aut si quæ etiam sint, dæmonum illusiones quasdam esse, quæ veritate ac rectis opinionibus munitis haudquaquam nocere possint. Deinde autem & magicas vires, & incantationes, non aliud quàm meras præstigias esse, quibus imperitorum oculi ac mentes circumueniantur. Fingitur autem res apud Eucratem philosophum agi, quò videlicet iterum philosophorum vanitatem persequatur, vt qui veritatem ac sapientiam apud alios profitentes, ipsi interim apud sese nugis & incredibilibus huiusmodi rebus animo adhæreant, nullis certis rationibus innitentes,

ſed febricitantium apparitionibus ac ſomnijs, & meris anicularum fabulis fidem dantes. Tota enim confirmatio philoſophorum exemplis & apparitionibus cõſtat, quæ Tychiades partim ridendo, partim ab inconſequentibus & cauſarum defectu diluit. Exordium ab admiratione ſumitur, qua ille affectum mentiendi in pleriſque præſertim philoſophis & ſapientiæ profeſſoribus nulla probabili cauſa impellente, miratur. Titulus ab vtraque parte impoſitus eſt, hinc ab eo qui rebus huiuſmodi fidem negat: illinc, ab ijs qui mendacia talia aſtruunt, & ex ijs quaſi quandam voluptatem captant.

ΤΥΧΙΑΔΟΥ ΚΑΙ Φιλοκλέους.

Ἔχεις μοι, ὦ Φιλόκλεις εἰπεῖν, τί ποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν, ὃ τοὺς πολλοὺς εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ψεύδεσθαι παράγεται, ὡς αὐτοὺς τε χαίρειν μηδὲν ἡγιὲς λέγοντας, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν; Φιλ. πολλὰ, ὦ Τυχιάδη, ἐστὶ, ἃ τοὺς ἀνθρώπους ἐνίους ἀναγκάζει τὰ ψευδῆ λέγειν, ἐς τὸ χρήσιμον ἀπεβλέποντας. Τυ. οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα φασὶν,

TYCHIADES AC Philocles.

Potes mihi, Philocles, dicere, quidnam id tãdem ſit quod multos in mentiendi cupiditatem adducit, vt pariter gaudeant quum & ipſi nihil ſani loquuntur, & his qui talia narrant, maximè animum intendant? PHIL. *Multa, Tychiade, ſunt, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt, quia* [a] *in rem vident conducere.* TYCH. [b] *Nihil ad rem hæc, vt aiunt: neque*

οὐδὲ περὶ τούτων ἠρόμην, ὁπόθι τῆς χρείας ἕνεκα ψεύδονται. συγγνώμης τυγχάνουσιν οὗτοι γε μᾶλλον, καὶ ἐπαίνου τινὲς αὐτῶν ἄξιοι, ὁπόθι ἢ πολεμίους ἐξηπάτηκαν, ἢ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ ἐχρήσαντο ἐν τοῖς δεινοῖς, οἷα πολλὰ καὶ Ὀδυσσεὺς ἐποίησε, τοῦ τε αὐτοῦ ψυχὴν ἀρυσάμενος, καὶ τὸν νόστον τῶν ἑταίρων. ἀλλὰ περὶ ἐκείνων, ὦ ἄνθρωπε, φημί, οἳ αὐτὸ ἄνευ τῆς χρείας τὸ ψεύδεσθαι περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τίθενται ἡδόμενοι τῷ πράγματι, καὶ ἀστειευόμενοι ἐπ' ὀλιγίστῳ πάσῃ ἀναγκαίᾳ. τούτους οὖν ἰδεῖν ἐθέλω ἀληθῶς, τίνος ἀγαθοῦ τοῦτο ποιοῦσιν. ΦΙΛΟΚΛΗΣ. Ἤ που κατανενόηκας ἤδη τινὰς τοιούτους, οἷς ἔμφυτός ἐστιν ἔρως οὗτος ὅτι πρὸς τὸ ψεύδεσθαι; ΤΥΧΙΑΔΗΣ. Μάλα πολλοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι. ΦΙΛΟΚΛΗΣ. Τί δ' ἂν ἄλλο, ἢ ἄνοιαν καὶ ἀλλοφροσύνην αὐτοῖς φάναι τὸ μὴ ἀληθῆ λέγειν, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον τοῦ βελτίστου προαιρεῖσθαι;

neque enim de his rogabam, c qui quum vsus postulat, mentiuntur. Venia nimirum hi, imò laude plerique eorum digni sunt, quicunque vel hostes fefellerunt, vel ad salutem tali quopiam pharmaco vsi sunt in necessitatibus, cuiusmodi d multa Vlysses etiam fecit, vt & vitam suam, & sociorum reditum redimeret. Sed de illis, vir optime, dico, qui nulla necessitate mendacium ipsum veritati longè anteponunt, ipsa re videlicet delectati, atque in ea sine vlla idonea occasione versati. Isti ergo scire cupio cuius commodi gratia, istud agunt. PHILOS. An alicubi tales aliquos iam deprehendisti, quibus hæc insita sit mentiendi libido? TYC. Et quidem admodum multi sunt huiusmodi. PHILOS. Quid aliud ergo in causa sit quòd mentiuntur, nisi dementia? si quidem rem pessimam optimæ loco præoptant.

ρόντα. Τυχ. οὐδὲν τοῦτο, ἐπεὶ πολλοὺς ἄν ἐγὼ δοκῶ δέξαιμι, σωφρονοῦντα τἄλλα, καὶ τοῦτο μάλιστα θαυμασούς, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπαινοῦντας ὅμως τοῦτο ὃ μισῶ, καὶ φιλοψευδεῖς ὄντας, ὡς ἀνιᾶσθαί μοι, εἰ τοιοῦτοι ἄνδρες ἄπαντα τὰ πάλαι, ὅμως χαίρουσιν αὐτοῖς τι, καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐξαπατῶντες. ἐκείνους μὲν γὰρ τοὺς παλαιοὺς πᾶς ἐμοὶ δοκεῖ καὶ Ἡσίοδον, καὶ Κτησίαν τὸν Κνίδιον, καὶ πρὸ τούτων τοὺς ποιητὰς, καὶ τὸν Ὅμηρον αὐτὸν, ἀποδέχεσθαι ἄνδρας, ἐγγράφως ὡς ψεύματι διαχειμένους, ὡς μὴ μόνον ἐξαπατᾶν τοὺς τότε ἀκούοντας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἡμῶν διικνεῖσθαι τὸ ψεῦδος, ἐν δέλτοις ἐν λαμίσιις ἔτεσι, καὶ μύτροις φυλαττόμενον. ἐμοὶ γὰρ πολλάκις ἀλγεῖσθαι ὑπὲρ αὐτῶν ἔπεισιν, ὁπόταν οὐρανοῦ δεῖσθαι, καὶ Προμηθέως δεσμὰ διηγῶνται, καὶ Γιγάντων ἀνάστασιν, καὶ τὰ ἐν Ἅιδου πᾶσαν τραγῳδίαν,

ptant. TYC. *Hoc nihil est:* nam ego tibi multos ostenderim ac cætera prudentes, ac sapientia mirabili: nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendaciisque studiosos, adeò vt ego certè molestè feram, quòd viri tales, omnibus cæteris in rebus optimi, gaudent tamen & se, & eos in quos inciderint, fallere. [c]*Nam* veteres illi, *id quod tibi notius est quàm mihi*, [f] *Herodotus*, Cteſiásque Cnidius, atque his superiores, denique Homerus ipse, viri celebres, mendacijs etiam scriptis vtebantur, vt non solùm eos fallerent à quibus tunc audiebantur, verùm vsque ad nos etiam mendacium per manus traditum peruenirent, in pulcherrimis versibus metrisque seruatum. Me ergo sæpe illorum versuum nomine subijt pudor, si quando cœli sectionem, ac Prometheï vincula recensent, Gigantumque rebellionem, atque omnem illam de Inferis tragœdiam:

γῳδίαν, καὶ ὡς δι' ἔρωτα, ὁ Ζεὺς ταῦρος ἢ κύκνος ἐγένετο, καὶ ὡς ἐκ γυναικός τις ἐς ὄρνεον ἢ ἐς ἄρκτον μετέπεσεν· ἔτι δὲ Πηγάσους, καὶ Χιμαίρας, καὶ Γοργόνας, καὶ Κύκλοπας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάνυ ἀπλόκοτα, καὶ τεράστια μυθίδια, παίδων ψυχὰς κηλεῖν δυναμένα, ἔτι τὴν Μορμὼ, καὶ τὴν Λάμιαν δεδιότων. καί τοι τὰ μὲν τῶν ποιητῶν ἴσως μέτρια· τὸ δὲ καὶ πόλεις ἤδη, καὶ ἔθνη πολλὰ κοινῇ καὶ δημοσίᾳ ψεύδεσθαι, πῶς οὐ γελοῖον; εἰ Κρῆτες μὲν, τοῦ Διὸς τάφον δεικνύοντες, οὐκ αἰσχύνονται· Ἀθηναῖοι δὲ τὸ Ἐριχθόνιον ἐκ τῆς γῆς ἀναδοθῆναί φασι, καὶ τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι, καθάπερ τὰ λάχανα, πολὺ σεμνότερον οὗτοι τῶν Θηβαίων, οἳ ἐξ ὄφεως ὀδόντων, Σπάρτους τινὰς ἀναβεβλαστικέναι διηγοῦνται. ὅς δ' ἂν οὖν ταῦτα, καταγέλαστα ὄντα, μὴ ἰκάνοι ἀληθῆ εἶναι, ἀλλ' ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζων

gœdiam: & quo pacto ob amorem Iupiter in taurum & cygnum versus sit: & quemadmodum ex muliere quispiam in auiculam vrsámve mutatus sit: Pegasos prætereà, Chimærásque & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum absurdas monstrosásque fabulas, & quæ mentes afficere puerorum queant, qui laruam adhuc lamiámque netuunt: quanquam poëtica sint fortasse tolerabilia: at vrbes iam gentésque totis vna voce ac publicitùs nentiri, an' non hoc ridiculum? veluti cùm Cretenses sepulcrum Iouis osterdere non pudet: & Athenienses Erichthonium editum è terra ferunt, primósque illos homines in Attica olerum more ex terra emersisse. Hi tamen multò verecundiores quàm Thebani, qui ex serpentis dentibus satiuos quosdã progerminasse narrant. quòd si quis hæc, quum sint ridicula, vera esse non credat,

ζων ταῦτα, Κοροίβου τινὸς, ἢ Μαργίτου νομίζοι τοῦ πείθεσθαι, ἢ Τριπτόλεμον ἐλάσαι διὰ τοῦ ἀέρος, ἐπὶ δρακόντων ἑπόπτερων, ἢ Πάνα ἥκειν ἐξ Αρκαδίας, σύμμαχον ἐς Μαραθῶνα, ἢ Ωρείθυιαν ἑπὸ τοῦ Βορέου ἀναρπασθῆναι, ἀσεβὴς οὗτός γε καὶ ἀνόητος αὐτοῖς ἔδοξεν, οὕτω παθήλοις καὶ ἀληθέσι πράγμασιν ἀπιστῶν. ἐς τοσοῦτον ἐπικρατεῖ τὸ ψεῦδος. Φιλ. ἀλλ' οἱ μὲν ποιηταὶ, ὦ Τυχιάδη, καὶ αἱ πόλεις δὲ συγγνώμης τυγχάνοιεν ἂν, οἱ μὲν τὸ ἐκ τοῦ μύθου τερπνὸν ἐπαγωγότατον ἐγκαταμιγνύντες τῇ γραφῇ, οὗπερ μάλιστα δέονται πρὸς τοὺς ἀκροατάς· Αθηναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι, καὶ εἴ τινες ἄλλοι, σεμνοτέρας ἐπιφαίνονται τὰς πατρίδας ἐκ τῶν τοιούτων. εἰ γοῦν τις ἀφέλοι τὰ μυθώδη ταῦτα ἐκ τοῦ Ελλάδος, οὐδὲν ἂν ἡμωλύσῃ λιμῷ τοὺς περιηγητὰς αὐτῶν διὰ-

credat, sed ea prudenter examinans, Corœbi cuiuspiam, aut Margitæ existimet esse, si quis aut Triptolemum credat in alatis draconibus per aërem vectum esse, aut [h] *Pana quendam ex Arcadia in Marathonem venisse auxilio, vel* [i] *Orithyam à Borea raptam esse, impius nimirum hic atque insanus videatur eis: quippe qui tam manifesta veráque non credat. vsqueadeò obtinet mendacium.* PHILOS. *At poëtis Tychiade, vrbibúsque fuerit fortassis ignoscendum: nam illi delectationem illam quæ ex fabula proficiscitur, vt quæ maxima sit illecebra, poëmatibus suis immiscent, qua potissimùm erga auditores opus habent. Athenienses verò, Thebaniqúe, & si qui sunt alij, patriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi figmentis conciliant. Quòd si quis fabulas auferat è Græcia, nihil obstiterit quò minus earum narratores fame inte-*

ἀφορμῶσι, μηδὲ ἀκροατὴν τῶν ξένων τὸν τυχόντα ἀκούσαντα ἐθελησάντων. οἱ δὲ μηδεμίας ἕνεκα τοιαύτης αἰτίας, ὅμως χαίροντες τῷ ψεύσματι, παντελῶς ἀκόπως λοιδοροῦσιν ἄν. Τυ. εὖ λέγεις· ἐγὼ γὰρ παρὰ Εὐκράτους ἥκω σι, τοῦ πάνυ, πολλὰ τὰ ἄπιστα καὶ μυθώδη ἀκούσας· μάλιστα δὲ μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν, ὡχόμην, ὃ φέρων τοῦ πράγματος τὴν ὑπερβολὴν, ἀλλά μοι ὥσπερ αἱ Ἐριννύες ἐξήλασεν, πολλὰ τεράστια καὶ ἀπόκοτα διεξιόντες. Φι. διὰ ταῦτα, ὦ Τυχιάδη, ἀξιόπιστος ὁ Εὐκράτης ἐστί. καὶ ἆρ' ἂν δύναιο σὺ σαφῶς, ὡς ἐκεῖνος, οὕτω βαθὺν πώγωνα διαθεμένου, ἑξηκοντούτην ἀνδρα, ἔτι μὴ φιλοσοφίᾳ ξυὼν τὰ πολλὰ, πολυμάθειαν ἂν μὴ ἄλλο τινὸς ψευδομένου ἀκοῦσαι παρὼν, ἐφ' ὅπως αὐτός τι διαμάθοι τοιοῦτον. Τυ. ἀλλὰ οἶδα, ὦ ἑταῖρε, εἰ μὴ ἔπαθον, ὅπως ὁ αὐτὰ ἐπιστάμενος, ὡς δὲ μὴ ἐπόμνυτο τοῖς πολλοῖς

intereant, quando iam nemo futurus sit hospitum, qui verum vel gratis audire velit. At si qui nulla tali causa, gaudent tamen mendacio, hi omnino ridiculi meritò videantur. TYC. Rectè dicis. nam ego protinus ab Eucrate illo celebri venio, vbi multa incredibilia ac fabulosa quum audiissem, imò verò medio in sermone discessi, non ferens narrationem tam supra fidem, sed me velut furiæ quædam abegerunt, dum monstrosa multa atque absurda referrent. PHILO. Atqui, Tychiade, vir grauis Eucrates est, & nemo certè crediderit illum tam promissa barba, virum sexagenarium, & qui præterea sit plurimùm in philosophia versatus, sustinuisse vt alium quenquam audiret se præsente mentientem, nedum vt ipse tale quicquam audeat. TYC. At nescis, amice, qualia referebat: tum ea

quàm constanter asserebat: præterea quàm sanctè in plerisq; iurabat,

πλείστις, παρασησαμβ@ τὰ παιδία· ὥστε μοι καὶ ἀπορρίπτοντας αὐτὸν, ποικίλα ἐννοεῖν, ἄρτι μὲν, ὡς μεμάνοι, καὶ ἐξῆν ἤδη ἰατρικήτ@, ἄρτι δὲ, ὡς γόης ὤν, ἅρα δοσῦν χρόνον ἐπιλήθοι με, ὑπὸ τῆ λεοντῆ γελοῖόν τινα πίθηκον περιάπτων· οὕτως ἄτοπα διηγεῖτο. Φι. τίνα ταῦτα, πρὸς τῆς Ἐπίας, ὦ Τυχιάδη; ἐθέλω γὰρ εἰδέναι, ἵν' τινα τλὼ ἀλαζονείαν ὑπὸ ἡλικιώτου ὢν πώγωνι ἔσκιωγ. Τυ. ἤιδειν μὲν καὶ ἄλλοτε, ὦ Φιλόκλεις, φοιτῶν πρὸς αὐτὸν, εἴ ποτε πολλὴν τλὼ σχολὴν ἄγοιμι. τήμερον δὲ Λεοντίχῳ συγγενέσθαι δεόμεν@ (ἑταῖρ@ δέ μοι, ὡς οἶσθα) ἀκόλουθος παρὰ τὸ παιδὸς, ὡς παρ' Εὐκράτην ἔφθημεν ἀπιόντες, νοσοῦντα ἐπισκεψόμεν@, ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς καὶ τῷ Λεοντίχῳ συγγνοίμην, διὰ πάνυ ἥδομαι (ἠγνοήσκειν γάρ, ὡς νοσοίη) παραγίγνομαι πρὸς αὐτόν. εἰσέισκω δὲ αὐτὸς

iurabat, admotis etiam filijs, adeò vt ego quum eum respicerem, varia mecum cogitarem, interdum quidem illum insanire, neque animo constare: interdum verò ita cogitabam fugisse me quòd impostor esset, ac tantum temporis [k] sub leonis pelle ridiculum quandam simiam circuntulisset: adeò absurda narrabat. PHI. Quænam illa per Lares sunt, Tychiade? nam cupio cognoscere quámnam præstigiatur sub tam longa barba occuluerit. TYC. Solebam quidem etiam aliàs Philocles aliquoties eum interuisere, siquando videlicet multo ocio abundarem. Hodie verò quum opus esset mihi conuento Leontycho (est autem, vt scis, amicus mihi) edoctus à puero eum se ad Eucratem mane contulisse, vt eum morbi inspiciendi causa viseret: amborum nomine, nempe vt & Leontichum conuenirem, & Eucratem viderem (ignoraueram autem quòd ægrotaret) ad eum peruenio. At Leonti-

αὐτόθι τὸν μὲν Λεόντιχον οὐκ ἔτι, ἐφθάκει γὰρ, ὡς ἔφασκον· ὀλίγον πεφεξεληλυθὼς, ἄλλους δὲ συχνοὺς, ἐν οἷς Κλεόδημός τε ἦν, ὁ ἐκ τοῦ περιπάτου, καὶ Δεινόμαχος ὁ Στωϊκὸς, καὶ Ἰών. οἶσθα τὸν ἐπὶ τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζεσθαι ἀξιοῦντα, ὡς μόνον ἀκριβῶς κατανενοηκότα τὴν γνώμην τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποφητεῦσαι δυνάμενον. ὁρᾷς οἵους ἄνδρας σοι φημὶ, πανσόφους καὶ παναρέτους, ὅτι περὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ, ἐξ ἑκάστης παιρέσεως, αἰδεσίμους ἅπαντας, καὶ μονονουχὶ φοβροὺς τὴν πρόσψιν. ἔτι καὶ ὁ ἰατρὸς Αντίγονος παρῆν κατὰ χρείαν, οἶμαι, τῆς νόσου ἐπικληθείς. καὶ ῥᾷον ἐδόκει ἤδη ἔχειν ὁ Εὐκράτης. καὶ τὸ νόσημα τῶν συντρόφων ἦν· τὸ ῥεῦμα γὰρ ἐς τοὺς πόδας αὖθις αὐτῶν κατεληλύθει. καθέζεσθαι οὖν με παρ' αὐτὸν, ἐπὶ τῇ κλίνῃ ὁ Εὐκράτης ἐκέλευεν, ἠρέμα ἐγκλίνας τῇ φωνῇ ἐς τὸ ἀσθενικόν, ὁ πό-

Leontichum ibi iam non inuenio (nam paulò antè, vt dicebant exiuerat) alios verò confertos reperio, in quibus erat & [1] Cleodemus Peripateticus, & Dinomachus Stoicus, & Ion, nosti virum? Illum dico qui ex Platonica doctrina magnam sui admirationem expectat, vt qui solus mentem viri deprehenderit, quique eius oracula alijs quoque possit enarrare. Vides quos tibi viros nomino, nimirum omni sapientia atque omni virtute præditos, vtpote ipsum ex quaque secta caput, reuerendos hercle omnes, atque aspectu propemodum terribiles. Aderat prætereà medicus Antigonus, vt vsui in morbo esset aduocatus opinor. Et meliùs iam habere se videbatur Eucrates: ac morbus quidam ex familiaribus erat. humor enim rursus in pedes ei descenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit voce, languidulè remissa paululùm

ὁπότε εἶδέ με, καί τοι βοῶντος αὐτοῦ, καὶ διατεινομένου τί, μεταξὺ εἰσιὼν, ἐπήκουον. καὶ γὰρ μάλα πεφυλαγμένος, μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἀπολογησάμενος τὰ συνήθη ταῦτα, ὡς ἀγνοήσαιμι νοσοῦντα, καὶ ὡς ἐπεὶ ἔμαθον, δρομαῖος ἔλθοιμι, ἐκαθεζόμην πλησίον. οἱ μὲν δὴ ἐτύγχανον ἤδη ὑπὲρ τοῦ νοσήματος τὰ μὲν ἤδη πεπαρηκότες, τὰ δὲ καὶ τότε διεξίοντες, ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἕκαστος ὑποβάλλοντες. ὁ γοῦν Κλεόδημος, εἰ τοίνυν, φησὶ, τῇ ἀριστερᾷ τις ἀνελόμενος χαμόθεν τὸν ὀδόντα τῆς μυγαλῆς, οὕτω φονευθείσης, ὡς πεῖπον, ἐνδήσειεν εἰς δέρμα λέοντος, ἄρτι ἀπαλαγέντος, εἶτα περιαψεῖ περὶ τὰ σκέλη, αὐτίκα παύεται τὸ ἄλγημα. οὐχ εἰς λέοντος, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, ἐγὼ ἤκουσα, ἐλάφου δὲ θηλείας, ἔτι παρθένου καὶ ἀβάτου. καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτω πιθανώτερον· ὠκὺ γὰρ ἡ ἔλαφος, καὶ ἔρρωται μάλιστα ἐκ τῶν

quum me conspiceret: quanquam interim dum ingrederer, vociferantem eum ac vocem intendentem audieram: tamen ego admodum curiosè cauens ne pedes eius tangerem, vbi me vulgaribus istis verbis purgaueram quòd eum ægrotare nesciuerim: quod vbi rescîssem, curriculo venerim: adsedi propé. Et illis quidem sermo iam de morbo erat, & quædam iam antè dixerant, quædam verò etiam tunc narrabant: prætereà medicamenta quædam quisque proferebat. Cleodemus igitur: Si quis ergo (inquit) sinistra manu tollens humo [m] mustelæ dentem, sic interfectæ, vt antè dixi, in leonis pellem alligauerit, nuper excoriati, ac deinde circum crura posuerit, illicò sedatur dolor. Non in leonis pellem, inquit Dinomachus, vt ego audiui, sed in ceruæ potiùs fœmellæ virginis adhuc, & nondum initæ. & res quidem magis est hoc pacto credibilis: velox enim cerua est, maximéque

vales

τῶν ποδῶν. καὶ ὁ λέων ἄλκιμος μὲν, καὶ τὸ λίπος αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὰ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τοῦ πώγωνος αἱ ὀρθαὶ, μεγάλα δύναιντο, εἴ τις ἐπίσταιτο αὐτοῖς χρῆσθαι μετὰ τοῖς οἰκείας ἐπῳδῆς ἑκάστῳ. ποδῶν δὲ ἴασιν ἥκιστα ἐπαγγέλλεται. καὶ αὐτὸς, ἦδ' ὃς ὁ Κλεόδημος, οὕτω πάλαι ἐγίγνωσκον, ἐλαφοῦ χρῆναι τὸ δέρμα εἶναι, διότι ὠκὺ ἔλαφος· ἔναγχος δὲ τίβυς ἀνὴρ σοφὸς τὰ τοιαῦτα μετεδίδαξέ με, εἰπὼν ὠκυτέρους εἶναι τῶν ἐλάφων τοὺς λέοντας· ἀμέλει, ἔφη, καὶ αἱροῦσιν αὐτὰς διώκοντες. ἐπῄνεσαν οἱ πρόντες, ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Λίβυος· ἐγὼ δὲ, οἴεσθε γὰρ, ἔφην, ἐπῳδαῖς τισι τὰ τοιαῦτα πάσχεσθαι, ἢ τοῖς ἔξωθεν πραρτήμασι, τοῦ κακοῦ ἔνδον διατρίβοντες; ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ λόγῳ μου, καὶ δῆλοι ἦσαν κατεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ἐπεὶ μὴ ἐπισταίμην τὰ πεδηλότατα, καὶ περὶ ὧν ἂν οὐδεὶς φρονῶν ἀντείποι μὴ

valet pedibus: & leo quidem fortis est, pinguedóque eius, ac manus dextra, pilíque qui recti è barba prominent, magnam vim obtinent, si quis vti nouerit cum proprio cuique carmine: at pedum curam minimè pollicentur. Et ipse quoque, inquit Cleodemus, olim sic putabam ceruina pelle vtendum, propterea quòd cerua velox esset. at nuper vir quidam Libycus, peritus profectò in rebus huiusmodi, contrà me docuit, ceruis ostendens velociores esse leones: quippe qui eas, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanquam rectè dixisset Libycus ille. Tum ego: Putatis, inquam, [n] incantamētis quibusdam sedari talia? aut foris admotis appendiculis, quum intus malum grassetur? Riserunt hunc sermonem meum: & palàm in me magnam damnabant amentiam, qui apertissimas res ignorarem, & quibus nemo qui sapiat, contradicat

μὴ ἀχὶ οὕτως ἔχειν. ὁ μὲν δὴ Ζηνόδοτος Ἀντίγονόν τε ἐδόκει μοι καθιᾶναι τῇ ἐρωτήσει μου· παλαιὸς γὰρ ἠμελεῖτο, οἶμαι, βουθῦν ἀξιῶν τὸν Εὐκράτη μισθὸν τῆς τέχνης, οἷνόν τε πραγίλλιον ἀσιτεῖσθαι, καὶ λαχανα σιτεῖσθαι, καὶ ὅλως ὑφαιρῶν ἀπὸ τόνου. ὁ γοῦν Κλεόδημος ὑπομειδιῶν ἅμα, τί λέγεις, ἔφη, ὦ Τυχιάδη, ἄπιστον εἶναί σοι δοκεῖ, τὸ ἐκ τῶν διαίτων γίγνεσθαί τινας ὠφελείας ἐς τὰ νοσήματα; ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ μὴ παγυ τὼ ῥῖνα κορυσσης μετὸς ἄλω, ὡς πιστεύσειν τὰ ἔξω, καὶ μηδὲν κοινωνοῦντα τοῖς ἔνδοθεν ἐπιτάρουσι τὰ νοσήματα, μετὰ ῥημάτιων, ὡς φατὶ, καὶ γοητείας τινὸς ἐνεργεῖν, καὶ τοῦτο ἴασιν ἐπιπέμπειν πεσσρτώρμα· τὸ δ' ἐκ ἂν γένοιτο, ὁ δ' ἔν ἐστὶ Νεμέου λέοντος τὸ δέρμα ἐνδύσῃ τις ἐκ καθλικα ὅλας μυριάδας. ἐγὼ γὰρ αὐτὸν τὸν λέοντα ἅδλον πολλάκις χωλεύοντα ὑπ' ἀλγηδό-

quin sic se habeant. At mea dicus certè Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Iamdudum autem neglectui habitus fuerat, opinor, quum opem Eucrati ferre ex arte vellet, denuncians videlicet vino vt abstineret, atque oleribus vesceretur, & vigorem animo omnino minueret. Cleodemus ergo subridens interim: Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur esse vt ex rebus huiusmodi parentur quædam aduersus morbos remedia? Mihi certè videtur, inquam ego: nisi naribus adeò mucosis sim, vt credam ea quæ foris applicantur, nihilque cum his quæ morbos excitant, intus communicant: per verbula tamen, vt dicitis, ac præstigiatura operari: & quum appenduntur, sanitates immittere. id profectò nunquam fieri possit, nec si quis

vel in Neméi leonis pellem sedecim mustelas integras insuerit. Ego profectò leonem ipsum è doloribus sæpe claudicantem

γηδόνων, ἐν ὁλοκλήρῳ τῷ αὐτοῦ δέρματι· πάνυ γὰρ, ἰδιώτης, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, εἶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐμέλησέ τοι ἐκμαθεῖν, ὅν τινα τρόπον ὠφελεῖ τοῖς νοσήμασι προσφρόμενα. καί μοι δοκεῖς οὐδὲ τὰ προφανέστατα ἂν παραδέξασθαι ταῦτα, τὸν ἐκ πρίοδου πυρετῶν τὰς ἀπρομπὰς, καὶ τὸν ἑρπετῶν τὰς καταθέλξεις, καὶ βουβώνων ἰάσεις, καὶ τἆλλα, ὁπόσα καὶ αἱ γρᾶσσι ἤδη ποιοῦσιν. εἰ δὲ ἐκεῖνα γίγνεται ἅπαντα, τί δή ποτε οὐχὶ ταῦτα οἰήσῃ γίγνεσθαι ἑπὸ τὸ ὁμοίων; ἀπέραντα, ἦν δ' ἐγὼ, ξυμπραίνῃ, Δεινόμαχε, καὶ ἥλω, φασὶν, ἐκκρούεις τὸν ἧλον· οὐδὲ γὰρ, ἃ φῂς, ταῦτα δῆλα μετὰ τοιαύτης δυνάμεως γιγνόμενα. ἢν γοῦν μὴ πείσῃς, πρότερον ἐπάγων τὸν λόγον, διότι φύσιν ἔχει γίγνεσθαι, τὸν τε πυρετὸν καὶ τὸν οἰδήματος δεδιότος ἢ ὄνομα θεσπέσιον, ἢ ῥῆσιν βαρβαρικήν· καὶ διὰ τὸν τοῦ ἐκ τοῦ βουβῶνος δραπετεύοντος, ἔτι τοι γραῶν μύθοι λεγό-

dicantem vidi in vniuersa sui ipsius pelle. Nimiùm idiota es, inquit Dinomachus, neque vnquam tibi curæ fuit, vt disceres quónam modo res istiusmodi aduersus morbos quum adhibentur, conferunt: ac mihi videris ne notissima quidem ista recepturus, febrium videlicet istarum profligationes, quæ certo quodam ambitu recurrunt, tum serpentum demulsiones, ac bubonum sanationes, & cætera quæcunque anus etiam iam faciunt. quòd si illa fiunt omnia, quur tandem non putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris, inquam, Dinomache, o clauúmque, vt aiunt, clauo extrudis. Neque enim constat ea quæ commemoras, eiusmodi vi fieri. Quamobrem nisi reddita ratione persuaseris primùm natura fieri posse, vt febris tumórque vereatur, aut nomen aliquod diuinum, aut dictionem aliquam barbaricam, ob idq́; ex inguine fugiat: aniles adhuc fabulæ sunt

λεγόμενά σοι. σὺ μοι δοκεῖς, ἄλλ' ὅς ὁ Δεινόμαχος, λὰ ταῦτα λέγων, οὐδὲ θεοὺς εἶναι πιστεύειν, εἰ γε μὴ οἴεσθαι ἁσεῖς οἷόν τε εἶναι ὑπὸ ἱερῶν ὀνομάτων νίγνισθαι, ἢ δι' ὧν, ὦ ἄριστε, λοιδορεῖ ἡμᾶς οὐδέν, μὴ θεοὺς ὄντως, ὅμως τὰ ταῦτα ψευδῆ εἶναι. ἐγὼ δὲ μὴ θεοὺς σέβω, μὴ ἀσεὴς αὐτὰ ὁρῶ, καὶ ἃ ἐν ποιοῦσι τοῖς κάμνουσιν, ὑπὸ φαρμάκων καὶ ἰατρικῆς ἀνιστάντος. ὁ γοῦν Ἀσκληπιὸς αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἅπερ φάρμακα πάσιν ἐπιτιθέντες ἐθεράπευον τοὺς νοσοῦντας, ἀλλ' οὐ λέοντας καὶ μυγάλας περιάπτοντες. ἔα τοῦτον, ἔφη ὁ Ἴων. ἐγὼ δ' ὑμῖν θαυμάσιόν τι διηγήσομαι. ἐμοὶ γὰρ ἐστί, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν, παῖς δέ τις ἀγέλων ἐμοὶ πατρὶ, Μίδαν τὸν ἀμπελουργὸν, ἐρρωμενέστερον ἐς τὰ ἄλλα οἰκέτην καὶ ἐργατικὸν, ἀμφὶ πλήθος ὁρᾶν ἀγοράν, ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντα, ὡς ἔθος ἦν δηγεῖσθαι τὸν σαυρώτα

quæcunque retuliſti. Tu mihi videris, inquit Dinomachus, quũ iſta dicas, ne deos quidem eſſe credere. Siquidem putas fieri non poſſe, vt per ſacra nomina remedia morbis afferantur. Hoc, inquam ego, vir optime, ne dixeris. nihil enim prohibet quò minùs, etiam ſi maxime dij ſint, iſta tamen ſint vana. Ego verò & deos colo, & medelas eorum video, & leuamenta quæ laborantibus conferunt, pharmacis videlicet atque arte medica reſtituentes. Itaque Aeſculapius ipſe eiúsque poſteri ſalutaria pharmaca admouentes medebantur ægrotis, non leones aut muſtelas circumligantes. Mitte hunc, inquit Ion. At ego vobis mirabile quiddam narrabo: Eram adhuc adoleſcentulus, annos natus fermè 14. quum quidam ad patrem meum venit nuncians ei, Midam vitis cultorem ſeruum, etiam alijs in rebus robuſtum atque induſtrium, q circa plenum iam forum à vipera morſum iacére iam putrefacto

τα τὸ σκέλος. ἀναδοῦντι γὰρ αὐτοῦ τὰ κλήματα, καὶ ταῖς χάραξι περιπλέκοντι, περιπλέκοντι τὸ θηρίον δακεῖν κατὰ τὴν μέγαν δάκτυλον. καὶ τὸ μὲν φθάσαι, καὶ καταδῦναι αὖθις ἐς τὸν φωλεόν· τὸν δ' οἰμώζειν, ἀπολλύμενον ὑπ' ἀλγηδόνων. ταῦτά τε οὖν ἀπαγγέλλετο, καὶ τὸν Μίδαν ἑωρῶμεν αὐτὸν ἐπὶ σκίμποδος ὑπὸ τῶν ὁμοδούλων προσκομιζόμενον, ὅλον ᾠδηκότα, πελιδνὸν, μυδῶντα τὴν ἐπιφάνειαν, ὀλίγον ἔτι ἐμπνέοντα. λελυπημένῳ δὴ τοῦ πατρὶ τῶν φίλων τις παρὼν, θάρρει, ἔφη· ἐγὼ γάρ σοι ἄνδρα Βαβυλώνιον τῶν Χαλδαίων, ὥς φασιν, αὐτίκα μέτειμι, ὃς ἰάσεται τὴν ἄνθρωπον. καὶ ἵνα μὴ δεσπρίβω λέγων, ἧκεν ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ἀνέστησε τὴν Μίδαν, ἐπῳδῇ τινι ἐξαλαύσας τὴν ἰὸν ἐκ τοῦ σώματος, ἔτι καὶ περιαρτήσας τοῦ ποδὶ τεθνηκείας παρθένου λίθον ἀπὸ

facto crure. Etenim dum ligaret palmites, ac vallis circumplicaret, adrepentem bestiolam maximum ei pedis momordisse digitum. Tum illam quidem illicò aufugisse, & sese rursus in latebram condidisse. Illum verò eiulare perditum è doloribus. Hæc ergo quum nunciarentur, iam Midam ipsum videbamus lectica domum à conseruis apportari, inflatum totum, liuidum, ac superficie tabefactum, vix iam spirantem. Pater ergo quum id molestè ferret, amicorum quispiam, qui tum fortè aderat: Bono animo es, inquit. Ego enim virum quendam Babylonium ex Chaldæis quos vocant, protinus huc adducam, qui sanabit hominem. & ne diem narrando conteram, venit Babylonius, ac Midam restituit, effugato ex corpore veneno quadam incantatione, & ad pedem eius appenso virginis defunctæ lapillo, quem è columna exciderat. Atque istud quidem hactenus forsan mediocre

πὸ τῆς στήλης ἐκκόψας· καὶ τοῦτο μὲν ἴσως μέτριον· καί τοι ὁ Μίδας αὐτὸς ἀραίμενος τὸν σκίμποδα, ἐφ' οὗ ἐκεκόμιστο, ὤχετο ἐς τὸν ἀγρὸν ἀπιὼν, τοσοῦτον ἡ ἐπῳδὴ ἐδυνήθη· καὶ ὁ στηλίτης ἐκεῖνος λίθος. ὁ δὲ καὶ ἄλλα ἐποίησε θεσπέσια ὡς ἀληθῶς. ἐς γὰρ τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν ἕωθεν, ἐπειπὼν ἱερατικάτινα, ἐκ βίβλου παλαιᾶς, ὀνόματα ἑπτὰ θείῳ, καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν ἐς τρὶς ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων. ἧκον οὖν ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν, ὄφεις πολλοὶ, καὶ ἀσπίδες καὶ ἔχιδναι, καὶ θεραῖσαι καὶ ἀκοντίαι, φρῦνοί τε καὶ φύσαλοι· ἐλείπετο δὲ εἷς δράκων παλαιὸς, ὑπὸ γήρως, οἶμαι ἐξερπύσαι μὴ δυνάμενος, παρακούσας τοῦ πρεσβύτατος. ὁ δὲ μάγος οὐκ ἔφη παρεῖναι ἅπαντας, ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν ὄφεων τὸν νεότατον χειροτονήσας, πρεσβευτὴν ἔπεμ-

fuerit. Tum Midas iam ipse sublato in quo allatus erat scabello, discessit in agrum. tantum potuit incantatio, & columnaris ille lapis. At idem iste Babylonius alia prætereà diuina planè fecit. Nempe in agrum profectus manè, quum pronunciasset sacra quædam ex vetusto codice septem nomina, sulphure ac face lustrato loco, in orbem ter obambulans, serpentes omneis inuitos exciuit quicunque intra eam regionem erant. Veniebant ergo tanquam ad incantationem tracti serpentes multi, atque aspides, & viperæ, & cerastæ, & iaculi, phrynique, ac physali: relinquebatur autem vnus draco annosus, prorepere, vt opinor, ob senectam non valens, qui non fuerat audiens dicto. At magus, Non adsunt omnes, inquit. Tum vnum quendam ex serpentibus, eum videlicet qui natu minimus erat, selectum legatum

ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν δράκοντα, καὶ μετὰ μικρὸν ἧκε κἀκεῖνος. ἐπεὶ δὲ συνηνλίσθησαν, ἐνεφύσησε μὲν αὐτὰ ὁ Βαβυλώνιος, τὰ δὲ αὐτίκα μάλα κατεκαύθη ἅπαντα ὑπὸ τοῦ φυσήματι, ἡμεῖς δὲ ἐθαυμαζομεν. εἰπέ μοι, ὦ Ιων, τῶν δ' ἐγὼ, ὁ ὄφις, ὁ πρεσβευτὴς, ὁ νέος, ἄρα καὶ ἐχειραγώγει τὴν δράκοντα ἤδη, ὡς φὴς, γεγηρακότα, ἢ σκίπωνα ἔχων ἐκεῖνος, ἐπεστηρίζετο; σὺ μὲν παίζεις, ἔφη ὁ Κλεόδημος. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπιστότερος ὤν σου πάλαι τὰ τοιαῦτα (ᾤμην γὰρ οὐδενὶ λόγῳ δυνατὸν γίγνεσθαι ἂν αὐτὰ πιστεῦσαι) ὅμως ὅτι τὸ πρῶτον εἶδον πετόμενον τὸ ξένον τὸν βάρβαρον (ἐξ Υπερβορέων δὲ ἦν, ὡς ἔφασκεν) ἐπίστευσα, καὶ ἐνικήθην, ἐπὶ πολὺ ἀντισχών. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, αὐτὴν ὁρῶντα διὰ τοῦ ἀέρος φερόμενον, ἡμέρας οὔσης, καὶ ἐφ' ὕδατος βαδίζοντα, καὶ διὰ πυρὸς διεξίοντα, καὶ σχολῇ

tum mittebat ad draconem: ac paulò pòst venit etiam ille. At postquam iam collecti constitissent, Babylonius in eos insibilauit. Atque illi repentè admodum omnes ab eius flatu incensi sunt, nobis interim admirantibus. Tum ego: Dic mihi, inquam, Ion: serpens ille legatus, iuuenem illum dico: vtrum manu deduxit draconem, qui iam, vt ais, senuerat, an ille baculum gestans innitebatur? Ludis tu quidem, inquit Cleodemus: at ego, qui & ipse quoque olim minus talia credebam, quàm nunc tu (putabam enim nulla ratione fieri posse vt ea crederem) tamen quum volantem primùm conspicerem peregrinum illum barbarum (erat autem, vt ferebant, ex Hyperboreis) credidi, ac victus sum, quum tamen multum diuq; repugnassem. nam quid facerem quum eum cernerem in aëre volantem, atque id interdiu, ac super aquam ingredientem, atque per medium ignem incedentem, id-

σχολῇ καὶ βάδην; σὺ ταῦτα, ἦν δ' ἐγὼ, εἶδες τὸν Ὑπερβόρεον ἄνδρα πετόμενον, ἢ ἐπὶ τοῦ ὕδατος βεβηκότα; καὶ μάλα, ἦν δ' ὃς, ὑποδεδεμένον γε ἡρβατίνας, οἷα μάλιστα ἐκεῖνοι ὑποδοῦνται. τὰ μὲν γὰρ σμικρὰ ταῦτα τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅσα ἐπεδείκνυτο ἔροτας ἐπιπέμπων, καὶ δαίμονας ἀνάγων, καὶ νεκροὺς ἑώλους ἀνακαλῶν, καὶ τὴν Ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παρεστὰς, καὶ τὴν σελήνην κατασπῶν; ἐγὼ γοῦν διηγήσομαι ὑμῖν, ἃ εἶδον γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Γλαυκίου τοῦ Ἀλεξικλέους. ἄρτι γὰρ ὁ Γλαυκίας, τοῦ πατρὸς ἀπεβανόντος, παραλαβὼν τὴν οὐσίαν, ἠράσθη Χρυσίδος τῆς Δημαινέτου θυγατρός· ἐμοὶ δὲ διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς λόγους. καὶ ἤ γε μὴ ὁ ἔρως ἐκεῖνος ἀπησχόλησεν αὐτὸν, ἅπαντα ἂν ἤδη τὰ τοῦ περιπάτου ἠπίστατο· ὃς καὶ ὀκτωκαιδεκαέτης ὢν ἀνέλυε, καὶ τὴν φυσικὴν ἀκρόα-

qúe lentè ac sensim? Túne, inquam ego, ista videbas, virum Hiperboreum volantem, aut super aquas ambulantem? Et maximè, inquit ille, carbatinas indutum, quo calceamenti genere illi potissimùm vtuntur. Nam minutula ista quid attinet referre, quæcunque fecit, quo pacto amores immiserit, ac dæmones exegerit, mortuósque marcidos in vitam reuocauerit, atque Hecaten ipsam palàm conspectibus exhibuerit, lunámque è cœlo detraxerit? Quin ego vobis referam quæ ab eo fieri conspexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucias hic quum patris nuper defuncti substantiam suscepisset, Chrysidem amabat Demæneti filiam: ac me quidem præceptore in disciplina vtebatur: ac nisi amor ille à studio deduxisset eum, vniuersam Peripateticorum doctrinam perdidicisset, vt qui octo & decem quum esset annorum, iam absoluerat Analytica: tum physicam auscul-

ἀκρόασιν μετεληλύθει εἰς τέλος. ἀμηχανῶν δὲ ὅμως τῶν ἔρωτι, μηνύει μοι τὸ πᾶν. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, διδάσκαλον ὄντα, τὸν Ὑπερβόρεον ἐκεῖνον μάγον ἄγω πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ μναῖς τέσσαρσι μὲν τὸ παραυτίκα (ἔδει γὰρ πρετελέσαι τὶ πρὸς τὰς θυσίας) ἐκκαίδεκα δὲ, εἰ τύχοι τῆς Χρυσίδος. ὁ δὲ αὐξομένην τηρήσας τὴν σελήνην (τότε γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ τοιαῦτα τελεσιουργεῖται) βότρον τὲ ὀρυξάμενος ἐν αἰθείῳ τινὶ τῆς οἰκίας περὶ μέσας νύκτας ἀνεκάλεσεν ἡμῖν, πρῶτον μὲν τὸν Ἀναξικλέα τὸν πατέρα τοῦ Γλαυκίου, πρὸ ἑπτὰ μηνῶν τεθνεῶτα. ἠγανάκτει δὲ ὁ γέρων ἐπὶ τὸ ἔρωτι, καὶ ὠργίζετο, τὰ τελευταῖα δὲ ὅμως ἐφῆκεν αὐτῷ ἐρᾶν. μετὰ δὲ, τὴν Ἑκάτην τὲ ἀνήγαγεν, ἐπαγομένην τὸν Κέρβερον, καὶ τὴν σελήνην ἡατέσπασε· πολυμορφόν τι θέαμα, καὶ ἄλλοτε ἀλ-

auſcultationem in finem vſque percurrerat. Amore tamen victus, mihi rem omnem ſignificat. Ego verò, quemadmodum par erat, quippe qui præceptor eram, Hyperboreum illum magum ad eum duco, conductum quatuor illicò minis in manum datis (oportebat enim præparari quiddam ad ſacrificia) tum ſedecim prætereà, ſi Chryſide potiretur. Ille verò creſcentem obſeruans lunam (nam tunc vt plurimùm huiuſmodi ſacra peraguntur) foſſam cùm effodiſſet in aperto quodam loco domus, ſub dio circa mediam noctem euocauit nobis primùm quidem Anaxiclem Glauciæ patrem, ante ſeptem menſes vita defunctum. Succenſebat autem ob amorem ſenex, atque indignabatur: tandem tamen ei permiſit vt amaret. Poſtea verò Hecaten quoque eduxit, afferentem vnà Cerberum: tum lunam detraxit, multiforme quoddam ſpectaculum, & quod aliàs aliud

ἀλλοῖόν τι φανταζόμενον. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο, εἶτα βοῦς ἐγένετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο. τέλος δ' οὖν ὁ Ὑπερβόρεος ἐκ πηλοῦ ἐρώτιόν τι ἀναπλάσας, ἄπιθι, ἔφη, καὶ ἄγε Χρυσίδα. καὶ ὁ μὲν πηλὸς ἐξέπτατο. καὶ μετὰ μικρὸν δ' ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη. καὶ εἰσελθοῦσα περιβάλλει τὸν Γλαυκίαν, ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶσα, καὶ συνῆν, ἄχει δὴ ἀλεκτρυόνων ἠκούσαμεν ᾀδόντων. τότε δὴ ἤτε σελήνη ἀνέπτατο ἐς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἡ Εκάτη ἔδυ κατὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἄλλα φάσματα ἠφανίσθη, καὶ τὴν Χρυσίδα ἐξεπέμψαμεν περὶ αὐτόπου σχεδὸν τὸ λυκαυγές. εἰ ταῦτα εἶδεν, ὦ Τυχιάδη, οὐκ ἂν ἔτι ἐπίστησας, εἶναι πολλὰ ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς χρήσιμα. εὖ λέγεις, ἦν δ' ἐγώ· ἐπίστευον γὰρ ἂν, εἴγε εἶδον αὐτά. νῦν δ' συγγνώμη, οἶμαι, εἰ μὴ

aliud apparebat. Primùm quidem muliebrem formam referebat: deinde in vaccam formosam vertebatur: postremò verò catula videbatur. Hyperboreus ille tandem quum finxisset quendam è luto Cupidinem: Abi, inquit, atque huc perducas Chrysidem, Ac lutum quidem protinus euolabat: paulò pòst autem affuit illa, pulsans ostium. Tum ingressa Glauciam complectitur, eum quàm insanissimè deperiens: & cum eo versata est quoad gallos canentes audiuimus. Tum verò luna subuolabat in cœlum, atque Hecate subijt terram, cæteráque spectra disparuerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum fermè diluculum. Hæc Tychiade si conspexisses, haudquaquam ampliùs dubitasses esse multa in carminibus istis commoda. Bene dicis, inquam ego. credidissem equidem, si vidissem ea: nunc verò ignoscendum mihi puto, si qua-

μὴ τὰ ὅμοια ὑμῖν ὀξυδερκεῖν ἔχω. πλὴν ἀλλ' οἶδα γὰρ τὴν Χρυσίδα, ἣν λέγεις, ἐραστὴν γυναῖκα, καὶ πρόχειρον, οὐχ ὁρῶ δὲ, τίνος ἕνεκα ἐδεήθη τε ἐπ' αὐτὴν τοῦ πηλίνου πρεσβευτοῦ, καὶ μάγου τοῦ ἐξ Υπερβορέων, καὶ σελήνης αὐτῆ, ἣν εἴκοσι δραχμῶν ἀγαγεῖν ἐς Υπερβορέους δυνατὸν ἦν. πάνυ γὰρ ἐνδίδωσι πρὸς ταύτην τὴν ἐπῳδὴν ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ἐναντίον τοῖς φάσμασι πέπονθεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ, ἢν ψόφον ἀκούσῃ χαλκοῦ ἢ σιδήρου, πέφευγε· καὶ ταῦτα γὰρ ὑμεῖς φατε, αὐτὴ δὲ, ἂν ἀργυρίου που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὴν ἦχον. ἄλλως τε καὶ θαυμάζω αὐτὸν τοῦ μάγου, εἰ δυνάμενος αὐτὸς ἐρασθῆναι πρὸς τῶν πλουσιωτάτων γυναικῶν, καὶ τάλαντα ὅλα παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ὁ δὲ τετταρῶν μνῶν, πάνυ σμικρολόγος ὤν, Γλαυκίαν ἐπέραστον ἐργάζεται. γελοῖα ποιεῖς, ἔφη ὁ Ιων, ἀπιστῶν ἅπασιν. ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην

PHilopseudes non sine Socratica ironia totus versatur (id quod titulus ipse declarat) in ridenda coarguendaque mentiendi libidine: dialogus nescio certè lepidiórne an vtilior. in quo non valde me mouet, quod eius animi fuisse videtur, vt non satis immortalitati suæ confideret, atque in eo fuisse errore, quo Democritus, Lucretius, Plinius, plurimique itidem alij. Quid enim mea refert quid sentiat his de rebus Ethnicus, quę in præcipuis habentur fidei Christianę mysterijs? Hinc certè fructum nobis afferet iste dialogus, vt neq; magicis habeamus præstigijs fidem, & superstitione careamus, quæ passim sub specie religionis obrepit: tum vitam vt agamus minùs anxiam, minùs videlicet expauescẽtes tristia quæpiam ac superstitiosa men-

sa mendacia. quæ plerunque tanta cum fide atque authoritate narrãtur, vt Augustino viro grauissimo, hostique mendaciorum acerrimo, nescio quisnam veterator persuaserit, vt fabulam illam de duobus Spurinis, altero in vitam redeunte, altero decedente, tanquam rem suo ipsius tempore gestam pro vera narraret, quam Lucianus in hoc dialogo, mutatis tantùm nominibus, tot annis antequam Augustinus nasceretur irrisit. Quò minus mireris, si pinguioris vulgi mentes suis figmentis afficiant ij, qui se tum demum rem magnam confeciſſe putant, Christumque sibi deuinxiſſe perpetuò, si commenti fuerint, aut de sancto aliquo viro fabulam, aut de inferis tragœdiam, ad quam vetula quæpiam aut delira lachrymetur, aut pauida inhorrescat. Itaque nullam ferè martyris, nullam virginis vitam prætermiserunt, in quam non aliquid huiusmodi mendaciorum inseruerint, piè scilicet. alioquin enim periculum erat ne veritas non posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs. Nec veriti sunt eam religionem contaminare figmentis, quam ipsa veritas instituit, & in nuda voluit veritate consistere: nec viderunt vsqueadeò nihil istiusmodi fabulas conducere, vt nihil perniciosius officiat. nẽpè vbi admixtum subolet mendacium, veritas ilicò minuitur ac labefactatur authoritas. Vnde sæpe mihi suspicio suboritur, magnam huiusmodi fabularum partem, à vafris ac pessimis nebulonibus confictam, quibus studium fuit, partim ex incauta, simplicium potiùs, quàm prudentium credulitate, voluptatem capere, partim fabularum fictarum commercio, fidem veris Christianorũ historijs adimere: quippe qui frequenter quædam, his quę in sacra Scriptura continentur, tam vicina confingunt, vt facilè se declarent, adludendo lusisse. Quamobrem quas scriptura nobis historias diuinitùs inspirata commendat, eis indubitata fides habenda est: cæteras verò ad Christi doctrinam tanquam ad Critolai regulam applicãtes, cautè & cum iudicio aut recipiamus.

mus, aut respuamus, si carere volumus, & inani fiducia & superstitiosa formidine. Nolo hîc damnatæ magiæ, cuius inuentorem Mercurium ferunt, vanitatem, seu potiùs impietatem pluribus coarguere: ne rem per se satis detestandam, in dubium vocare videar: nēve vno exciso capite, innumerabilia (quòd de Lernæa peste legitur) mihi denuò obtruncanda exoriantur. Sunt enim istius imposturæ mille species, milleque ludificandi modi: quos omnes Lucianus lepidè ridet.

a IN REM vident conducere.] *Diues ille apud Satyricũ Iuuenalem dicit:* -quid enim saluis infamia nũmis? *Et Dorionem Terentianum non pudet vanitatis; dum ob rem. Orestes in Electra Sophoclis:* Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακὸν: id est, *nullum reor verbum quod est lucro, malum. Conuenerant enim vt fingerent ipsum esse mortuum. Sentit igitur famam mortis viuo nihil nocituram, sed ad id quod constituerant fore accommodam. Venerant enim vlturi Agamemnonis mortem, idq; perfecerunt.* *b* Nihil ad rem.] πρὸς ἔπος, id est, *ad versum. De sensu & vsu huius prouerbij, tum origine vide Erasmum nostrum & Alciatum lib. dispunct. suarũ 2. Hom. Odyss. v. & pluribus alijs locis.* *c* Qui quum vsus postulat, mentiuntur.] *An alicubi licitum sit mendacium, & quatenus mentiri licet, præcipuè Christiano, Erasmus noster non solùm in lingua sua, sed etiã plurib. alijs locis tractat. Certè Plato, & Stoici mendacium officiosum sapienti permittunt. Annón rectè puerilem indolem falsis laudibus, nonnunquam ad virtutis studiũ inflammamus? Nónne & optimus medicus quisq; in ægrotis affirmat sibi placere colorem, atque oris habitum, non quòd tales sint, sed vt tales efficiat? Verũ nullum mendacij genus exitialius, quàm ex scriptura diuinitùs inspirata, quæ fons est & regula veritatis æternæ. Ex hac Agyrtæ, arioli, anus, Iudæi & vates responsa dant, morbos curare se iactant. Quoq; fallant perniciosius, ex astris & ex inspectu manib. alijs pollicentur victorias, alijs felix coniugium, ac salubrem vitam, alijs summos honores, alijs Cræsi vel Midæ opes. Nimirũ hi sunt, de quib. scribit Hieremias: Docuerunt, inquit, linguam suam loqui mendaciũ, & vt iniquè facerẽt, laborauerũt. Ars igitur illis mentiri, &*

sceleratam

sceleratam artem sceleratior adiuuat & confirmat exercitatio. Quemadmodum enim frequenter prudentia est, silere aut dissimulare quod verum est, ita decet, vt qui semel veritatis spiritū hauserunt, eiq; dedere nomen qui veritas est, ab omni mendaciorum genere tēperent: Quisquis mētitur sciens periurio proximus est. *d* Multa Vlysses etiam fecit.] *Callidi aūt impostores, mendaciorumq; conflictores, solent semper aliqua præycere, quæ vera, clara & aperta videantur, quibus inspectandis dum oculi sunt intentiores, astutè mox mendacij nubem offundunt. Sic Sinon Virgilianus, sic Vlysses, quē Homerus vbiq; verſutum, callidum, astutū & vafrū facit, ac dissimulantem, simulantemq;: vnde & apud eundem Homerū statim initio Odysseæ, πολύτροπον cognomentum.* Is ad *Sirenum insulam delatus, ne earū cantus audirent, socijs aures cera obturauit, se autem ad malum alligari fecit, eaq; ratione illarum insidias tutus euasit.* e Nam veteres illi] *Veteres Græcos, præcipuè quæ Herodotū, Ctesiam, quæ Cnidium, atq; hus superiores, & Homerū deniq; etiam scriptis mendacia conseruasse testatur, non modò vt ad eos, quibus sua ipse recitabāt, sed ad posteros quoq;, quasi per manus tradita, pulcherrimis verbis, metrisq; seruata peruenirēt.* Idem cum in *cāpis Elysijs diuersa nocentium genera grauissimis pœnis affici se vidisse referat, acerrimè eos qui in vita mentiti essent, apud illos puniri ait, quorū Herodotū Ctesiamq; principes ponit facetissimè, æquo se id animo spectasse subiungēs, quippe qui nullius sibi mendacij esset conscius.* De *ijs scriptoribus Luciani iudicium non est improbandum: cùm & alij Græci complures in eadem fuerint sententia, Strabōq; ac Diodorus Siculus non semel eos nugatos asserant, quorum authoritati innixus Iuuenalis ita de Græcis historicis scribit decima Satyra:*

—creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in historia, *&c.*

Demetrius Phalereus in libell. de Elocutione, Ctesiam, quē carpit Lucianus, meritò poëtam dicendum dixit. f Herodotus.] *Herodotum verius mendaciorum, quàm historiæ parentem nuncupaueris. Mira enim ab eo de Xerxis expeditione & transitu, mendacijs quoque admistis prædicata sunt.*

Idem

Idem lib.2. verarum hist. Inter mendaces Ctesiam, Gnidium & Herodotum ponit. g Athenienses.] Isocrates & Pausanias Erichthonium Vulcano & Terra generatum opinantur.

h Pana quendam.] Pan, cùm Athenienses, duce Miltiade, cum Persis essent dimicaturi in campo Marathonio, eo in loco Græcis auxilium tulit, atque repressit Persarum ferociam. Meminit Theocritus in Syringe, & plura annotauimus in dialogo Panos & Mercurij. i Orithyam.] Orithyam Erechthei Athenarum regis filiam, rapuit Boreas: raptam tulit in Thraciã, & ex ea Zeten & Calain suscepit. Homeri scholiastes ad calcem Odyss. ξ. & Apollonius primo Argonaut. k Sub leonina pelle, simiam fouet.] De leui & mendace sene, præ se authoritatem ferente. l Cleodemus Peripateticus.] Hic se quum iam pridem graui morbo decumberet, per hiatum quendam ad inferos ductum memorat, atq; ad tribunal adductum. Ibi quendam velut regem, qui Pluto ipsi visus sit, eorum nomina qui morituri erant percensentem, vehementer ira exarsisse in eum qui se adduxisset. Iussum igitur & se statim abire. Et Fabrum Demylum adduci. Itaque se quidem febri postea liberatũ, Demylum autem vita excessisse. Ex hac plane Luciani fabella, illa apud Augustinum in Decretis pontificum de duobus Spurinis, & illa de Stephanis est nata, atque conficta. Vide Dialogum Gregorij primi. m Mustelæ dentem.] Magorum superstitio, considerata leonis alacritate pernicissimoq; cursu, mustelæ dentem leonino corio adalligatum, ad pedum tumorem atque adeò imbecillitatem adhibere commenta est. Id quod hîc Tychiades ridet, orta inter Cleodemum & Dinomachum medicos contentione, vno eorum leoninum, altero ceruinum corium præferente, vt per incantamenta Eucrati laboranti amuletum aliquod apponerent. Controuersia verò omnis inter eos est, dum ille fomentum aliquod miserabiliter implorat, vtrum cervus an leo magis pedibus valeat, atque eorũ vter alacriori feratur cursu. Merito igitur Virgilianus Aeneas, tergũ Getuli immane leonis dat Salio, velocitatis præmium, qui primam in stadio coronam meruerat, nisi dolo Nisi fuisset interturbatus. n Incantamentis & appendiculis.] Vt olim & hodie Physicis ligaturis & φυσικοῖς τισὶ ἐπῳδαῖς & incantationibus, ad perniciem

vitæ

vitæ & salutis hominum medicina conspurcatur à perditis quibusdam ardelionibus, qui mentiri non erubescunt, & ob pecuniæ aucupium animas dæmonibus prostituunt, & deuouent. Est autem ἐπῳδὴ incantatio, quæ solis ᾠδαῖς, id est, *carminibus, ac verbis, vt plurimùm barbaris, dæmonibus consecratis, constabat ἐδόκουν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι, inquit Pindari interpres in Nemæis & Pythijs, ταῖς ἐπῳδαῖς ἰάσιν καὶ θεραπείαν εὑρίσκειν. Arbitrati sunt veteres, carminibus curam morborum inuenire. His freti Autolyci liberi Hæmorrhagiam vulneris Vlyßis, quod ei aper in Parnaso infra genu inflixerat, derepentè sistebant, vt Homerus in Odyssea τ. perbellè cecinit. Quod & Plinius inter magica medicamenta his repetit: Dixit Homerus, inquit, profluuium sanguinis, vulnerato femine, Vlyssem inhibuisse carmine. Theophrastus ita etiam Ischiadicos sanari, & Cato prodidit luxatis membris, carmen auxiliari M. Varro etiam podagris. Periapta autem quæ, & quantum illis confidendum audiamus. Galenus lib. 6. & 10. de simpl. medic. experientia horum edoctus: Periaptis, inquit, sic confidere oportet, vt substantia illorum, & non incantationis magorum verba, iuuet. Cui Theophrastus lib de plant. historia 9. ita subscribit: Potius, inquit, absurda illa putentur, quæ alligata, & veneficiorum aduersantia vocantur, & tum corporibus, tum domibus vnicè opitulari creduntur, quæ commenta hominum esse planè videntur, qui suas artes magnificare celebrareq; cuperent: vnde non temerè Antonius Caracalla imperator, teste Aelio Spartiano, eos condemnare statuit, qui contra tertianas & quartanas febres periapta gestarent. Quare meritò aniles illos versiculos, ex sacræ Scripturæ verbis, aut barbaris dæmonum nominibus cõcinnatos, vnà cum D. Augustino despuimus, qui in Ioan. Euang. sectione 7. ait: Illi qui homines seducunt per ligaturas, per precationes, & per machinamenta inimici, suis precationibus Christi nomen miscent, vt lateat ipsa seductio. Et quamuis Costa ben Luca apud Hebræos, quorum Cabala his ligaturis scatet, de his librum conscripsit, ac Alexander Trallianus, iater à Mesue dictus: & Gordonius quidam ac alij medici, non paruam illis fidem adhibent: ego tamen eas, præcipuè quæ verbis constant, non aßis facio. Simili vanitate, præter annulos & sigilla, eos quoque nectere videmus chara-*

cteres, crucis †, *Antiochi* Δ. *Machabæi tetragrâmatis, Constantini crucis. Rectè igitur Rabi Moyses ille Aegyptius lib. 1. perplexorum, cap. 72 mendaces & stultos esse illos pronunciat, qui soli figuræ, soli scripturæ, solis lineamentis, solis denique vocibus, aëre fracto natis, tantam miraculorum vim & potestatem tribuant.* o Clauũ, quod aiunt, clauo extrudis.] *Idem in Apologia, pro eo quod inter salutandum verbo lapsus fuerat: vereor ne si ad intentatum crimen, etiam adulationis accusationem adiunxero, clauum (quod aiunt) clauo pellere videar, maiore minorem. Vide Erasmum nostrum in Chiliadibus.*

p Aesculapius.] *Socrates moriens Phædonem admonuit, vt voto se liberans Aesculapio gallum persolueret, perinde quasi sumpto pharmaco, iam sanitatis beneficium sentiret cùm exires è corpore, vnde omnes animi morbi scatent ac pullulant. Putabatur enim hic deus salutem hominibus conferre.* q Circa plenum forum.] *Quòd maxima olim populi, circa horam (vt antiqui illi numerabant) sextam:* id est, *meridiem, in foro esset frequentia, hoc à Græcis hominibus tempus ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν vocabatur.* r Lunam è cœlo detrax.] *Incantatrices Lunæ cursum etiam remorari credebantur, vt Virgilius:*

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.

s Hippocrates æreus.] *Hippocrates maximus Medicinæ parens non solùm innumerabiles inopes ægritudinibus oppressos homines iuuare quotidie nitebatur, in quorum numero sunt, qui in epidemiorum libris nominantur, sed etiam totam Græciam à pestilenti lue, ex Aethiopia vi ventorum allata, Thucydidis tempore, magna cum gloria liberauit, quamobrem etiam aureis statuis arisq; tanquam deus à seruatis illis populis donatus est. Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem. Aelianus lib. 4. cap. 20. Eusebius libro decimo, capite secundo.* t Mulierem aduenientem video terribilem.] *Hecates descriptio, de qua in Mortuorum dialogis, & in Necyomantia, in Græco περιέκειτο pro περιετέθειτο.* u Et incantans eum.] *Demonem.* x Adiens Memnonem.] *Neque dubium est, quin è toto ferè terrarum orbe omnes ad hunc Memnonem videndum audiendumq; concurrerint huiusmodi rerum studiosi. Namque*

vt

vt Aelius Spartianus testatur, Seuerus Imperator è Parthica expeditione reuertens, quum Syriam & Aegyptum, aliasque quasdam regiones lustrâsset, gratam sibi eiusmodi peregrinationem propter religionem Dei Serapidis, animaliumq; ac locorum (vt eius verbis vtar) nouitatem fuisse semper postea ostendit: quando & Memphim, & Memnonem, & Pyramides, & Labyrinthum inspexit. De Memnone etiam aliquid in Toxaride annotauimus. y Omnigena superstitione impleuerint.] Operæpretium est considerare quàm illuserit hisce oraculis humano generi diabolus aditus nonnunquam naturæ secretis. Mirantur autem Cicero & Plutarchus suo tempore obticuisse oracula, nimirum quia veritatis præses, mendacij patrem oppugnaturus iamiam imminebat leo de tribu Iuda Christus saluator noster. Lucianus rursum in Deorum concilio huiusmodi deorum Gentilium vanitatem atque superstitionem deridet. Itidem in Ioue confutato: vbi quædam annotauimus aduersus oracula & prædictiones.

z Non solùm in rabiem verti.] De rabie canis Dioscorides libro sexto, capite trigesimo sexto. Galenus de Chirurg. ad Piso. & libro secundo prædictionum Hippocrat. & in tertium Hippocr. Epid. librum. Virus autem ex canis rabioso morsu conceptum, ac per corporis molem diffusum, per aliquot menses, aut annos quoque velut quædam pharmaca δυλητήρια, diu delitescit, donec viscerum & cordis naturam sensim infecerit, tum subitò rabies illa canina in hydrophobis emergit, Galen. libro tertio de Morbis vulgaribus, commentario 3. Solet autem ex eo vulnere, vbi parum occursum est, aquæ timor nasci, ὑδροφοβίαν Græci appellant. Miserrimum genus morbi, in quo simul æger & sitit & aquæ metu cruciatur. Quo oppressis in angusto spes est, inquit Cornelius Celsus libro quinto de Medicina, capite decimoseptimo, Dioscorides libro quinto, capite secundo. Ab eodem Dioscoride libro septimo, capite secundo, Affectio illa quæ morsu canis rabidi infligitur, dicitur ὑδροφοβικὸν πάθος ab aquæ metu ὑδροφοβικοι, qui morsi sunt à cane rabido, dicuntur, propterea quòd aquam horreant, παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Hoc morbi genus intelligit Ouidius de Remed. amoris, quum ait:

Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis. *Quæ autem homini accidit ex huiusmodi cõtage lues, mania est, vt eruditissimi hac ætate viri disputant: nam & Festo rabies propriè morbus caninus est. Vniuscuiusque autem canis morsus tam pernicios⁹ est, vt ferant eum qui semel fuerit à cane læsus, pestilenti contagione gallinarum incubitus, pecorum fœtus, & abortus interuentu suo vitiare, eiusq; introitu alterius vulnera aggrauari.*

ΠΡΟΣΑΛΛΙΑ, Η ΔΙΟΝΥΣΟΣ. *ALLOCVTIO, SEV Bacchus.*

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

PRæfatio quædam est, quales & nostri homines in enarrandis authoribus, aut alijs rebus tractandis, ipsis operibus præmittere solent. Et extant sanè etiam Cic. quædam ad idem exemplum composítæ. Monet autem Lucianus auditores suos, ne solùm compositionis nouitatem in scriptis suis spectent, néve ideo pro paruis aut contemnendis illa habeant, quia comica ac satyrica quædam sub dialogi grauitate tractet: sed magis ipsam rem spectent: ne idem illis, quod Indis olim, accidat, dum Bacchi exercitũ vt muliebrem, & à re militari alienum contemnunt. Deinde autem & veniam precatur ætati, si paulò verbosior & loquacior nonnullis fortè videatur, factum suum etiam hîc collatione quadam Indorum cohonestans. Omnino autem multum gratiæ habent huiusmodi præfationes, siue cui allocutiones eas vocare magis libet,

vbi collationibus atque similibus suis
ipsa hypothesis aptè
respondet.

ΟΤε ὁ Διόνυσος ἐπ' Ινδοὺς στρατιὰν ἤλασε (κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, καὶ μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικὸν) φασὶν οὕτω καταφρονῆσαι αὐτοῦ τὰ πρῶτα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγελᾷν ἐπιόντος, μᾶλλον δὲ ἐλεεῖν τὴν τόλμαν, ὡς αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαιτο. ἤκουον γὰρ, οἶμαι, τῶν σκοπῶν ἀλλόκοτα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ ἀγγελλόντων. ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτῷ, καὶ οἱ λόχοι, γυναῖκες εἶεν ἐκφόρονες καὶ μεμηνῆαι, κιττῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι δόρατά τινα μικρὰ ἔχουσαι, ἀσίδηρα, κιττοποίητα καὶ ταῦτα, καί τινα πελτάρια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιτο (ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα) ὀλίγους δέ τινας ἀγροίκους νεα

QVo tempore Bacchus aduersus Indos ductare exercitum instituit (nihil enim prohibet, vt mea fert opinio, fabulam vobis Bacchicam percensere) ferunt vsque adeò eum initiò ab Indiæ incolis fuisse contemptui habitum, vt accedêtem etiam subsannarent. Magis autê temerariam illius audaciam miseratione prosequendam esse opinabantur, tanquam actutùm ab elephantis proculcandum, si acie instructa illis occurrisset. Siquidem inaudiuerant, vt ego existimo, ab exploratoribus, absurda & monstrosa de illius exercitu renunciantibus, quemadmodum eius phalanx & cohortes ex mulieribus insanis & furentibus collectæ forent, thyrso redimitis, pelles ceruinas indutis, & hastas quaspiam paruas gerentibus nulla acie ferri acuminatas, & illas ex thyrso confectas: tum scuta quæpiam leuia, & resonantia si quis saltem vel leuiter attigisset. Quippe clypeis assimilabant & tympana. esse prætereà in exercitu iuue-

νίσκους ἐνεῖναι, γυμνοὺς, κόρδακα ὀρχουμένους, οὐρὰς ἔχοντας κεράστας, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις ὑποφύεται. καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτῶν ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι, παρδάλεων ὑπεζευγμένων, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὴν παρειὰν, κεραστρόφορον, βοτρύοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον ἐν πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδῃ. ὑποστρατιγεῖν δὲ δύο, ἕνα μὲν τινα βραχὺν προβοῦτην, ὑπόπαχυν, πεγάστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ὑπότρομον νάρθηκι ἐπερειδόμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα ἐν κροκοτῷ, καὶ τοῦτον πάνυ πίθανόν τινα συνταγματάρχην αὐτοῦ. ἕτερον δὲ, τερείσιον ἄνθρωπον, τράγῳ τὰ νέρθεν ἐοικότα, κομήτην τὰ σκέλη, κέρατα

nes quospiam agrestes & nudos, qui saltarent cordaca, caudas habentes & cornua, qualia ferè hœdis recenter natis solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in curru vehi iunctis pardalibus, imberbem admodum, ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbitio pubescentem, cornigerum, racemis coronatum, mitra purpurea comam inuolutum, ac aureos cothurnos indutum. Cæterùm secundas ductandi exercitus partes obire duos alios, [a] vnum quidem breuis staturæ senunculum, corpore perobeso & ventricoso, simijs naribus deformem auribus magnis & arrectis, tremulum, scipioni innitentem, pandum asellum vtplurimùm equitantem, amictum crocoto, & hunc vehementer fidum illius in ordinanda acie socium. Alterum verò [b] hominem monstrosum, inferioribus corporis partibus hircum referentem, crura crinitum, & cornigerum,

ρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον καὶ θυμικὸν, θατέρᾳ μὲν σύριγγα φέροντα. τῇ δεξιᾷ δ' ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον καὶ περισκιρτῶντα ὅλον τὸ στρατόπεδον καὶ τὰ γυναῖα δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ σείειν ἠνεμωμένας τὰς κόμας, ὁπότε πεσοῖοι, καὶ βοᾷν εὖ οἱ, τοῦτο δ' εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῶν τὸν δεσπότην. τὰ δ' οὖν ποίμνας διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπᾶσθαι ἔτι ζῶντα τὰ τρέμματα, ὠμοφάγους γάρ τινας αὐτὰς εἶναι. ταῦτα οἱ Ινδοὶ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀκούοντες ἐγέλων, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ οὐδ' ἀντεπεξάγειν ἢ παρατάττεσθαι ἠξίουν, ἀλλ' εἴπερ ἄρα τὰς γυναῖκας ἐπαφήσειν αὐτοῖς εἰ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ καὶ νικᾷν αἰσχρὸν ἐδόκει, καὶ φονεύειν γυναῖα μεμηνότα, καὶ

nigerum, profunda insuper barba insignem, iracundum, & animo ad furorem propenso præditum, altera manu ferentem fistulam, dextra verò incuruum baculum, semet attollentem, ac tota castra circumsaltantem, quem mulierculæ exterrere solent, comasque vento diffusas concutere quoties accesserit, neque non vociferari Euohe: quo nomine, vt mihi coniecturam facienti visum est, dominum suum compellant. Itaque greges à mulieribus iam discerptos esse, & oues adhuc viuentes dilaniatas: quippe illas crudiuoras esse planè videbant. Hæc cùm Indi & rex illorum speculatoribus annunciantibus cognouissent, sublatis, vt par erat, cachinnis ridebant: iamque nequaquam contra exercitum educere, aut instructis ordinibus obuiam procedere illis deliberatum erat, sed reputabant si comminùs mulierculæ in eos impressionem ac impetum essent facturæ, illis & vincere turpe esse, & mulieres insanientes neci dare

καὶ θηλύμιτριν ἄρχοντα, καὶ μεθύον σμικρὸν γερόντιον, καὶ ἡμιστρατιώτην ἄλλον, καὶ γυμνήτας ὀρχηστὰς, πάντας γελοίους. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλλετο πυρπολῶν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν, καὶ πόλεις ἀντάνδρους καταφλέγων, καὶ ἀνάπτων τὰς ὕλας, καὶ ἐν βραχεῖ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν πυρὸς ἐμπεπληκώς· ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν τὸ πῦρ, πατρῷον αὐτῷ κἀκ τοῦ κεραυνοῦ· ἐν ταῦτα ἤδη σπουδῇ ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπεισάξαντας καὶ ἐγχαλινώσαντες, καὶ τοὺς πύργους ἀναβέμενοι, ἐπ' αὐτοὺς ἀντεπεξῄσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως, καὶ συντρίψαι σπεύδοντες αὐτῷ στρατοπέδῳ τὸν ἀγένειον ἐκεῖνον στρατηλάτην. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, προτάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τὴν φάλαγγα, ὁ Διόνυ-

vnà cum duce effeminato, ac ſene modico & vinoſo, adiuncto etiam alio ſemiuiro milite, nudisq; ſaltatoribus per omnia ridiculis, facinus eſſe parum memorabile. Poſtea verò quàm Bacchus regionem incendijs deuaſtare, & viris deuictis ciuitates igne abſumere, ac ſyluas incendere annunciatus eſt, iamq; in breui temporis ſpacio tota Indorum regio flammis conflagraret (etenim ignis Baccho iam vſque à fulmine paterna ſunt arma) ibi iam citra moram armis induti, coactis elephantibus & infrenatis & turribus deſuper poſitis aduerſus illos mouerũt aciem, etiamdum hoſtilem exercitum extremè contemnentes, & iracũdo animo ferocientes, neque non elephantis comminuere atque proterere properantes ipſis cum caſtris imberbem illum imperatorem. Poſtquam verò propinquiores facti ſunt & vtraque acies vtrique eſſet ſpectaculo: Indi locatis ante exercitum elephantis phalangem adegerunt. Cæterùm

Bacchus

ὁ Διόνυσος δὲ, τὸ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τοῦ κέρως δὲ αὐτῷ τοῦ δεξιοῦ μὲν ὁ Σειληνὸς, τοῦ εὐωνύμου δὲ ὁ Πὰν ἡγοῦντο. λοχαγοὶ δὲ καὶ ταξιάρχοι, Σατύροι ἐγκαθεστήκεσαν. καὶ τὸ μὲν σύνθημα ἦν ἅπασι τὸ εὖ οἱ. εὐθὺς δὲ τὰ τύμπανα ἐπαταγεῖτο, καὶ τὰ κύμβαλα τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινε, καὶ τῶν Σατύρων τις λαβὼν τὸ κέρας, ἐπήνει τὸ ὄρθιον. καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος, ἐννάλιόν τι ὀγκίσατο. καὶ αἱ Μαινάδες σὺν ὀλολυγῇ ἐνεπήδησαν αὐτοῖς, δράκοντας ὑπεζωσμέναι, κἀκ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπεγυμνοῦσαι τὸν σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δὲ καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν, αὐτίκα ἐκκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον, οὐδ' ἐντὸς βέλους γένεσθαι ὑπομείναντες· καὶ τέλος, κατὰ κράτος ἑαλώκεσαν καὶ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων ἔργῳ μαθόντες, ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀκοῆς καταφρονεῖν ξένων

Bacchus ipse in medio strenui imperatoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Silenus, sinistrum Pan regebat. Porrò autē Satyri manipulares constituti ordinibus instruendis erant intenti. Signum omnibus erat Euohe. Statim verò percussa tympana instrepuerunt, ipsaq; cymbala classicū cecinerunt. Ac è Satyris quispiam correpto cornu carmē quod Orthium dicitur, occinebat. Tum Sileni asellus hianti atq; diducto rictu martium quiddam atq; terribile derudijt. Ipsæ verò [c] *Mænades cum vlulatu facto in eos impetu incursârūt, succinctæ draconibus, atque ex summis thyrsis ferrū denudantes. Indi autē & elephantes illorum illicò declinantes, nullo seruato ordine in fugā se dederūt,* [d] *neq; intra teli iactū consistere sustinuerunt. Ad postremum aūt omni vi capti atq; subacti sunt. & captiui abducti ab ijs, quos paulò antè contemptim subsannauerant, re ipsa experti quà non oportuerit prima statim fama adductos pere-*

νων στρατοπέδων. ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον οὗτος ὁ Διόνυσος; ἄποι τις ἄν. ὅτι μοι δοκοῦσι (καὶ πρὸς τὸν Χαρίτων, μή μοι λοιδοριᾶν ἢ τινίως μεθύειν ὑπολάβητε, ἃ τἀμὰ ἀκούω τοῖς θεοῖς) ὅμοιόν τι πεπονθέναι οἱ ποιηταὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας τῶν λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἷον καὶ πρὸς τοὺς ἐμούς. οἰόμενοι γὰρ Σατυρικά, καὶ γελοῖά τινα, καὶ λοιδορικὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσεσθαι, διαῦτα πιστεύσασιν ἐκ οἶδ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἱ μὲν δὴ πλὴν ἀρχὴν ἀφιχνοῦνται, ὡς δὴν λιθον παρέξειν τὰ ὦτα ἁπλοῦς σιληνικοῖς, καὶ σκιρτήμασι Σατυρικοῖς, καταβάντας ἀφ' ὑψηλοφανῶν. οἱ δ', ὡς ἐπὶ δεῖπνόν τι ἥκοντες, ἀντὶ δὲ θύρσου σίδηρον ἐνορῶντες, δι' ὅτων ἐπαινέσουσι τολμῶσι, δῶ παραδόξως πράγματος τεθορυβημένοι. ἀλλὰ θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι δὴ καὶ νῦν, ὡς πρότερον ποτε, πλὴν ὀλίγων ἐθελήσουσιν ἐπιδεῖν πολλάκις

grinum exercitum contemnere. Sed quid ad Bacchum ille Bacchus, dixerit aliquis? Quia permulti mihi videntur (ac per Gratias vos oro, ne me insanire aut prorsus temulentum esse suspicemini, si mea cum Dijs immortalibus contulero) idem erga orationum nouitates cum Indis perpeti, quemadmodum & erga meas. Existimantes enim Satyrica & ridicula quædam, nimiumq; comica apud nos audiri, talibus fidem habuêre, atque haud scio quam illi de me opinionem induerunt. Alij ne exordium quidem assequuntur, quasi nihil necesse sit præbere vinosis & lasciuis mulierculis, & saltationibus Satyricis ab elephantis descendentes. Alij verò, tanquam alicuius rei gratia venissent, thyrsi loco inuento ferro, neque sic laudare audent, inaudita rei nouitate perterriti. At ego fidenti animo illis annuncio, quòd si in præsentia quoque, vt anteà facere consueuerunt, festiuitatem spectare sæpè voluerint,

καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε καιρῶν, καὶ μὴ καταφρονήσωσι τῶν Σατύρων καὶ Σειληνῶν, πιῶσι δὲ ἐς κόρον τοῦ κρατῆρος τούτου, ἐκβακχεύσειν καὶ αὐτοὺς, καὶ πολλάκις μεθ' ὑμῶν ἐρεῖν τὸ εὖ οἶ. οὗτοι μὲν οὖν (ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ) ποιούντων ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δὲ, ἐπειδήπερ ἔτι ἐν Ινδοῖς ἔσμεν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖθεν, οὐχ ἀπεσδιόνυσον οὐδ' αὐτὸ, οὐδ' ὧν ποιοῦμεν ἀπλότριον, ἐν Ινδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἳ τὰ λαιὰ τοῦ Ινδοῦ ποταμοῦ, εἰ κατὰ ῥοῦν αὐτοῦ βλέπεις, ἐπινεμόμενοι, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι· παρὰ τούτοις ἄλσος ἐστὶν ἐν περιφράκτῳ. οὐ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, συνερεφεῖ δὲ, κιττὸς γὰρ πολὺς καὶ ἄμπελοι, σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν, ἐνταῦθα πηγαί εἰσι τρεῖς,

ac veteres compotores recordati fuerint conuiuiorũ Bacchanalium tunc temporis celebratorum, neque Satyros aut Silenos contempserint, sed æquo largiùs ad satietatem vsque ex cratere illo hauserint: & illos Bacchico numine afflatos indecorè insanituros, neque non persæpè nobiscum Euohe dicturos. Itaque illi (liberum enim est audire) quicquid animo suo gratum fuerit, faciãt. at ego posteaquam adhuc in India peregrè versantur, statui & aliud quiddam earum rerum quæ illic aguntur, quod non valdè à Bacho abhorrebit, neque à præsenti instituto alienum erit percensere. Inter Indos, quos Machlæos vocant, qui læuum Indi fluminis littus, si ad fluxum illius respexeris, incolunt atque depascunt vsque ad Oceanum porrecti. apud hos lucus est in loco sepibus obturato & angusto, circumtecto tamẽ, quippe thyrsorũ & vitium vbertas ibi prouenientium, locum opacitate sua pulcherrimè inumbrat. Eo ipso in luco

tres

τρεῖς, καλλίστου καὶ διεδεστα-
τοῦ ὕδατος, ἡ μὲν Σατύρου, ἡ
δὲ Πανὸς, ἡ δὲ Σειληνοῦ. καὶ εἰ-
σέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ινδοὶ ἅ-
παξ τοῦ ἔτους, ἑορτάζοντες τῶν
θεῷ, καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν
οὐχ ἁπασῶν ἅπαντες, ἀλλὰ
καθ' ἡλικίαν· τὰ μὲν μειρα-
κια τῆς τῶν Σατύρων, οἱ ἄν-
δρες δὲ τῆς Πανικῆς, τῆς δὲ τοῦ
Σειληνοῦ οἱ κατ' ἐμέ. ἃ μὲν οὖν
πάσχουσιν οἱ παῖδες. ἐπει-
δὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες
τολμῶσι, κατεχόμενοι τῶν Πα-
νὶ, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. ἃ
δὲ οἱ γέροντες ποιοῦσιν, ὅταν
μεθυσθῶσι τοῦ ὕδατος, οὐκ ἀλ-
λότριον εἰπεῖν. ἐπειδὰν πίῃ
ὁ γέρων, καὶ κατάσχῃ αὐ-
τὸν ὁ Σειληνὸς, αὐτίκα ἐπι-
πολὺ ἄφωνός ἐστι, καὶ καρηβα-
ροῦντι καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοι-
κεν. εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμ-
πρὰ καὶ φθεγματορὸν καὶ πνεῦ-
μα λιγυρὸν ἐγγίνεται αὐτῷ καὶ
λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστίν·
οὐδ'

tres fontes aquæ sunt elegan-
tissimæ et limpidissimæ: quo-
rum vnus Satyris, secundus
Pani, tertius Sileno sacer
est. Ingrediuntur verò in
lucum Indi quotannis se-
mel, diei solennitate deum
celebrantes, bibúntque de
fontibus, non tamen indis-
criminatim omnes de omni-
bus, sed iuxta ætatem. Nam
iuuenes ex eo qui Satyris sa-
cer est, viri ex Panico, por-
rò ex Sileni fonte ij, qui in
mea ætate constituti sunt.
Itaque quæ pueris de fonte
bibentibus accidũt, aut qua-
lia designent viri iam numi-
ne Panos afflati, perlon-
gum esset enumerare. Cæ-
terùm qualia senes faciunt,
vbi iam aqua pota inebria-
ti fuerint, non alienum esse
opinor narrare. Senex si-
mul atque haustam de fon-
te aquam biberit, ac eun-
dem Silenus ipse inuaserit,
illicò ad prodigium vsque obmutescit, hominem, cui gra-
ue sit caput, aut ebrium, per omnia referens. Post id ex
improuiso voce clara, & loquela graui, tum spiritu dulci
rumpit silentium, ac subitò è mutissimo fit loquacissimus.
Sed

ἐλλ' ἂν ἐπισομίσας, παύσεως αὐτὸν μὴ ἐχὶ σωιχῆ λαλᾶν, καὶ ῥήσεις μακρὰς σωίφειν. σωιτὰ μὲν δι πάντα, καὶ εὐσομια, καὶ κατὰ τὸν Ομήρου ἰκᾶνον ῥήτορα, νιφάδεσσι γὰρ ἐοικότα χειμερίῃσι διιξέρχονται. ἐλλ' ἀρχρήσθ δι ἐλύκνοις κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐικάσαι αὐτοὺς, ἀπὸ τεττιγῶν ἔστι τι φυκνὸν καὶ ἐπίπροχορ σωάπλουσιν, ἄχρι βαθείας ἐσπέρας. ζυντυθῶσιν δ', ἐλλ' ἀφιθέσης αὐτοῖς τῆς μέθης, σιοπῶσι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀναπτίχσοι. τὸ μὲν τοι παραδοξόταζον ἐλλ' ἔπω ἔπορ. ἐὼ γὰρ ἀτελῆ ὁ γέρων μεταξὺ καταλίπῃ ὃν διιξῆσι τὸν λόγον, λαὼτ& ἡλίου καλυθέος ἐπὶ πέρας αὐτὸν ἐπιξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν, αὖθις ἰκᾶνα σωάπλα, ἃ πέρυσι λέιποντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε. ταῦτα μοι κατὰ τὸν Μῶμον ἐς ἐμαυτ ἀπισκώφθω, καὶ μὰ τὸν

Sed nec obturato ore illum compescueris quò minùs continuis verbis diffluat, longasq; orationes contexat. Et profectò quæcunq; dixerit, prudenter & ornatè dicta sunt, ac iuxta Homericum illum rhetorem hybernis niuibus consimilia differit. Neq; verò sufficienter eos cygnis secundùm ætatem conferre possis, sed vocum densitate cicadas imitantur ac referunt, ac rotundum quiddam componũt in profundam vsque vesperam. Inde iam discussa ab illis ebrietate conticescũt, & ad antiquũ morẽ redeũt. Cæterùm quòd inter hæc maximè omniũ admirãdum est, nondum exposui. Quòd si senex imperfectam, quam inchoauit orationem reliquerit, neque Solis occasu interueniente, & temporis angustia exclusus, eandem ad finem deduxerit, degustata iterum in annum subsequentem aqua, deinceps cætera percurrens orationi inchoatæ adiungit, quæ superiori anno dicentem non in tempore, desituerat ebrietas. Istis ego me ipse scommatibus Momi instar ludere volui. Et

per

τὸν Δία, οὐκ ἄρ' ἔτι ἐπαγωγοίμι τὸ ἐπιμύθιον· ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθότι ὡς μύθῳ ἔοικα. ὥστε εἰ μή τι παραπαίομεν, ἡ μέθη αἰτία· ἂν δὲ νήφοντα δόξῃ τὰ λεγόμενα, ὁ Σειληνὸς ἄρα ἡμῖν ἵλεως.

per Iouem, nequaquam amplius affabulationem adducam. Iam enim haudquaquam videtis me fabulæ esse persimilem. Quare, si quibus in rebus delinquētes hallucinati sumus, in causa fuit ebrietas. Sin prudenter & cordatè dicta sunt quæ produximus, constat Silenum nobis fuisse placatum, & propitium.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

SCribit Bacchum, bello aduersus Indos suscepto, exercitu iam in Indiam adducto, ab illis initiò contemptum ac derisum esse, quia totus ille exercitus partim ex mulieribus bacchantibus, partim ex iuuenibus rusticis nudis, cordaque saltantibus, hedera coronatis, furiosis atque insanis constare videretur, sed ad extremum illos vim & potentiam Bacchi suo magno malo sensisse.

a VNVM quidem.] *Sileni descriptio, de quo Diodorus Siculus in quinto tradens, Bacchi studiorum formatorem fuisse asserit. Erasmus etiam in Alcibiadis Sileno.* *b* Hominem monstrosum.] *Pan Bacchi socius, & particeps rerum gestarum, in expeditione Indica dicitur fuisse miles & dux belli: fuit studio & amore rerum militarium incensus. de quo suprà in Panos & Mercurij dialogo habuimus, & in Pseudomāte: tum in Deorum concilio, vbi de vtroque, nempe Sileno & Pane nos attigisse recordamur.* *c* Menades.] *Mulieres bacchantes. à Graco verbo μαίνομαι: id est, insanio. Hæ passim capillis instar furentium celebrabant Bacchanalia.* *d* Neque intra

teli

teli iactum.] *Quem obnoxium periculo videri volumus, hunc* ἐν βολῆς τοῦ βέλους *dicimus. Virgil. in* 11. *Aeneid.*

Iamque intra iactum teli progressus vterque.

Contrà ij dicuntur ἐξω βελῶν *esse, qui longiùs absunt, quàm vt iaculo contingi possint, & qui in tuto, citraque periculum sunt. Quod annotauimus, in Votis, in Nigrino, & in Dialogis Cyclopis & Neptuni, Veneris & Cupidinis.*

ΨΕΥΔΟΛΟΓΙΣΤΗΣ, ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος. | *PSEVDOLOGISTA, siue de Apophrade, hoc est, die atro.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

INuectiua est in eum à quo derisus fuerat, quòd Apophradis verbo vsus esset, ipsumque diei atro comparâsset. Continetur autem tota oratio duabus partibus, quarum priore ostendit, nomen Apophradis Græcum, & vsitatum Græcis esse, & se rectè eo vsum quoque esse: idque exemplis aliorum, qui similibus nominibus etiam alios nefarios ac detestabiles probrosè appellârunt. In altera autem vitâ & mores, & item sermonem ac dicendi genus illius insectatur, ostendens illum meritò ac dignè ista voce cognominari, vtpotè atrum ac detestabilem, & ab alijs quoque similibus antèà appellationibus eodem modo passim notatum: afficta etiam prosopopœia linguæ expostulantis cum illo super abusu & fœdo ministerio cui adhibeatur. Exordiũ longius paulò est ad attentionem ac docilitatem pertinens, captata interim & beneuolentia instituto suo, ab exemplo Archilochi, qui se eodem modo vltus fuerit post exordium prosopopœia Elenchi ex Menandri prologis inducitur, qui argumentum rei & occasionem scripti huius exponit. Titulus alter à materia, de qua

qua tractatur, alter ab ipsius qui accusatur effectu, siue opere sumptus est, quòd falsò de voce Apophradis iudicârat, eamque quasi peregrinam ac barbaram deriserat. Est enim λογιστὴς examinator, ἐξεταστὴς & κριτὴς seu δοκιμαστὴς, vt Hesychius indicat.

SCHOLIA.

Βρωμολόγους à βρομᾶσθαι *fortassè, quod rudere significat, & λέγειν. τροπομάσθλητας, μάσθλητος, voce etiam Aristophanes vtitur pro futili & nequam: vnde hîc τροπομάσθλητα finxit. ῥησιμετρεῖν pro perorare videtur ab affectatoribus poni. αὐτοκρατεῖν, fortassis pro αὐτοφορεῖν. Vnde αὐτεσφορία festum Proserpinæ. σφενδικίζειν, obscurum an à σφενδόνη, cùm oculorum partem, quæ pupillam cingit, significat, accipiendum pro innuere, vt faciunt puellæ petis oculis: an ab eadem voce cùm fibulam & ornamentum muliebre significat. χειροβλημᾶσθαι est manibus contrectare papillas mulierum, id quod βλημάζειν quoque per se significat. Logius Mercurius cognomine dicitur, quasi eloquentiæ præses. De Ialemo Erasmus in Prouerbijs. De Philænide suprà in Amoribus quoque mentio facta est. λεσβιάζειν & φοινικίζειν, obscœnarum rerum verba sunt, à moribus Lesbiarum & Phœnicũ sumpta. Tricaranum, arx siue castellum fuit Argiuorum, vt Suidas, Pollux, Phliasius. θάτερον τῶν πενήτων, Alterũ amicorum: sed θάτερον neutrum est, cùm πενὴς masculino genere ponatur, ἄτερος nominatiuo casu dicitur pro ὁ ἕτερος, non pro τὸν ἕτερον. τριῶν μηνοῖν, Trium mensium tempestas, volo, effundo. In quibus dum affectat Atticus videri, & numeros confundit, & verbis obsoletis vtitur. Bis Coracis. Alludit ad significationem κόρακος, id est, corui. Fuêre autem Tisias & Corax primi inuentores artis Rhetorices, vt & Cicero meminit. Euripides dicere solitus.*

Versiculi Euripidis sunt in Bacchis, ἀχαλίνων
στομάτων ἀνόμοντ' ἀφροσύνας
τὸ τέλος δυστυχία,
&c.

Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀγνοεῖς τοὔνομα τὼ ἀφραδία, παντί που δῆλον. πῶς γὰρ ἂν ἄτιῶ βάρβαρον εἶναί μὲ τὼ φωνῶ, ἐπ' αὐτῷ ἀπόντα ὑπὲρ σοῦ, ὡς ἀποφράδι ὅμοι ἄγης. τὸ δὲ πρόπον σοῦ νὴ Δία μέμνημαι, ἀκάς ἐς τῇ διαύτῃ ἡμέρᾳ, εἰ μὴ κοὴ παντάπασιν ἀνύπνο ἦσθα τὸ ὀνόματο. ἐγὼ δὲ τὼ μὲν ἀφραδία, ὅ,τι τὴ βούλεται εἶναι, διδάξω σὲ μικρὸν ὕστερον. τὸ δὲ Ἀρχιλόχε ἐκεῖνο ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέτληκα τὸ πικρὸ σιωπήσας· ἆρ' τινὰ ποιητῶν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχίλοχον, Πάριον τὸν ψόφο, ἄνδρα κωμῳδῶν ἀνώθρωπον, καὶ παρρησίᾳ σιωπῶντα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσειν ἔμελλε τοὺς πεπιστῆς ἰδιώτους τῇ σχολῇ τῇ ἰάμβων αὐτ. ἱκανὸν τοίνυν πρός τινο τῶν διώτων ἀκούσας λαχανῶς, τέτληκα ἔφη τὸν ἄνδρα ἀληφῶνα δῦ πικρὸ, ἀκάζων ἑαυτὸν τῷ τέτλι-

Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀγνοεῖς τοὔνομα τὼ ἀφραδία, παντί που δῆλον. πῶς γὰρ ἂν ἄτιῶ βάρβαρον εἶναί μὲ τὼ φωνῶ, ἐπ' αὐτῷ ἀπόντα ὑπὲρ σοῦ, ὡς ἀποφράδι ὅμοι ἄγης. τὸ δὲ πρόπον σοῦ νὴ Δία μέμνημαι, ἀκάς ἐς τῇ διαύτῃ ἡμέρᾳ, εἰ μὴ κοὴ παντάπασιν ἀνύπνο ἦσθα τὸ ὀνόματο. ἐγὼ δὲ τὼ μὲν ἀφραδία, ὅ,τι τὴ βούλεται εἶναι, διδάξω σὲ μικρὸν ὕστερον. τὸ δὲ Ἀρχιλόχε ἐκεῖνο ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέτληκα τὸ πικρὸ σιωπήσας· ἆρ' τινὰ ποιητῶν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχίλοχον, Πάριον τὸν ψόφο, ἄνδρα κωμῳδῶν ἀνώθρωπον, καὶ παρρησίᾳ σιωπῶντα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσειν ἔμελλε τοὺς πεπιστῆς ἰδιώτους τῇ σχολῇ τῇ ἰάμβων αὐτ. ἱκανὸν τοίνυν πρός τινο τῶν διώτων ἀκούσας λαχανῶς, τέτληκα ἔφη τὸν ἄνδρα ἀληφῶνα δῦ πικρὸ, ἀκάζων ἑαυτὸν τῷ τέτλι-

AT quòd ignorabas nomen [a] Apophradis (hoc est, diei atri) cuiuis facilè patet. Quomodo enim accusares me ceu barbarum lingua ab hoc quòd de te dixi, Apophradi similem esse te (nam mores tuos memini me cum tali die conferre) nisi prorsus ne audisses quidem nomen hoc? Ego verò ipsam quidem Apophradem, quid sibi velit, quidque significet, paulò pòst docebo te. In præsentia autem Archilochi illud tibi dico, quòd videlicet cicadam [b] ala comprehenderis. si modò de poëta quodam iambico Archilocho audîsti aliquando, quî genere quidem Parius fuerit, cæterùm homo supra modum liber & dicax, neque conuiciari vnquam veritus, etiam si quammaximè molestus futurus esset ijs qui in Iamborũ ipsius ocium incurrerẽt. Ille igitur cùm malè à quopiã istorũ audijsset, cicadam ait comprehendisse hominem alis: comparans seipsum

τίπλιγι ὁ Ἀρχίλοχος, φύσει μὲν λάλῳ ὄντι, καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης, ὁπόταν δὲ καὶ ἡ πίτρα ὑπηχήσῃ, γεγωνότερον βοῶντι. καὶ σὺ δή, ἔφη, ὦ ταλαίπωρον ἄνθρωπε, τί βούλομαι; ποιητῇ λάλῳ προσβάλλεις ἐπὶ σαυτὸν, αἰτίας ἐπιτήδεια καὶ ὑποθήσεις τοῖς ἰάμβοις; ταῦτά σοι καὶ αὐτὸς ἀπειλῶ, εἰ μὰ τὸν Δία τὸν Ἀρχιλόχου ἀκαλῶν ἐμαυτὸν πόθεν; ποῦ γε καὶ δίκαιον, εἰ δὲ μνεία σιωπηλὸς, ἰάμβων ἄξια βιβλιαρίδια, πρὸς ἃ μοι δοκεῖ δὴ ἂν ὁ Ἀρχίλοχος αὐτὸς διαρκέσαι, πρὸς παρακαλοῦντά με τὸν Σιμωνίδην καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμποιεῖν μετ' αὐτῶν· ἐμὲ γὰρ ἔρχεται τῶν πρόσθεν οἱ ταλαίπωροι οὕτω συνεπῶδας ἀπίφνας ἐν πᾶσι βδελυρίᾳ, τὸν Ὀροδοικίδην, καὶ τὸν Λυκάμβην καὶ τὸν Βούπαλον, τοὺς ἐκείνου ἰάμβους. καὶ ἴσως τις ἂν ἐμοὶ χάριν ἀγάγοι τότε

cicadæ Archilochus, insecto videlicet naturâ quidem strepero, & nulla cogente necessitate, vocali: quoties autem etiam ala comprehenditur, altius quiddam stridenti. Tu quoque igitur, inquit, homo infelix, quid tibi vis, qui poëtam loquacem contra te ipsum irritas alioqui causas & materiam iambis suis quærentem? Atque hæc tibi quoque nunc interminor, haud equidem per Iouem me ipsum cum Archilocho conferens, vnde enim hoc possem, vt qui longè adeò inferior illo sim? sed quòd tibi conscius sim, innumera quædam iambis digna abs te in vita perpetrata esse, ad quæ mihi videtur ne Archilochus ipse quidem sufficere, assumpto etiam Simonide & Hipponacte, vt vel vnum aliquod eorum quæ in te sunt malorum describant. Adeò ceu pueros quosdam tecum collatos, malicia superâsti, & Orodœciden, & Lycamben, & Bubalum, quibus iambos ille suos consumit. Atque adeò videtur deus quispiam risum

τότι τὸν γέλωτα ἐπὶ τῇ ἀποφράδι ταύτῃ ἐσχέθαι, ὡς αὐτὸς μὲν Σκυθῶν μαθαφανέστερος γένοιο, μορμολύττῃ ἀπαίδευτος ἄν, καὶ τἄλλα οἷα ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, ἀρχαιότερος ἢ δύνασθαι πρόσχοις τε καὶ τὰ σὰ λόγων ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ, καὶ οἰκοθεν σε ἀκριβῶς ἀδότι, καὶ μηδὲν ὑποστομώτερον τὸ μὴ ἐπὶ πᾶσι τοῦτο ἐξαπίνης. μᾶλλον δὲ ἀκριβῶς, ἃ προθέλεις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἔτι καὶ νῦν, ἐπὶ πολλοῖς τοῖς πρὶν ἐκείνοις. καίτοι μαθητὸν ἴσως, καὶ πρὶν λόγων παιδείας νόμῳ παρέχεσθαι πρὸς σέ· ὅτι γὰρ ἄν αὐτός ποτε βελτίων γένοιο πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν, ἄμαλλον, ἢ ἀνάθαρσε μεταπέσοιεν ἄν, μηκέτι διαῦτα λυπεῖσθαι, ἅπαξ αὐτοῖς συνήθεις γενόμενος. ὅτ' οὖν ἄνακτινα νομίζω τὸν ἀγνοοῦντα ἔτι τὰ ὑπὸ σοῦ τολμώμενα, καὶ ἃ γέρων ἄνθρω-

risum istum tunc labijs tuis immisisse, quando Apophradis huius mentio facta est: quòd videlicet ipse quidem Scythis manifestior fieres, quòd indoctius summopere esses, & communia hæc & ante pedes posita ignorares, principium autem commodum atque aptum orationis contra te instituendæ suppeditares homini libero, & iam olim familiariter te, idq; exactè noscenti, nihilque veriturò quò minus omnia foràs eloquatur: imò verò præconum more proclamat, quæcunque agis noctu & interdiu, etiam adhuc nunc post multa illa superiora ac vetera. At qui frustra fortasis & superuacuum fuerit, certo atque erudiendi modo, ad te dicendi libertate vti. Neque enim ipse vnquam melior futurus facilè es ex ea obiurgatione, non magis quàm scarabæus si monitus sit, vt ne amplius in stercora huiusmodi volutet, cùm ille semel istis assueuerit. Neque etiam quenquam esse arbitror, qui adhuc ignoret ea quæ tu ausus aliquando fueris, quæq;

ἄνθρωπ' ἐς ἑαυτὸν πρᾶνο-
μεῖς, οὐχ ὅτως ἀσφαλὴς, ὅλ' ἀ-
φανὴς βλαπερὸς ἂ· ὅλ' οὐδὲ τά τι-
σ' τοῦ ἀφελοῦντ' οὐδὲ τοῦ πε-
ποιηκὼς, ὡς φανερὸς γένοιο, μαν-
θάνει δ' ὤν, εἰ μή τις ἄρα ἐξ Υ-
περβορέων ἄρτι ἐς ἡμᾶς ἥκοι,
ἢ ἐς τοῦτον Κυμαῖ' ἄνη, ὡς
μὴ ἰδὼν, ὠθὺς ἐλέγχει ὄνον
ἅπάντων ὑβριστότατόν σ' ὄν-
τα, μὴ πρὶν μάνας ὀχομένου,
πρὸ ἑτι ἀκούσας. οὕτω πάλαι
κεἰς ἐμοῦ, κἀπὸ παρὰ πᾶσι, κἀπὸ πολλάκις λελάρυκται
τὰ σά, κἠ λόξαν οὐ μικρὰν ἔ-
χεις ἐπ' αὐτοῖς ὑπὲρ τὸν Αι-
φρονέλλω, ὑπὲρ † Συβαρίτην
Μίσθωνα, ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖ-
νον Βάσσαν, τὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοί-
οις σοφόν. ῥητέον δ' ὅμως, εἰ
καὶ ἑωλα λόξω λέγειν, ὡς μὲ
ἀτίαν ἔχοιμι μόν' αὐτὰ ἀ-
γνοεῖν. μᾶλλον δ' παρακινδύ-
νου ἡμῖν τῶν Μενάνδρου πολόγων
εἷς, ὁ ἔλεγχος, φίλος ἀλη-
θείᾳ

homo ætate iam cõfectus in te ipsum iniquè delinquis. Non ita tutus, neque obscurè adeò malus es, neque etiam opus quopiam est qui tibi pellem leoninam detrahat, vt manifestus fias. Canthelius siue Asinus tantus existens: nisi verò quis ex [d] Hyperboreis paulò antè ad nos huc profectus sit, aut in tantum [e] Cumanus existat, vt non statim conspectum te, asinum omnium contumelioſisimum agnoscat, non expectato dum rudentem etiam audiat. Ita iam olim & à me, & apud omnes, & sæpe, res tuæ proclamatæ sunt, & famam inde haudquaquam exiguam nactus es, supra Ariphraden adeò, & supra Sybaritam Misthonem, & supra Chium illum Bastan, qui ijsdem in rebus doctus atque excellens fuit. Sed dicendum tamen est, etiam si frigida atque emarcida iam dicere videbor, ne in eam culpam incidam, quasi solus illa ignorem. Imò verò aduocandus nobis Menandri prologorum vnus aliquis, Elenchus videlicet ille, amicus veritatis,

θέᾳ καὶ παῤῥησίᾳ θεὸς, οὐχ ὁ ἀσημότατος τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀναβαινόντων, μόνοις ὑμῖν ἐχθρὸς, οἷς διαβόσι τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, πάντα καὶ ἀλόγως, καὶ ἀφῶς διεξιόντος, ὅπως ὑμῖν σώοις διακεῖσθαι δοκῶ. ὧδε γοῦν ἔχοιτ' ἄν, εἰ ἐθελήσαιμεν ὑμῖν παρασκευὴν οὕτως διηγήσασθαι τοῖς θεατῶν σύμπαντα τοῦ δράματος τὸν λόγον. ἄγε δὴ νῦν, ὦ πρόλογων καὶ δαιμόνων ἄριστε ἔλεγχε, ὅρα ὅπως ἀφῶς προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας, ὡς οὐ μάτην, οὐδὲ ἐπιλαπτιζόμενος, οὐδὲ ἀνοήτοις ποσὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐπὶ τόνδε τὸν λόγον ἀνυπόδητος ἥκω, ἀλλὰ καὶ ἰδιόν τι ἄμυνόμενοι, καὶ τὰ κοινὰ μισοῦντος τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ. ταῦτα μόνα εἰπὸν, καὶ ἀφῶς προδιηγησάμενος, ἵλεως ἄπιθι ἐκ τοσούτων, τὰ δ' ἄλλα ἡμῖν καταλιπὼν· μιμησόμεθα γάρ σε, καὶ διελέγξομεν

tatis, & libertatis deus, haudquaquam obscurissimus ille quidem eorum quī in scenam ascendunt, solis vobis inimicus qui linguam ipsius formidatis, & scientem omnia, & planè enarrantem, quorumcunque vobis conscius est. Plausibile igitur hoc fuerit, si ille voluerit, ante nos ingressus, exponere auditoribus vniuersam fabulæ rationem. Proinde age, ô Prologorum atque deorum optime Elenche, vide vt planè doceas atque informes auditores, quòd videlicet non frustra neque odij conciliandi gratia, neque etiam illotis, quod aiunt, pedibus ad orationem hanc peragendam accessimus: sed cùm vt priuatum quiddam vlciscemur, tum quia illud quod commune est, hominem ob maliciam ac vanitatē odio prosequemur. Atque hæc sola præfatus, ac planè elocutus, propitius abi iterum è medio, cætera verò nobis relinque. imitabimur enim te, & coargue-

ξομεν τὰ πολλὰ, ὡς παῤῥησίας τινὸς ἀληθείας ἕνεκα, μηδενὸς αἰτιάσεσθαί σε, μήτε ἐμοὶ πρὸς αὐτὸς ἐπαινέσαις, ὦ φίλτατε ἐλεγχεῖ, μήτε ἐκείνοις προσόντα προσαχθῆς αὖτως· ἀγῶν ἄξιον, θεῷ ὄντι, ἐπὶ στόμα σοι ἐλθεῖν τὸς περὶ τοῦτο λαταπλύσμων λόγος. ὁ γὰρ Σοφισὴς οὗτος ἔναντία λέγων, ὁ πρόλογος ἤδη φησὶ ταῦτα, ἐς Ολυμπίαν ποτὲ ἥκει, λόγον τινὰ πρὸ πολοῦ συγγεγραμμένον ἐπιδειξόμενος τοῖς πανηγυριστάς. ἐγὼ δὲ ἐπίθεσις τῷ συγγράμματι· ὁ Πυθαγόρας ἐκωλυόμενος ὑπό τινων Αθηναίων, οἶμαι μὲν τῶν ἐν Ελευσινι τελουμένων, ὡς βάρβαρος, ὅτι ἔλεγεν αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας πρὸ τότε ποτὲ καὶ Εὐφορβος γεγονυῖα. ἐτύγχανε δὲ ὁ λόγος αὐτῷ κατὰ τὴν Αἰσώπου λοιδορίαν, συμφορητὸς ὢν ἐκ ποικίλων ἀποπρίων πτερῶν· βεβλημένος δὲ μὴ ἕωλα δόξαι λέγειν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζειν τὰ

mus pleraque, vt & veritatis & libertatis gratia nemo te accusaturus sit. Neque verò me, ô optime, apud ipsos commendaueris, neque rursum quæ illi adsunt, præeffuderis temerè. Non enim dignum est, Deus cùm sis, in os tibi venire verba de rebus execrabilibus adeò ac detestandis facienda. Nam Sophista atque impostor iste dicendo (hæc iam prologus inquit) Olympiam aliquando venit, orationem multò iam antea conscriptam recitaturus ijs qui ad solennem ludorum celebritatem conuenerant. Erat autem argumentum eius scripti. Pythagoras prohibitus aliquando ab Athenijensibus communicare, vt opinor, cum ijs qui Eleusinia sacra peragebant, tanquam barbarus, eò quòd ipse Pythagoras diceret, ante ea tempora etiam Euphorbum

sese fuisse. Cæterùm erat oratio ea ipsius f iuxta Aesopi graculum collectitia, ex varijs alienis pennis consarcinata. Itaq; cùm vellet haudquaquã friuola ac vana dicere videri,

ex no-

τὰ ἐκ τοῦ βιβλίου, δεῖται τῶν συνήθων τινός (ἦν δ' ἐκ Πατρῶν ἐκεῖνος, ἀμφὶ δίκας ἔχον τὰ πολλὰ) ἐπειδὰν αἰτήσῃ τινὰς ὑποθέσεις τοῖς λόγοις, τὸν Πυθαγόραν αὐτῷ πεπλέσθαι. καὶ οὕτως ἀνὴρ ἐποίησε, καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τῶν ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκεῖνον λόγον. ἦν δὴ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ἀρκείσει, συνείρων, οἷον εἰκὸς, ἐκ πολλοῦ ἐσκεμμένα καὶ μεμελετημένα; εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἡ ἀναισχυντία οὖσα, ἐπήμυνε, καὶ χεῖρα ὤρεγε, καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ· γέλως δὲ πολὺς παρὰ τῶν ἀκουόντων. καὶ οἱ μὲν ἐς τὸν Πατρέα ἐκεῖνον μεταξὺ ἀπβλέποντες, ὑπεδήλουν, ὡς οὐ λέληθε συμπράξας αὐτῷ τὴν ῥᾳδιουργίαν, οἱ δὲ καὶ αὐτὰ γνωρίζοντες

ex notis ac familiaribus quẽdam rogat (erat autem homo ille Patrensis genere, circa lites & actiones forenses plerunque versatus) vt postquam dicendi argumentum aliquod postulasset, Pythagoram ipsi statim subijceret. Ac ita tum fecit homo ille, & persuasit theatro, vt orationem illam de Pythagora audirent. Erat igitur, id quod consequens tum fuit, iste quidem ad agendum & exprimendum gestu sermonem, valde ineptus, & à ratione alienus, connectens & agglomerans, vt par est, ea quæ longè antè meditata atque exercitata habuerat, tametsi impudentia, quæ quàm maxima erat, auxiliabatur quoque, ac manum porrigebat, & cum eo vnà certamen obibat. Risus autem ab auditoribus vndique multus. Ac alij quidem ad Patrensem illum interea aspicientes, significationem dabant quòd haudquaquam clam ipsis esset quòd illius ope fallacia & techna hæc composita esset: alij autem etiam

ζοντου τὰ λεγόμενα, παρ' ὅλην τὴν ἀκρόασιν διετέλεσαν, ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἔχοντες, ἀλλήλων πειρώμενοι, ὅπως μνήμης ἔχωσι πρὸς τὸ διαγιγνώσκειν, ὅτου ἕκαστον ἦν τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν ἐνδοκιμησάντων ἐπὶ ταῖς καλουμέναις μελέταις σοφιστῶν. ἐν δὲ τούτοις ἅπασι, καὶ ὁ τὸν λόγον τόν δε συγγράψας ἦν ἐν τοῖς γελῶσι καὶ αὐτός. τί δ' οὐκ ἔμελλε γελᾷν ἐφ' οὕτω περιφανεῖ καὶ ἀπιθάνῳ καὶ ἀναισχύντῳ τολμήματι; καί πως (ἔστι δὲ ἀκρατὴς γέλωτος) ὁ μὲν τὴν φωνὴν ἐντρέψας εἰς μέλος, ὡς ᾤετο, θρῆνόν τινα ἐπηυλεῖτο Πυθαγόρᾳ. ὁ δὲ, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν, ἀνεκάγχασε μάλα ἡδὺ, ὁ ποιητὴς οὗτος ὁ ἐμός. ὁ δὲ εἶδεν ἐπιστραφεὶς, τοῦτο ἐξεπολέμωσε, τότε αὐτοὺς ἔναγχος. ἐνθένδε ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχὴ, μᾶλλον

ipsa ea quæ recitabantur, agnoscentes, per totum illud auscultandi tempus vnum hoc opus agebant, vt se mutuò explorarent quo modo quisque memoria teneret & dignosceret, vnde quicque ex ijs Sophistis qui paulò ante nos celebres fuêre, in declamationibus siue meletis quas vocant, desumptum esset. Porrò inter hæc omnia etiam is qui orationem hanc scripsit, inter ridentes & ipse erat. Cur autem non rideret ob manifestum adeò & ineptum atque impudens facinus? Ac fortè (est enim risus intemperantior paulò) cùm ille voce ad canticum deflexa, lamentationem quandam, vt ipsi videbatur, Pythagoræ, decantaret: hic meus poëta, illud quod vulgò dici solet, Asinum ad lyram, videns, in cachinnum admodum suauem solutus est: quod alter cõuersus aspexit. Et hoc est quòd illos paulò antè inter se inimicos reddidit. Atque hinc erat quidem 8 anni principium, imò

μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη· ἐν ᾗ οἱ Ρωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχὰς τινὰς, καὶ θύουσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστησαμένου τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς, καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις. ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἑορτῇ, καὶ ἱερομηνίᾳ, ὁ τότε γελάσας ἐν Ολυμπίᾳ ἐκεῖνος, ὑπὸ τοῦ ὑποβολιμαίου Πυθαγόρᾳ ἰδὼν πρεσιόντα τὸν καταπτυστὸν καὶ ἀλαζόνα, τὸν τῶν ἀλλοτρίων λόγων ὑποκριτὴν (ἐτύγχανε δὲ καὶ τὸν τρόπον ἀκριβῶς εἰδὼς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἄλλην ἀσέλγειαν, καὶ μιαρίαν τοῦ βίου, καὶ ἃ ποιεῖν ἐλέγετο, καὶ ἃ ποιῶν κατείληπτο) ὅρα ἡμῖν, ἔφη πρός τινα τῶν ἑταίρων, ἐκτρέπεσθαι τὸ δυσάντητον τοῦτο θέαμα, ὃς φανεὶς ἔοικε τὴν ἡδίστην ἡμέραν, ἀπροφράδα ἡμῖν ποιήσειν. τοῦτ'

imò verò tertia dies à nouilunio magno, quando Romani iuxta veterum consuetudinem & ipsi preces quasdam pro toto anno faciunt, & sacrificia peragunt pro eo ac ipsis rex Numa sacrificandi ritus hos constituit, persuasiq; sunt quòd eo potissimùm die votis ac precibus Dij vacent, atque animum aduertant. In hoc igitur festo, & calendis solennibus ridens Olympiæ tum ille, sub Pythagora isto supposititio conspicatus accedentem execrabilem & arrogantem istum alienarum orationum histrionem (norat autem & mores eius exactè, & reliquam nequitiam, atque impuritatem vitæ, & quæ facere diceretur, & quæ faciens deprehensus fuerat) tempus ad quendam amicorum inquit, vobis est discedere, atque hoc inauspicatum spectaculum relinquere. Nam homo iste obuiam nobis factus, videtur suauissimum hunc diem in apophradem nobis conuertere.

ζοῦτ' ἀκοῦσας ὁ σοφιστὴς τλὼ ἀφραάδα, ὡς τί ξένον καὶ ἀλλότριον τῶν Ἑλλήνων ὄνομα, ἰχθὺς ἄθυς, καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον γελᾶν ἐμιμεῖτο, ὡς γοῦν ἤκουε, καὶ πρὸς ἅπαντας ἐλεγεν, ἀφραάς. τί δὲ τοῦτό ἐστι, λαχανός τις ἢ βοτάνη τις, ἢ σκεῦος; ἆρα τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων τί ὄντι ἀφραάς; ἐγὼ μὲν οὔτε ἤκουσα πώποτε, οὔτ' ἂν συνείην ποτὲ ὅ,τι καὶ λέγοι ταῦτ' ὁ μὲν οὖν ἤκουε διατὰ τοῦτο διεξιέναι, καὶ πολὺ ἐπῆγε τῇ ἀφραάδι τὸν γέλων, ἐλελύσθαι δὲ διατ' αὐτὸ τὸ ὕστατον τεκμήριον ἀπαιδευσίας ἐκφέρων ἐπὶ τούτῳ. τὸν δὲ τοιοῦτον λόγον σωιγραψῶν, ἐμὲ πρασωίμψας ὑμῖν, ὡς δείξαιτ' ἀοίδιμον σοφιστὴν, τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων ἀγνοοῦντα, καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις καὶ τοῖς καπηλείοις ἀδόκητον. ταῦτα

Quo audito sophista ille mox verbum Apophradis, veluti peregrinum atque alienum à Græca lingua ridere cœpit, & hominem pro superiore illo risu vincisim vltus est, vt quidem ipse putabat, & ad omnes dicebat: Hui Apophras? quid hoc autem est? fructus, an herba aliqua, an instrumentum? num igitur comeditur, an bibitur? quid tandem est Apophras? Nam ego quidem neque audiui vnquam, neque intelligo facilè quid nam etiam sit quod ille dicit. Atque hæc tamen ille quidem putabat se contra hunc valde acerbè dixisse, ac multo adeò risu Apophradem ipsam arripiebat: cæterùm non animaduertebat quòd interim extremum contra seipsum insciitiæ testimonium proferebat. Huius igitur gratia orationem hanc scripsit is qui me huc ad vos præmisit, vt videlicet ostenderet, celebrem istum sophistam, communia illa Græcorum, & quæ illi etiam qui in officinis atq; tabernis sedent, scire solent adhuc ignorare. Hæ-

τα μὲν ὁ ἔλεγχος. ἐγὼ δὲ (ἤδη γὰρ αὐτὸς πρόειμι φράσων τὰ λοιπὰ) δίκαιός εἰμι τὰ ἐκ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος ἤδη λέγειν, οἷα μὲν σε τὰ ἐν τῇ πατρίδι, οἷα δὲ τὰ ἐν τῇ Παλαισίνῃ, οἷα δὲ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, οἷα δὲ τὰ ἐν Φοινίκῃ τῇ Συρίᾳ, ἔτα ἐξῆς, τὰ ἐν Ελλάδι τῇ Ιταλίᾳ, τῇ ἐπὶ πᾶσι, τὰ ἐν Ἐφέσῳ νυνὶ, ἄπερ ἀκροκολιστατα τῆς ἀρνοίας τῆς σῆς, τῇ λοιμώδει τῇ κορωνίδι τῶν τρόπων. ἐπεὶ γὰρ ἰατὰ τῷ παροιμίαν, Ιλιεὺς ὢν τραγῳδοὺς ἐμισθώσω, ἀκριβῶς ἤδη σοι ἀκέσθην τὰ σαυτοῦ ἰακά· μᾶλλον δὲ ταῦτα μὲν μηδέπω, περὶ δὲ τῆς ἀπροφραδιάδος πρότερον. ἐπεὶ γάρ μοι πῶς παυδήμου, τῇ γυναικυλλίδι τῇ λυβίδῃ, πῆ σοι μιμητὸν, καὶ γέλωτος ἄξιον τὸ νόμισμα ἔναγχος ἐλοξώσω ἀπροφράς; τῇ δὴ, ἐγὼ τῷ τοῦ Ελλήνων ἱερέως ἀκμάποθεν ἐπεισκωμάσας ἀνὰ αὐδῆς ἀπὸ τοῦ πῶς Κιμβρῶν ἢ Θρᾳκῶν ἢ Σκυθῶν ἐπιμιξίας· σὺ

ctenus Elenchus ille. Ego verò (iam enim ipse ad reliqua fabulæ peragenda accedo) meritò debebam veluti ex Delphico tripode tandem illa addere, qualia videlicet facta tua in patria fuerint, qualia in Palæstina, qualia in Aegypto, qualia in Phœnicia ac Syria, atque exinde deinceps in Græcia & Italia: & postremò quæ nunc Ephesi facis, quæ quidem vecordiæ istius tuæ quasi quoddam summarium sunt & caput, & coronis morum. Postquam enim [h] iuxta prouerbium, Ilienſis cùm ſis, tragœdos conduxiſti, tempus iam eſt vt propria tua mala audias. Imò verò nondum etiam, ſed de Apophrade priùs. Nam dic mihi [i] per Pandemum, & Genetyllidem, & magnam matrem, quo tandem modo reprehendendum ac riſu dignum videtur nomen Apophradis? Non enim mehercle Græcorum proprium erat, ſed alicunde ex Gallorum, aut Thracum, aut Scytharũ commixtione velut comeſſabundum introductum: tu ve-

σὺ δὲ (ἅπαντα γὰρ οἶσθα τὰ τῶν Ἀθηναίων) ἐξέκλεισας τοῦτο οὐθὺς, καὶ ἐξεκήρυξας τοῦ Ἑλληνικοῦ· καὶ ὁ γέλως ἐπὶ τούτῳ, ὅτι βαρβαρίζω, καὶ ξενίζω, καὶ ὑπερβαίνω τοὺς ὅρους τοὺς Ἀττικούς. καὶ μὴν τί ἄλλο οὕτως Ἀθηναίοις ἐπιχώριον, ὡς τοῦτ' τοὔνομα, φαῖεν ἄν, οἵ γε σοῦ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα εἰδότων, ὥστε θᾶττον ἂν Ἐρεχθέα καὶ τὸν Κέκροπα, ξένους ἀποφήναις, καὶ ἐπήλυδας εἶναι τῶν Ἀθηνῶν ἢ τὴν ἀποφράδα δείξειας, οὐκ οἰκείαν καὶ αὐτόχθονα τῆς Ἀττικῆς. πολλὰ μὲν γάρ ἐστιν, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ ταυτὰ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαζουσιν, ἀποφράδα δὲ μόνοι ἐκεῖνοι τὴν μιαρὰν καὶ ἀπευκτὴν, καὶ ἀπαίσιον καὶ ἄπρακτον, καὶ τοὶ ὁμοίαν ἡμέραν. ἰδοὺ καὶ μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πάρβγον τί βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι,

tu verò (cuncta enim Atheniensium cognita habes) exclusisti illud continuò & velut per præconem è ciuitate Græcorum eiecisti: & ex eo risus iste videlicet, quòd barbarè ac peregrino modo loquor, & transgredior terminos Atticos. At verò quid aliud Atheniensibus ita familiare ac patrium, vti hoc nomen? dixerint illi qui huiusmodi meliùs, quàm tu, sciunt. Quapropter citiùs Erechtheum aut Cecropem peregrinos & aduenas apud Athenienses esse probaueris, quàm Apophradis nomen ostenderis non proprium, aut non inibi natum, & genuinum Atticæ esse. Nam multa quidem sunt quæ & ipsi eodem modo cum cæteris hominibus omnibus appellant: Apophradem autem soli illi atram, & abominabilem, & inauspicatam, & nefastam, tibiq; similem diem vocant. Ecce didicisti iam obiter quoq; significationem Apophradis, & quis dies ater vocetur: quando videlicet neque magistratus de rebus consultant publicè neq;

σι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται, μήθ' ὅλως τι τῶν ἀσίων πυνθάνεται, αὕτη ἀποφράς ἡμέρα. νομίζουσι δὲ ταύτας ἄλλοις τε ἄλλας αἰτίας. ἢ γὰρ ἂν ἀθλητῶν μάχας μεγάλας, ἢ πατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα ἐπιπόνων ἀποβαίνουσι καὶ ἀνύρους τῶν ἐννόμων προέχειν ἔναι, ἢ καὶ νὴ Δία, μὰ τοι ἄκαιρον ἴσως. καὶ ἔξωρόν γε ἤδη, γέροντα ἄνδρα μετὰ παιδιᾶς, καὶ ἀναδιδάσκειν τὰ τοιαῦτα, μηδὲ τὰ τῶν τέτων εἰδότα. παίνυ γοῦν τοῦτ' ὄν τὸ λοιπὸν, ἂν ἐκμάθῃς αὐτὸ, πᾶν ἡμῖν εἰδὼς ἔσῃ. πόθεν γάρ, ὦ οὗτος; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἴσως ἀγνοῆσαι, συγγνώμη, ὁπόσα ἔξω τοῦ κοινοῦ παίδου, καὶ ἄλλα τοῖς ἰδιώταις τῶν ἀποφράδα ἂν εἰδέναι θελήσεις ἄρα, ἄπως ἄποις. ἐν γὰρ τοῦτο καὶ μόνον ἁπάντων

neq; lites in foro disceptantur, neque sacrificia peraguntur, neque quicquam eorum quæ more & auspicato solent, tractatur: is dies Apophras siue ater dicitur. Atque huiusmodi dies apud alios alijs de causis indicti sunt. Aut enim pugna aliqua magna ac graui superati sunt, ac dies exinde tales quibus cladem eam accepêre, pro nefastis & inauspicatis ad res legitimas gerendas habendos censuerunt: aut mehercle etiam. [k] Atqui ineptum fortasis & intempestiuum vtique iam fuerit dedoceri, ac denuò discere talia virum senem adeò, ne illa quidem quæ his priora sunt, scientem. Proinde hoc omnino reliquum est, & si didiceris ipsum, omnia exinde nobis scies. Vnde enim heus tu? Nam cætera quidem etiamsi ignorare ignoscendum sit, ea videlicet quæ extra communem viam posita, & obscura hominibus priuatis atque indoctis sunt: diem tamen atrum, etiamsi volueris, nominare aliter quàm Apophrada non poteris. Nam hoc vnum ac solum nomen omnium

ἓων τὸνομα ἔσω, φησί τις. ἀλλὰ τῶν παλαιῶν ὀνομάτων τὰ μὲν λικτία, τάδ' ὅ, ὁπόσα αὐτῶν μὲν σιωπᾶσθαι τοῖς πολλοῖς ὡς μὴ ταράττοιμεν τὰς ἀκοὰς καὶ τιπρώσκοιμεν τῶν σιωόντων τὰ ὦτα. ἐγὼ δέ, ὦ βέλτιστε, πρὸς μὲν σὲ ἴσως ταῦτα περὶ οὗ ἀκούων, ἥμαρτον· ἐχρῆν γὰρ, ἐχρῆν ἢ κατὰ τὰ Παφλαγόνων ἢ Καππαδόκων ἢ Βακτρίων πάτρια διαλέγεσθαί σοι, ἕως ἐκμάθῃς τὰ λεγόμενα, καὶ δι' ἀκέραν ἡδονὴν, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησιν, οἶμαι, κατ' Ἑλλάδα γλῶτταν σωθῆναι χρή. εἶτα καὶ τῶν Ἀττικῶν κατὰ χρόνους τινὰς πολλὰ ὑπορρυέντων τῆς αὐτῶν φωνῆς, τοῦτο ἐν οἷς μάλιστα δοῦναι δικαίως ἂν ὑπάρχον τοῖς ἀεὶ, καὶ πρὸς ἅπαντων αὐτῶν λεγόμενον. εἶπον ἂν καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν λεγομένους ὧδε ὀνόματι, ἐὰν μὴ ταύτῃ σε διαταράξειν ἔμελλον, ξένα

mnium positum esse dixerit quispiam. At verò vetustorum verborum alia quidem vsurpanda sunt, aliæ autem non item, quæcunque eorum videlicet non ita multis consueta atque vsitata sunt, vt ne perturbemus auditum, & vulneremus intelligentium aures. Ego verò, vir optime, si ad te quidem verba fecissem, de te ita dicens, peccassem fortassis. Decebat enim, decebat, inquam, aut Paphlagonum, aut Cappadocum, aut Bactrianorum verbis consuetis ac patris tecum loqui, si intelligere deberes quæ dicerentur, & audiendo voluptatem aliquam capere. Cæteris autem Græcis, opinor, secundum Græcam linguam conuersari decet. Deinde etiam Atticis per successionem temporum multa variantibus

in lingua sua, hoc nomen inter præcipua mansit, hoc modo semper & ab omnibus ipsis dictum. Ac sanè commemorarem etiam eos qui ante nostram ætatem eodem nomine vsi sunt: nisi & isto modo perturbaturus te essem,

peregris

ξένα σοι καὶ ἄγνωστα ποιητῶν καὶ ῥητόρων καὶ συγγραφέων ὀνόματα διεξιών. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐγώ σοι τοὺς εἰπόντας ἐρῶ, πάντες γὰρ ἴσασιν· ἀλλὰ σύ μοι ἕνα τῶν πάλαι δείξας οὐ μεχρημένον τοῦ ὀνόματι, χρυσοῦς, φασίν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. καί τοι ὅστις γέρων ὦν, καὶ ἀφῆλιξ τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖ, δοκεῖ μοι, ὅτι καὶ Ἀθῆναι πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ Κόρινθος ἐπὶ τοῦ Ἰσθμῷ, καὶ Σπάρτη ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, μὴ εἰδέναι. λοιπὸν ἴσως, ἐκεῖνό σοι λέγειν, ὡς τὸ μὲν ὄνομα οἴδεις, τὴν δὲ χρῆσιν αὐτοῦ ἄκαιρον ᾐτιάσω. φέρε δὴ, καὶ ὑπὲρ τούτου πρὸς σὲ ἀπολογήσομαι τὰ εἰκότα· σὺ δὲ πρόσεχε τὸν νοῦν, εἰ μὴ πάνυ ὀλίγον σοι μέλει τοῦ μηδὲν εἰδέναι. εἰ οἱ πάλαι πολλὰ τοιαῦτα πρὸ ἡμῶν ἀπέρριψαν ἐς τοὺς τοιούτους ἕκαστοι τοὺς τότε· ἦσαν γὰρ καὶ τότε, ὡς τὸ εἰκὸς, βδελυροί τινες ἐς τὰ ἤθη, καὶ μιαροί,

peregrina & ignota tibi poëtarum, oratorum & historicorum verba recensendo. Imò verò ne ego quidem tibi eos dicam, qui illud vsurpârunt, omnes enim norunt: sed tu contrà si mihi vnum aliquem ex veteribus ostenderis, qui nomine hoc vsus non fuerit, aureus, vt aiunt, in Olympia statueris. Atqui si quis senex adeò & ætate confectus, huiusmodi ignorat, videtur idem mihi quòd Athenæ ciuitas est Atticæ, & Corinthus in Isthmo, & Sparta in Peloponneso, ignorare. Superest igitur fortassis illud tibi vt dicas, ipsum quidem nomen apophradis nosse te, cæterùm vsum eius vt intempestiuum accusasse. Age itaque & de hoc respondebo tibi consentanea: tu verò animum aduerte, nisi omnino parui facis si nihil scire videaris. Nam & veteres huiuscemodi multa ante nos in eos qui tibi similes erant tum, iactârunt. Erant enim tunc quoque (vt est verisimile) moribus abominabiles quidam, & impuri,

ροὶ, καὶ κακοήθεις τὸν τρόπον, καὶ ὁ μὲν Κόθορνόν τινα εἶπεν, ἀκαθὰς αὐτοῦ τὸν βίον, ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιούτοις ἐπιδήμασιν· ὁ δὲ Λυπάλιν, ὅτι τὰς ἐκκλησίας, θορυβώδης ῥήτωρ ὢν, ἐπετάραττεν· ὁ δὲ Ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε, καὶ διεγέλα, καὶ παιδίαν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου. μὴ δῶς οὖν κἀμοὶ, πρὸς Ἀδώνιδος, εἰκάσαι παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἁπαίσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίῳ· ἡμεῖς καὶ τοὺς χωλοὺς τῶν δεξιῶν ἐκτρεπόμεθα, καὶ μαλιστα, εἴ ἕωθεν ἴδοιμεν αὐτούς. κἂν εἴ τις βάκηλον ἢ εὐνοῦχον ἴδοι, ἢ πίθηκον, εὐθὺς ἐξιὼν τὸν οἰκίας, ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει, καὶ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῶν. ἐπὸ πονηρῷ τῶν

puri, & perditi ingenijs. Atque alius quidem [l] Cothurnum quendam appellabat, vitam illius comparatione hac perstringens, vt inconstantem & ambiguam, perinde vt calciamenti genus hoc est. alius autem [m] Lypaên, quòd conciones turbare solebat, orator tumultuosus existens. rursum alius Hebdomam, quòd perinde vt pueri septimanis diebus solent, etiam ille in concionibus luderet & rideret, & serium studiúmque plebis pro ludo ac ioco haberet. Ne dederis itaque & mihi, per Adonidem, comparare hominem perditum & omni maliciæ innutritum, diei atro & inauspicato. [n] Nam nos & claudos ad dexteram declinamus, ac maximè si manè videamus ipsos. Et si quis spadonem aut eunuchum aspexerit, aut simiam quoque egressus domo statim, conuertit pedem, & regreditur: ominans sibi haudquaquam prosperas diei illius res atque actiones fore, præ malo hoc primo & inauspicato omine. A' principio autem

τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ ἐλπηλατισμάτι, ἐν ἀρχῇ δὴ, καὶ ἐν θύραις καὶ ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἐξόδῳ, καὶ ἅπαντα τὸν ἅπαντα τὰς ἐπὶ τοῦ λίαν ἄδον καὶ ἀπόῤῥητα ποιοῦντα καὶ πάσχοντα, ἰσημόρως ἐπὶ τούτῳ καὶ ἀπῤῥήγνυτα, καὶ μονονουχὶ τὸ τῶν ἔργων αὐτῶν ὄνομα ὑφορῶν ἀπατεῶνα, γόητα, ἐπίορκον, ὀλίγορον, ἀλάφωνα, βάραθρον, μὴ φύγῃ μήθ' ἡλίκην τοῦτον ἀφροδίτη ἡμέρα; ἀλλ' ἆρ' οὐ ζῇς; οὐκ ἄρ' ἔξῃ γήϊος, εἰ γὰρ τῷ ἀνδρίαρ οἶδα τῷ σῷ, ὅς γε καὶ μίγα φρονεῖν ἐπὶ τούτῳ μοι δοκεῖς, ὅτι μὴ ἀπόλουταί σοι ἡ δόξα τῶν ἔργων. ἀπὸ πᾶσι δῆλον ἔᾳ, καὶ περιβόητον. εἰ δὲ καὶ ὁμόσε χωρήσας, καὶ ἀρνήσασθαι μὴ ζῇς ἄνα, τίσι πίστα ἐρεῖς; ζῇς πολίταις τοῖς σοῖς; (ἐκεῖθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον) ἀλλ' ἴσασιν ἐκεῖνοι τὰς πρώτας σου προφάς, καὶ ὡς πάραδλους σαυτὸν ὦ ὀλίβριε ἐκείνῳ στρατιώτῃ, συμπεσὼν ἐφθέρης.

autem, & in foribus, & in primo egressu, & mane primo totius anni, siquis videat cinædum, & nefaria perpetrantem pariter & patientem, notum ob hæc, & eneruatum, & tantum non ipso nomine quæ agit, præ se ferentem, deceptorem, præstigiatorem, periurum, pestem, catastam, barathrum: non effugiat, neque talem diei airo comparet? An verò tu talis non es? Haudquaquam negabis, si modò noui fortitudinem tuam istam, qui certè & animum attollere ob hæc mihi videris, videlicet quòd tibi gloria ista rerum tuarum non prorsum perit. Sed ommbus notus es, & passim celebris. Quòd si autem etiam contrà ieris, & inficiaberis talem te esse, cui quæso credibilia ista dices? An ciuibus tuis? nam hinc ordiri æquum est. at norunt illi prima tua incunabula, & quo pacto tradideris teipsum perdito illi militi, & cum eo vnà turpissimè ac flagitiosissimè oberraue-

ρυ πάντα ὑπηρετῶν, ἄχει δή σε, τὸ τοῦ λόγου τοῦτο, ῥαπὸς πολυσχιδὲς ἐργασαμένος, ἐξέωσε. κἀκεῖνα μέμνηται, ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεανιεύου, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκεινόμενος, καὶ συνταγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. οὐδεὶς γοῦν πρὸ τοῦ ἂν εἰσῆλθεν εἰς τὸ θέατρον, οὐδ' ἂν ἐμνύνσεν ὅ, τι τοὔνομα τῶν δράματι, ἀλλὰ σὺ κοσμίως πάνυ, χρυσᾶς ἐμβάδας ἔχων, καὶ ἐσθῆτα τυραννικὴν, περιεσεπέμπου, εὐμενείαν αἰτήσων παρὰ τοῦ θεάτρου, στεφάνους κομίζων, καὶ κρότῳ ἀπιὼν ἤδη τιμώμενος πρὸς αὐτῶν. ἀλλὰ νῦν ῥήτωρ, καὶ σοφιστὴς, καὶ διὰ τοῦτο, ἢν πήθονταί ποτε τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τοῦ ἐκεῖνοι, τοῦτο δὴ τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας, Δύο μὴ ἡλίους ὁρᾷν δοκοῦσι, δισσὰς δὲ Θήβας· καὶ πρόχειρον ἅπασιν εὐθὺς τὸ, Ἐκεῖνος, ὁ τότε, καὶ μετ' ἐκεῖνα. τοιγαρτοι

καὶ

ris, omnia obsequens ac patiens, donec te, ° iuxta prouerbium, pannum lacerum detritum & confectum extrusit. Etiam illa meminerunt, vt est consentaneum, ᵖ quæ in theatro adolescens egisti, quando saltatoribus ac mimis subseruiebas, & in ducendis ordinibus seu choris quasi quidam dux esse cupiebas. Quippe nemo ante te theatrum ingrediebatur, nemo ne nomen quidem fabulæ quod esset, renunciabat, sed tu ornatè admodũ, subligatis aureis crepidis, & indutus veste tyrannica, ante cæteros immittebaris, qui beneuolentiam à theatro postulares, coronas ferens, & cum plausu rediens, honore tandem ab ipsis affectus. At nunc orator es, & sophista: & ob hoc si audiant aliquando talia de te illi, istud ex Tragœdia videlicet, Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas putabunt: & in promptu atque in ore tum omnibus statim notum illud erit: Hiccine ille, qui tum? & quæ post illa sequuntur. Proinde

& ipse

πρὴ αὐτὸς ἢ ποιῶν, ὅτι ἐπιβάνοις τὸ παράπαν, ὅλ' ἐπιχωριάζεις αὐτοῖς, ἀπὸ φόβος ἐκὼν πατρίδα· οὔτε χεῖμα κακὸν, ὅτε θέρα ἀργαλέον, ἀπὸ λαμπρίσιον ἢ μυρίσιον τὴν Φοινίκη ἁπασῶν. τὸ γὰρ εὐεγχρόν καὶ ζοῖς ἐλλόσι καὶ μεμνημένοις πάλαι ἐκείνων σεσῶναι, βραχὺ ὡς ἀληθῶς ἔστι σοι. καίζοι τί ταῦτα λυπῶ; ἵνα γὰρ ἂν ἀληθεύης σύ; τί δ' ἂν αἰσχρὸν ἡγήσαιο τὸ ὑσάτων; πεπυθάνομαι δὲ καὶ κτήματα εἶναί σοι μεγάλα παρ' αὐτοῖς, τὸ δὲ λίσπον ἐκεῖνο πυργίον, ὡς τοῦ Κινώπιος πίθου, πλὴν Διὸς αὐλῆς εἶναι πρὸς αὐτό. τὸς μὲν πολίτας ἐλαμβάνως ἐλαμῶς μεγαπρέπειας ἄν, μὴ οὐχὶ τῶν ἁπάντων βδελυρώτατόν σε ἡγοῦμαι, ὅτε καὶ λοιπὸν ἀπάσῃ τῇ πόλει. τάχα δ' ἂν τὸς ἄλλος τὸς ἐν τῇ Συρίᾳ πολλαχοῦ ὁμοφύλους, εἰ λέγοις μηδὲν πονηρὸν, μὴ δ' ἐπαίτιον βεβιῶσθαί σοι.

Ηρά-

& ipse rectè facis, qui omnino non ascendis ad illos neque in patriam crebrò ventitas, sed fugis illam vltrò: quanquam neque hyeme malam, neque æstate molestam nimis, sed pulchertimam & maximam omnium in Phœnicia ciuitatem. Nam coargui, & cum ijs qui vetera illa sciunt ac meminerunt, conuersari, laqueus reuera tibi est. Sed quid ista frustra nugor? Quem enim tu vnquam veritus fueris? aut quid turpe putaueris eorum etiam quæ extrema sunt? Audio autem & possessiones esse tibi apud illos magnas: nimirum miseram illam turriculam, cum qua Sinopensis illius dolium collatum, Iouis atriũ videri queat. Proinde ciuibus quidem tuis haudquaquam vllo modo persuaseris, vt non omnium detestabilissimum te credant, & commune adeò totius ciuitatis dedecus. Fortassis autem & cæteri habitantes in Syria, eadem de te cum illis testabuntur, si te dicas nihil mali aut reprehensione dignum fecisse.

Ηρακλεις, ἡ μὲν Αντιόχεια καὶ τοῦργον αὐτὸ εἶδεν, ὅτε τὸν Θαρσόθεν ἥκοντα ἐκεῖνον νεανίσκον ἀπαγαγὼν, ἀλλὰ καὶ ἀναδέρειν αὐτὰ, αἰσχρὸν ἴσως ἐμοί. πλὴν ἀλλὰ ἴσασί γε, καὶ μέμνηνται οἱ τότε ὑμῖν ἐπιστάντες, καὶ σὲ μὲν ἐς γόνυ συγκαθήμενον ἰδόντες, ἐκεῖνον δὲ οἶσθα ὅ, τι καὶ ποιοῦντα, εἰ μὴ παντάπασιν ἐπιλήσμων τις εἶ. ἀλλ' οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἴσως ἀγνοοῦσί σε, οἱ μετὰ τοὺς ἐν Συρίᾳ θαυμαστοὺς ἄθλους ἐκείνους ὑποδεξάμενοι φεύγοντα, ἐφ' οἷς εἶπον, ὑπὸ τῶν ἡματιοκαπήλων διωκόμενον, παρ' ὧν ἐσθῆτας πολυτελεῖς πριάμενος, ἐφόδια εἶχες. ἀλλ' οὐκ ἐλάττω σοι ἡ Αλεξάνδρεια συνοίδεν, οὐδὲ μὰ Δί' ἐχρῆν δευτέραν τῆς Αντιοχείας κεκρίσθαι αὐτήν· ἀλλ' ἥτε ἀκολασία γυμνοτέρα, καὶ ἡ αἰσχρουργία σοι ἐκεῖ ἐπιμανεστέρα, καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις μεῖζον, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀκάλυπτος

Nam mehercle Antiochia quidem etiam ipsum istud opus vidit, quando adolescentem illum Tharso venientem abduxisses. Sed & detegere ipsa inhonestum fortassis mihi fuerit. Veruntamen norunt & meminerunt illi qui tum adstabant vobis, atque aspiciebant te quidem in genu inclinatum, illum autem nosti quid facientem quoque, nisi omnino perpetua rerum obliuione laboras. At in Aegypto illi fortassis non norunt te, qui te post præclara ista in Syria certamina, fugientem inde ob ea quæ modò dixi, susceperunt, cùm te vestiarij insequerentur, à quibus vestibus preciosis comparatis, viaticum tum habebas. Sed non minùs Alexandria quoque conscia tibi est. Et per Iouem haudquaquam posteriorem eam Antiochia censeri decebat, nisi quòd proteruitas ista tua manifestior, & turpitudo flagitiorum insanior illic fuit, & nomen ob hæc maius, & super omnia caput

λυπῖος ἡ κεφαλή. εἷς μόνος ἂν ἐπίστευσέ σοι, ἐξαρνῶ γιγνομένῳ μηδὲν τοιοῦτον ἐργάσασθαι, καὶ βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευταῖος μισθοδότης ἀνὴρ ἐν τοῖς ἀρίστοις Ρωμαίων· τοὔνομα δὲ αὐτὸ δώσεις ἀπρεπῶσαί μοι, καὶ ταῦτα, πρὸς πάντας εἰδότας ὃν λέγω. ἐκεῖνος τοίνυν, τὰ μὲν ἄλλα, ὁπόσα ἔτλη ἐν τῇ συνουσίᾳ τωλμηθέντα ὑπὸ σοῦ, τί χρὴ λέγειν; ἀλλ' ἡνίκα σε κατέλαβε τοῦ μειρακίου, τοῦ οἰνοχόου, τοῦ οἰνοπίωνος ἐν γόνασι κείμενον, τί οἴει, ἐπίστευσεν ἄν σοι μὴ εἶναι τοιοῦτον, αὐτὸ τὸ ἔργον ὁρῶν; οὐκ, εἴ γε μὴ πανταπασι τυφλὸς ἦν, ἀλλ' ἐδήλωσε τὴν γνώμην, αὐτίκα ἐξελάσας τῆς οἰκίας, καὶ καθαρσιόν γε, ὥς φασι, περιεγνεγκὼν ἐπὶ τῇ σῇ ἐξόδῳ. Αχαία μὲν γὰρ καὶ Ιταλία πᾶσα ἐμπέπλησται τῶν σῶν ἔργων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δόξης, ὄναιό γε τῆς

put adapertum. Vnus tantùm fuit qui crederet tibi inficias eunti, quòd nihil tale commisisses: ac postremus auxiliator tibi fuit, is qui stipendium dabat, vir inter præcipuos Romanorũ. Nomen autem ipsum permittes mihi vt taceam, & hoc apud omnes eos qui sciunt quem dicam. Ille igitur cætera quidem quæcunque sustinuit in conuersatione illa à te perpetrata, quid attinet dicere? At verò quando te deprehendit in genibus adolescentuli pocillatoris Oenopionis iacentem, quid putas? credidítne tibi talem te non esse, cùm ipsum opus aspiceret? Haudquaquam opinor, nisi prorsus cæcus fuit: verùm apertam voluntatis atque animi significationem dedit, cùm te statim ex ædibus eiecerit, & eas expiamentis quibusdam lustrauerit post exitum inde tuum. Nam Achaia quidem & Italia tota referta est operibus tuis, & fama ea quæ ob illa consecuta est. & sanè gratulor tibi ob tam

πῆς ἀυκλείας. ὥστε πρὸς ζοὺς θαυμάζοντας ἔγωγε τὰ μὲν Ἐφέσῳ νῦν παρόμοια τοῦτο σοὶ, ἐκεῖνο λέγω, ὅπερ ἀληθέστατον, πῶς ἂν οὐ θαύμαζον, εἰ τὰ πρῶτά σου οὐκ ἤλεγχον. καί ζοι καινὸν ἐνταῦθα καὶ τὸ πρὸς τὰς γυναῖκας πεφοιτηκέναι. οὐ περὶ πόλλα οὖν, ὦ ζοῦτε, ἀπέ μοι, ἀρφράδια ὀνομάζεσθαι; ἀλλὰ τί πρὸς Διὸς, καὶ φιλῆσαι ζῶ σόματι πεφύτει ἀξιώσεας ἡμᾶς ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἔργοις; τῷζο γοιῶ τὸ ὑβρεισόταζον ποιεῖς, καὶ μαλισα, πρὸς οὓς ἄκιστα ἐχρῆν, καὶ τὸς ὁμιλητὰς, οἷς ἱκανὰ μόνα τὰ μακὰ τ' σὸ σόματ' ἀρμόττειν, τὸ βάρβαρον τῶν ὀνομάτων, τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, τὸ ἄκρειζον, τὸ ἄτακτον, τὸ παντὶ ἄμυζον, καὶ τὰ ζοιαῦτα· φιλῆσαι δέ σε ἐπὶ ζοῖζοις μὴ γένοιτο, ὦ ἀλεξίκακε. ἀσπίδα μᾶλλον ἢ ἔχιδναν φιλῆσαι, ἄμεινον λέγημα ἐκεῖ, τὸ μινδώσωμα καὶ ἄλγημα

præclaram laudem. Quare ad eos qui mirantur ea quæ nunc Ephesi abs te geruntur, illud equidem dico quod verisimum est, quòd mirum foret si non mirarentur, si prima illa tua opera nossent. Atqui nouum hîc istud videlicet cum mulieribus quoque addidicisti. An'non congruum igitur, dic mihi, fuerit, hominem talem Apophradem appellari? Sed quid, per Iouem? num etiam osculari ore insuper voluisti nos ob talia facta? Istud igitur contumelioſissimè facis, & maximè erga eos quos minimè decebat, sectatores tuos, quibus satis fuerat illa solum mala ab ore tuo percipere, verborum videlicet barbariem, & vocis asperitatem, & indiscretam atque inordinatam enunciationem, & à Musis omnino alienam, & id genus alia: osculari autem etiam te supra hæc, absit, ô malorum auersor Hercules. Nam scutum potiùs aut viperam osculari satiùs fuerit, quòd in morsu ibi omne periculum &

omnis

ἄλγημα, καὶ ὁ ἰατρὸς εἰσκληθεὶς ἐπήμυνεν, ἀπὸ δὲ τοῦ σοῦ φιλήματος, καὶ τοῦ ἰοῦ ἐκείνου, τίς ἂν ἢ ἱεροῖς ἢ βωμοῖς προσέλθοι; τίς δ' ἂν θεὸς ἐπακούσειεν ἔτι εὐχομένου; πόσων πρὶ ῥαντηρίων, πόσων ποταμῶν δεῖ; καὶ τοιοῦτος αὐτὸς ὤν, κατεγέλας τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἔργα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐργαζόμενος. καί τοι ἐγὼ μὲν ἀπροφράδα μὴ εἰδώς, ἠσχυνόμην ἂν μᾶλλον, οὐχ ὅπως εἰπὼν ἀρνηθείην ἄν. σὲ δὲ οὐδεὶς ἠτιάσατο ἡμῶν, βρωμολόγους λέγοντα, καὶ προπομασθλήτας, καὶ ῥησιμετρεῖν, καὶ Ἀθηνιῶ, τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθυμῶ, καὶ ἀνθοκρατεῖν καὶ σφενδικίζειν, καὶ χειροβλημᾶσθαι. κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἐπιτείψειεν αὐτοῖς λόγοις. ποῦ γὰρ ταῦτα τῶν βιβλίων εὑρίσκεις; ἐν γωνίᾳ πῦ τάχα τῶν Ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν κατορωρυγμένα, ὀρῶτος καὶ ἀραχνίων μεστὰ, ἤπου ἐκ τοῦ Φιλαινίδος δέλτων,

omnis dolor, & medicus accersitus facilè illum depulerit: à tuo autem osculo, & veneno isto, quis quæso vel ad sacra vel ad aras accederet? Quis autem deus exaudiret etiam precantem? quàm multis lustrationibus, multisq; fluminibus opus foret? At talis ipse cùm sis, derides alios ob nomina ac verba, cùm tu interim facinora talia ac tanta perpetrare soleas. Atqui ego quidem si Apophradis vocabulum ignorarem, erubescerem potiùs: nedum si dixissem, inficias irem. Te verò nemo nostrûm accusauit adhuc, quòd βρωμολόγους dixeris, & προπομάσθλητας, & ῥησιμετρεῖν, & ἀθηνιῶ, pro Athenas desidero, & ἀνθοκρατεῖν, & σφενδικίζειν, & χειροβλημᾶσθαι. Malũ te malè perdat. [q] *Mercurius Logius, vnà cum ipsis verbis. Vbi enim huiusmodi scripta reperis? In angulo fortassis alicubi alicuius* [r] *ex poëtis istis Ialemo frigidioribus defossa,* [s] *situ & araneis oppleta: aut alicubi ex libris Philænidos,*

δέλτων, ἃς δὲ χειρὸς ἔχεις, τοῦ μὲν τι, καὶ τοῦ τοῦ στόματος ἄξια. ἐπεὶ δὲ τοῦ στόματος ἐμνήσθην, τί φαίης ἄν, εἴ σε ἡ γλῶττα εἰς δικαστήριον προκαλεσαμένη (θῶμεν γὰρ οὕτως) ἀδικήματος, ἢ τὸ μετριώτατον, ὕβρεως διώκοι; λέγουσα· ἐγώ σε, ὦ ἀχάριστε, πένητα καὶ ἄπορον παραλαβοῦσα, καὶ βίου δεόμενον, τὰ μὲν πρῶτα ἐν τοῖς θεάτροις εὐδοκιμεῖν ἐποίησα, νῦν μὲν Νῖνον, νῦν δὲ Μητίοχον, εἶτα μετὰ μικρὸν Ἀχιλλέα τιθεῖσα· μετὰ ταῦτα δὲ, παῖδας συλλαβίζειν διδάσκοντα μακρῷ χρόνῳ ἔβοσκον. ἤδη δὲ καὶ τοὺς ἀλλοτρίους τούτους λόγους ὑποκρινόμενον, τοιαυτὴν εἶναι δοκεῖν ἐποίησα, καὶ τὴν μηδὲν προσήκουσαν δόξαν περιῆψα. τί τοίνυν τιλήκουτον ἔχων ἐγκαλεῖν τοιαῦτά με δατίθης, καὶ ἐπιτάττεις ἐπιτάγματα αἴσχιστα, καὶ ὑπουργίας κατάπτυστους; οὐχ ἱκανά μοι τὰ ἐπὶ

quos in manibus crebrò habes: veruntamen te atque ore tuo digna. Quia autem oris mentionem feci, quid diceres quæso si te in ius vocaret lingua? Fingamus enim hoc pacto, vt te iniuriæ, aut quod modestius paulò foret, contumeliæ accusaret, ita dicens: [t] Ego te, ingratissime, pauperem atque inopem susceptum, & victu quoque carentem, principiò quidem in theatris celebrem feci, nunc quidem Ninum, nunc autem Metiochum, deinde paulò pòst Achillem quoque exhibens. Post hæc autem docentem pueros syllabas nectere, longo tempore alui. Iam autem & alienas istas orationes velut in scena exhibentem, sophistam videri feci, eamq; gloriam tibi, quàm minimè conueniebat, adaptaui. Quid igitur tantum habes quod imputare mihi possis, ob quod adeò contumeliosè me tractas, & iniungis mihi mandata quædam turpissima, & ministeria execratione digna? Non satis mihi sunt

ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἔργα, ψεύδεσθαι καὶ ἐπιορκεῖν, καὶ τὰς τοιαύτας ὕβρεις καὶ λήρους διαπλεῖν, μᾶλλον δὲ τὸν βόρβορον τῶν λόγων ἐκείνων ἐμεῖν; ἀλλ' οὐδὲ νυκτὸς πλὴν ἀκοδαίμονα σχολὴν ἄγειν ἐᾷς, ἀλλὰ μόνη σοι πάντα ποιῶ, καὶ πάσχομαι, καὶ μαίνομαι, καὶ ἀντιγλώσσης, ὃ δὴ καὶ χαίρεις ἀκούσας, καὶ ὥσπερ ἀπορίαν ὑβρίσεως, καὶ ἐπικλύζεις τοιούτοις ἀκοῖς. καλόν μοι ἔργον δεῖ μόνον, τὰ δὲ τοιαῦτα ποιεῖν καὶ πάσχειν, ἄλλοις μέτεστι πεπλασμένως ὥφελε λαμέ τις, ὥσπερ πλὴν τῆς φιλομήλας, ἐκτεμεῖν. μακαριώτερα γοῦν μοι τὰ γλώττια τῶν τὰ τέκνα κατεσθιόντων. πῶς θεῶν, ἂν λέγῃ ταῦτα ἡ γλῶττα, ἰδίαν αὐτῇ φωνὴν λαβοῦσα, καὶ τὸ πάγωνα σιωπηρὸν ἐπικαλεσαμένη τί ἂν ἀρκεῖναι αὐτῇ; ἐκεῖνα διηλυόντι, ἃ καὶ πρὸς τὸν Γλαῦκον ἐναγχος ἔρρητάσθι, ἐπιπαραγμένῳ ἤδη τῷ ἔργῳ

sunt ea quæ per diem fiunt opera nefaria, mentiri puta, & peierare, & tot nugas atque ineptias exhaurire: imò verò cœnum verborum istorum euomere: sed neque noctu me miseram ocium ducere sinis, sed sola ego omnia tibi facio, & proculcor, & contaminor: ac lingua perinde vt manu vti decreuisti, & quemadmodum alienam cõtumelia afficis me, tantisq; malis obruis. Loqui, meum opus solum est: talia autem facere ac pati, quæ tu cogis, aliis partibus iniunctum est. Quare vtinam & me aliquis, ceu philomelæ illam, execuisset. Nam mihi beatiores illorum linguæ videntur, qui liberos suos deuorârunt. Huiusmodi, per Deos, igitur si lingua diceret, propria aliqua assumpta sibi voce, ac barba tua velut patrona aduocata, quid quæso responderes ipsi? Illa scilicet quæ & ad Glaucum nuper abs te dicta sunt, cùm ille te ob opus iam

ἔργῳ ἀτιμότερον, ὡς ἐπὶ τότῳ ἔνδοξος ἐν βραχεῖ, καὶ γνώριμος ἅπασι γεγένησαι. πόθεν ἂν οὕτω ταχέως ἐπὶ τοῖς λόγοις γνώμης; ἀπαγητὸν δέ, ὁποδοῦν γένεσθαι καὶ ὀνομαστὸν εἶναι, ἄτα καταριθμήσεσθαι αὐτῇ τὰς πολλὰς σου προσηγορίας, ὁπόσας κατὰ ἔθνη προσείληφας. ὃ καὶ θαυμάζω, ὅτι τῶν μὲν ἀφροράδια ἐνοχλήσαντα ἀκούσῃς, ἐπ' ἐκείνοις δὲ τοῖς ὀνόμασιν οὐχ ἡγανάκτησας. ἐν Συρίᾳ μὲν ῥοδοδάφνη κληθείς, ἐφ' ᾧ δή, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, αἰσχύνομαι διηγεῖσθαι, ὅσον τό γε ἐπ' ἐμοί, ἀφανὲς ἔτι ἔσται. ἐν Παλαιστίνῃ δὲ φραγμὸς ἐς τὰς ἀκάνθας τὸ πώγωνος οἶμαι, ὅτι ἔνυπλι μιταξύ, ἔτι γὲ ἔξυρόν αὐτόν. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ συναγχή· πρόδηλον τόδε. μικρὸν οὗ φασιν ἀφανιζῶάσι, νεώτης τινὶ τῶν φιλμένων ἐντυ-

actum accusaret, quòd ob hoc celebris breui tempore & notus omnibus factus esses. Vnde ergo ita celebris? ob orationésne redditus? At sufficit quomodocumque clarum ac celebrem esse, deinde connumerare ipsi multas istas appellationes, quas passim apud varias gentes adeptus es. Quò magis etiam miror quòd cùm Apophradem audieris, ægrè tantopere tuleris, ob illa autem nomina nihil indigneris. Nam in Syria quidem Rhododaphne vocatus es: quamobrem autem, ita me Minerua amet, erubesco dicere. quare quantum quidem in me est, obscurum etiam maneat. In Palæstina autem, sepis nomine, ob barbæ opinor spinositatem, quoniam inter opus pungere solebat. adhuc enim tondebas ipsam. In Aegypto vero angina dictus es: quod per se manifestum est. Nam aiunt te propemodum suffocatum esse, cùm in nautâ quendam crassiorem ex ijs qui in onerarijs atque maioribus nauibus sunt, incidis-

ἐντυχόντα, ὃς ἐμπισὼν, ἀπέφραξέ σοι τὸ στόμα. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ βέλτιστοι, ἀνώνυμα τῶν ὀνομάτων ὄντα, ἀλλὰ γράμματος ἑνὸς προσθήκῃ τιμῶντές σε, Ἀτίμαρχον ἀνόμασαν· ἐδόκει γάρ μοι καινόν τι πρέπειν πρὸς τὸ ἐπιτήδευμα. ἐν Ἰταλίᾳ δέ, βαβαὶ, ἡρωϊκὸν ἐκεῖνο ἐπικληθῆς, ὁ Κύκλωψ, ἐπὶ δεῖπνον καὶ πρὸς ἀρχαίαν διασκευὴν, παραυτὰ τὰ τοῦ Ὁμήρου ῥαψῳδήσασα, μὴ σὺ τῷ ἀσχεργίαν ἐπιθυμῆσαι. καὶ αὐτὸς μὲν ἔκειτο μεθύων ἤδη, ἱμασθλιον ἔχων ἐν τῇ χειρὶ, βινητιῶν Πολύφημος· νεανίας δὲ ὑπομισθος, ὀρθὸν ἔχων τὸ μοχλὸν, εὖ μάλα ἀκονημένον, ἐπί σε Ὀδυσσεύς τις ἐπῆλθε, ὡς ἐκκόψων τὸν ὀφθαλμόν.

Καὶ ἐκεῖνο μὲν ἄμμιγα παρὰ δοῖ ἐτράπετ' ἔγχος,
Αἰχμὴ δ' ἐξέλυθεν παρὰ νέκυος ἀνθερεῶνα.

Καὶ γὰρ ἐδόκει ἄλογον, ὑπὲρ σοῦ λίγον-

incidisses: qui tibi postquam imposuisset, etiam ipsum os obturauit. Nam Athenienses quidem, optimi illi, obscurius nomen nullum dedêre tibi, sed literæ vnius appositione te honorantes, u Atimarchum appellârunt. Decebat enim & illud affectatum ac nouum habere te. In Italia autem, papæ, heroicum illud, Cyclops vocatus es, quòd aliquando etiam ad veterem ornatum ac modum illum, iuxta ipsa Homeri poëmata, versibus peragere tu quoque turpitudinem illam affectasses. Ac ipse quidem iacuisti ebrius iam, mulctrale habens in manu, Polyphemus videlicet coire gestiens: Adolescens autem mercede conductus, rectum habens vectem, probè admodum acutum, quasi Vlysses quidam te inuadebat, excussurus videlicet oculum:

Quem tamen haud tetigit, iuxtaq; elabitur hasta,
Et ferit extremum vibrata cuspide mentum.

Neque enim absurdum aut ineptum puto fuerit, cùm de te verba

λέγοντα ψυχρολογῆν. σὺ δὲ ὁ Κύκλωψ, ἀναπεταννὺς τὸ στόμα, καὶ ὡς ἔνι, πλατύτατον μυκησάμενος, ἐδέχου τὴν φλόγα ὑπ' αὐτὸ τὸ γνάθον. μᾶλλον δέ, ὥσπερ ἡ Χάρυβδις ναῦταις, καὶ πηδαλίοις καὶ ἱστίοις, ὅλον ξυτῶν καταπιεῖν τὸν Οὖτιν. καὶ ταῦτα ἐώρων καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἑστῶτες ἐπὶ τῇ ὑπερῴᾳ μία ἐν ἀπορίᾳ, ἢ μίθῳ, καὶ εἰς τὸν ἄκρατον ἐνίφωνες. διὰ τίς σὲ καὶ τοιούτοις ὀνόμασι πλουτῶν, αἰσχύνῃ τὴν ἀποφράδα; πρὸς θεῶν εἰπέ μοι, τί πάσχεις, ἐπειδὰν μακάρια λέγωσιν οἱ πολλοί, Λουβιάδην σε, καὶ Φοινικίδην; ἆρα καὶ ταῦτα, ὥσπερ τὴν ἀποφράδα ἀγνοεῖς καὶ οἷα τάχα που εἰς πανήγυρα πρὸς αὐτῶν; ἢ ταῦτα μὲν δὴ τὸ σώφρονον οἶσθα, τὴν ἀποφράδα δέ, ὡς ἀγνῶτα, μόνην ἀτιμάζεις, καὶ ἀποκλείεις τῶ καταλόγῳ τῶν ὀνομάτων; διαρρῦν δὲ μιμεῖται ὑμῖν τινες τὰς δίκας, ἀπὸ μίκρου

verba faciamus, frigidiora quoque paulò hæc dicere. Tu verò Cyclops ille, diducto ore, & quàm latissimè licebat, hians, sustinebas ab illo tum occæcari tibi maxillam. Imò verò quemadmodum Charybdis quærebas vnà cum ipsis nautis & clauis & velis totum illum absorbere. [x] Vtin, siue Neminem. Atque hæc tum aspiciebant etiam cæterì qui aderant. Deinde postero die vna ea tibi defensio erat, ebrietas, & ad merum confugiebas. His igitur ac talibus nominibus opulentus cũsis, pudore afficeris erga Apophradem. Per deos itaque dic mihi, quo pacto afficeris cum illa quoque dicunt plerique Λιβιάδην & [z] φοινικίδην? num igitur & hæc perinde tu Apophradem ignoras, & existimas fortasis etiam laudari te ab ipsis? An hæc quidem vt consueta familiaria nosti: Apophradem autem vt solam ignotã improbas, & à catalogo verborũ tuorum excludis? Proinde nõ indignas pœnas nobis exoluis, sed etiam

μίχην τὴ τῆς γυναικωνίτιδος πειθόμενον ἔτι πρόσω γῆν, ἐπὶ πολύ τινα γάμον ἐν Κυζίκῳ μνᾶσθαι τὸ λαμυγίας, τῷ μάλα ἐκπεπυσμένῳ πάντα ἢ βελτίονα ἐκείνης γυνὴ, οὐκ ἂν πεισθέμεν, ἔφη, ἀνδρὶ, τὴ αὐτὸν ἀνδρὸς διόμενον. ἅτα ἐν τοιούτοις ὄντι σοι ὀνομάτων μέλει, τὴ γυναικὸς, καὶ τῶν ἄλλων καταπύστων; ἐκότως· ὁ γὰρ ἂν ἅπαντων ὁμοιότατα σοι λέγειν δυνάμεθα. πόθεν; τίς οὕτως ἐν λόγοις μεγαλόζωμος, ὡς ἐπὶ μὴ τὰς πρὰς μοιχὸς, ἀντὶ ξίφους πρίαιναν αἰτῆν. τὸν δὲ Θεόπομπον, ἐπὶ τῷ Τεικαράνῳ λεόντα φάναι, πρὸ λόχιν λόγῳ καθηρηκέναι αὐτὸν τὰς πρόχους τὰς πόλεως· καὶ πάλιν, ἐκπριανῶσαι αὐτὸν τῷ Ελλάδι, τὴ ἓν Κίρβερον ἐν τοῖς λόγοις. πρόσω γὰρ καὶ μύχνον ἅψας, ἰξύτης ἀσκηφόν τινα, οἶμαι, ἀπλωτόν· καὶ ἄλλα μυρία, ὧν οὐκ μεμνῆσθαι ἄξιον, ἢ μόνου ἐκείνου, ὅπερ οἱ ἀκόλουθοι

etiam muliebri consortio, & ad Gynæcéa vsque notus es. Nuperrimè igitur cùm nuptias quasdã Cyzici ambire ausus esses, probè admodum explorata omnia habens optima illa mulier respondit: Haudquaquam, inquiens, virum eum accepero, qui ipse quoq; viro indiget. Et tamen in talibus rebus cõstituto tibi, adhuc verborũ cura est, & rides conspuísque cæteros. Meritò sanè. Neque omnes similia tibi dicere possumus. Vnde enim, aut quis adeò in verbis audax foret, vt contra tres adulteros pro gladio tridentem postulet? De Theopompo autem ob Tricaranum in iudicio agente, dicat tricuspide oratione ipsum confecisse ciuitates præstantiores. Et rursum tridente interfecisse ipsum Græciam: & esse Cerberum in oratione. Nam paulò antè & lucerna accensa quærebas fratrẽ quendam, ni fallor, mortuum, & alia infinita, quorum ne mentionem quidem facere dignum est, excepto solo illo, quod qui audie-

ἀκούσαντες ἀπεμνημόνευον. πλούσιός τις, οἶμαι, καὶ δύο πένητες ἦσαν ἐχθροὶ, εἶτα μεταξὺ περὶ τοῦ πλουσίου λέγων, ἀπέκτεινεν, ἔφης, θάτερον τῶν πενήτων. γελασάντων δὲ, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν παρόντων, ἐπανορθούμενος δὴ σὺ, καὶ ἀνατιθέμενος τὸ διημερτημένον, οὔμενοιν, ἔφης, ἀλλὰ ἅτερον αὐτῶν ἀπέκτεινεν. ἐῶ τὰ ἀρχαῖα, τὸ τριῶν μηνοῖν, καὶ τὸ ἀνηνεμία, καὶ τὸ πέταμαι, καὶ τὸ ἐκχύνειν, καὶ ὅσα ἄλλα καλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐπανθεῖ. ἃ μὲν γὰρ ἐπὸ τῆς πενίας ἐλαυνόμενος ποιεῖς, Αδραστεια φίλη, οὐκ ἄν τινι ὀνειδίσαμι. συγγνωστὰ γοῦν, εἴ τις λιμῷ πιεζόμενος, παρακαταθήκας παρ' ἀνδρὸς πολίτου λαβὼν, εἶτα ἐπιώρκησεν, ἢ μὴν μὴ παρειληφέναι, ἢ εἴ τις ἀναισχύντως αἰτεῖ, μᾶλλον δὲ πρεσαιτεῖ, καὶ λωποδυτεῖ, καὶ τελωνεῖ, οὐ δὴ λέγω ταῦτα· φθόνος γὰρ οὐδεὶς, ἐξ ἅπαντος ἀμύνασθαι τὴν ἀσπορίαν. ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἔτι φορητὸν,

audierunt, memoriæ retulêre. Diues quidam opinor, & duo pauperes erant inter se inimici: postea de diuite loquens, occidit, inquis, θάτερον τῶν πενήτων. Ridentibus autem, vt par erat, ijs qui tum aderant, corrigens videlicet tu, & id quod erratum erat, restituens: Haudquaquam, subijcis, sed ἄτερον αὐτῶν occidit. Omitto antiqua illa: puta τριῶν μηνοῖν, & ἀνηνεμία, & πέταμαι, & ἐκχύνειν, & quæ alia præclara in orationibus tuis effulgent. Nam quæ paupertatis causa facis, ô chara Adrastia, nemini exprobrauero. Ignoscendum enim, si quis fame coactus, deposito à ciue accepto, deierârit se illud haudquaquam accepisse: aut si quis impudenter postulat, imò verò mendicat & furatur, & publicanorum more rapit: haud equidem ista dico. Neque enim inuidia vlla est quoquo modo depellere inopiam. Sed illud intolerabile tandem, pauper

τὸν, πρωὶ τάσι ὄιλα, ἰς μόνας τὰς ζιαύτας ἡδονὰς ἐκχέαι τὰ ἐκ δ ἀνασχιωτίας πλιγιηγνόμενα. πλὶν ἤ γέ τι ἡ ἐπαινέσαι μοι δώσεις πάνυ ἀσείως ὑπὸ σῦ πεπραγμένον, ὁπότε δ Τισίᾳ τῷ τέχνῳ οἶδα, ὡς τὸ δισκόραξ ἔργον αὐτὸς ἐποίησας, ἐξαρπάσας τὸ ἀνοήτου ἐκείνου πρὸ βύτου χρυσᾶς πρίακοντα. ὁ δὲ δὴ Τισίαν, ἀντὶ βιβλίς, πρωτήκοντα ἡ ἑπτακοσίας ἐξήτησε, καταφρωθείς. πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, τὰ μὲν ἄλλα ἐκὼν ἀφίημί σοι, ἐκεῖνο δ μόνον προσείπω. πράττε μὲν ταῦτα, ὅπως σοι φίλον, ἡ μὴ παύσῃ τὰ ζιαῦτα ἐς ἑαυτὸν ποιῶν, ἐκεῖνο δ μηκέτι. ἄπαγε δὲ ὅσιον, ἐπὶ τῷ αὐτῷ Ἑστίαν τὸν ταῦτα δράτιθέντας καλεῖν, ἡ φιλοτησίας πεπίναι, καὶ ὄψων ἅπτεσθαι. ἀλλὰ μὴ δ ἐκεῖνο ἴσω, τὸ ἐπὶ ζοῖς λόγοις φιλήματα, ἡ ταῦτα, πρὸς τὸν ὑπὸ πολλῶν ἀφροράδια σοι ἐργαζόμενον τὸ σῶμα, καὶ παιδιάριον ἅπαξ

per cùm sis, in solas huiusmodi voluptates omnia ea profundere, quæ per impudentiam istam acquiris. Nisi si quid vtique etiam laudare mihi concesseris admodum vrbanè abs te factum, quando cùm Tisiæ artem noris, bis Coracis opus ipse peregisti, subreptis stulti illius senis triginta aureis. Ille autem propter Tisiam pro libro septingentas & quinquaginta drachmas exoluit, deceptus videlicet. Multa adhuc alia possem dicere, sed tamen cætera quidem volens remitto tibi: illud autem solùm adhuc verbis addam. Age ista quidem fac vt tibi lubet, néve desieris huiusmodi in te ipse debacchari: ab illo autem caue. Non enim pium aut fas est, eandem Vestam, eos qui talia committunt, inuocare, & amicitiam præbibere, eadémque obsonia attingere. Sed neque illud, ob verba videlicet oscula: idq; cum ijs qui tibi non multò antè apophradem ipsum os effecêre. Ac postquam semel

ἅπαξ φιλικῶς παραινέσεως ἀρξάμενοι, λελεῖνα, ἀλοκᾷ, ἄφιλε, τὸ μέρος χείρονα τῆς πολιᾶς, καὶ τὸ πιπλῶσθαι μόνα ἰατέα. εἰ μὲν γὰρ νόσος τις ἰσχύει, ἅπαν τὸ σῶμα θεραπευτέον. εἰ δὲ μηδὲν νοσεῖς δι' ὃν, τί σοι βούλεται λαθρᾷ καὶ λεῖα καὶ ὀλισθηρὰ ἐργάζεσθαι, ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι θέμις; ἰκανόν σοι μόνον σοφὸν, ἀποπλαῖ, καὶ τὸ μηκέτι μελάνεσθαι ὡς πρὸς κάλλιμμα ἔχειν τῆς βδελυρείας. φείδου δὴ αὐτῶν πρὸς Διὸς λέγω σοι τοῦτο, καὶ μᾶλλον σοῦ πώγωνος αὐτοῦ, μηδὲ μιαίνῃς ἔτι, μηδὲ ὑβρίσῃς, εἰ δὲ μή, ἐν νυκτί γε, καὶ σιὼ σκότῳ· τὸ δὲ μεθ' ἡμέραν ἄπαγε, λοιμιδῆ ἄγειον, καὶ θηριῶδες. ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἦν σοι, ἀκίνητον πλῆν Καμαείναν ἐᾶν, μηδὲ ἁλαγμὸν ἀφροφάδα· ἀφροφάδα δ', ἢ σοι ἀφροφάδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσεται. ἢ ἔτι πρὸς

semel admonitionem amicam exorsi sumus, etiam illa, si videtur, abs te amoue, vnguento puta canos istos inungere, & pice sola illa quæ scis velli. Nam si morbus quidem aliquis vrgeret, totum corpus curandum foret: nunc autem cùm nihil ægrotas tu huiuscemodi, quid attinet pura ac leuia & glabra illa tibi reddi, quæ ne aspici quidem fas erat? Illud tibi vnum relictum est, qui doctrinam ac sapientiam præ te feras, cani videlicet, & non amplius nigricare. Id tanquam operculum quoddam malitiæ ac detestabilitatis istius sit. Proinde parce ipsis per Iouem, cùm in hoc, tum maximè in barba ipsa, neque polluas hanc amplius, neque contumelia afficias: aut si prorsus hoc nequeas, noctu saltem, & in tenebris: interdiu autem apage. est enim omnino ferum, ac bestiale. Videsne quantò satius fuerat tibi A Camarinam immotam relinquere, neq; Apophradem deridere, quæ tibi Apophradem & atram totam vitam reddiderit? An etiam amplius aliquid desideras? Nam quod ad me attinet,

δεῖ τινος, ὡς τό γε ἐμὸν οὔ ποτ' ἐλλείψει. οὐ δέπω γοῦν οἶσθα, ὡς ὅλην τὴν ἐπεσπάσω, δέον, ὦ παιπάλημα καὶ κίναιδος, ἑποπτήσειν, εἴ τις ἀνὴρ δασὺς, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον μελάμπιγος, δριμὺ μόνον εἰς σὲ ἀπρβλέψειεν. ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελάσῃ, τὸ παιπάλημα καὶ τὸ κίναιδος, ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα, καὶ γρίφους ἀκούσας· ἄγνοστα γάρ σοι τῶν σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. ὥστε ὥρα ἤδη καὶ ταῦτα συκοφαντεῖν, εἰ μὴ τριπλῆ καὶ τετραπλῆ σοι ἡ ἀπρφὰς ἐκτέτικεν. αἰτιῶ δ' οὖν σεαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν· ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀνομίας τὸ τέλος, δυστυχία γίγνεται.

tinet, nunquam quicquam deficiam. Nondũ igitur scis quòd totum attraxisti tibi plaustrum, cũ conueniret, ô pæpalema (id est, omnifariã scelerate) atq; cinæde, vereri te si quis homo hirsutus, & iuxta antiquũ illud, Melampygus, acerbè solũ intueretur te. Fortassis iam hæc quoque ridebis, pæpalema quod dixi, et cinædũ, perinde vt ænigmata quædã & griphos audiens. Ignota enim tibi sunt tuorũ operum nomina. Quare licet tibi iam etiam hæc cauillari, nisi tibi tripla atq; etiam quadrupla Apophras iam parta est. Accuses autem teipsum ob hæc omnia, licet. Nam vt præclarus ille Euripides dicere solitus fuit: Oris indomiti, & stultitiæ & iniquitatis finis, infelicitas esse consueuit.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a APOPHRADIS nomẽ.] *Apophradis vocabulũ in vsu esse. Heniochus enim Comicus fabulam cõscripsit, cui titulus est* ἀποφρὰς, id est, *dies inauspicatus.* Ἀποφράδες ἡμέραι, id est, *nefasti dies. Olim vocabantur inauspicati, & quibus publica non licebat agere: vnde receptũ, vt homines execrandos & abominandæ maliciæ* ἀποφράδας *appellarent, teste versiculo:*

ἄνθρωπος ἀποφρὰς, καὶ βλέπων ἀπιστίαν:

Homo nefastus, & ore perfidum tuens. *Vocat hominem ἀποφράδα. Cic. in Vatin. Omnes, cùm te viderint, tanquã auspicium malum detestãtur,* id est, *ὡς ἀποφράδα. Eadem est autem Græcæ vocis etymologia, quæ Latinæ, παρὰ τὸ φράζω: quòd hanc dictionem ἀποφρὰς perinde ac barbaram vsurpasse Lucianus notatus est à quodam, quam vel hoc vno argumento ἑλληνικοτάτην probare possemus, quòd eam Plato νόμων ζ. in ore habuerit. Item Plutarchus & Dionysius Halicarnas. Antiqui aũt primum mensem & dies impares, dijs cœlestibus consecrabant, Alterum verò mensem & dies pares dijs inferis, in quibus lustrabant sontes, & mortuis parentabant, quos dies inauspicatos, Græci ἀποφράδας, Romani verò nefastos appellabant, quales erant dies mensium postridie Calendas, Nonas & Idus, in quibus Do, dico, & addico, hæc tria verba dicere, Prętori religio & nefas erat. At alios tres mensium dies primarios, Calendarum, Nonarum, & Iduum dijs superis consecrabant, quos fastos quoque appellabant, in quibus sacris operari, & ius dicere fas erat. Hos Numa Pompilius ex Hetruscorum magia Romanos pontifices concipere & statuere docuit. Quos ne sacra vilescerent, populo non diuulgabant, sed horum obseruationem pontifex minor, sacrificiorum regulus plebi in capitolium calate:* id est, *conuocate iuxta Calabram Romuli casam indicebat. b* Ala comprehendisse.] *Archilochus poëta Iambographus, & ad maledicendum egregiè instructus, ad hunc modum respondisse fertur cuidam, à quo fuerat conuicio prouocatus: τὸν τέττιγα πτερῦ συνείλιφας:* id est, *cicadam ala corripuisti & me minimè ex vsu tuo prouocâsti. Est autem huius insecti mira quædam & prodigiosa loquacitas, maximè efferuescente sole. Ergo quemadmodum si cicadam naturà garrulam ala prehendas, clariùs obstrepit, ita si poëtico homini præbeas simultatis occasionem, non modò non tacebit, sed clariùs obstrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuisse, ne quis hominem poëtam sibi faceret inimicum. Et Horatius:*

—genus irritabile vatum,

dixit. Strab. lib. 10. dicit ex Paro natum esse Archilochum. Est autem

autem Paros Cycladum vna in mari Aegæo. c Ante pedes.] *Paßim obuia. Nam ante pedes esse dicitur, quod obuium, quodque præsens adest, vel imminet. Terent. Isthuc est sapere, non quod ante pedes modò est, videre: sed etiam illa quę futura sunt prospicere.* d Hyperboreis.] *ὑπερβόρεος populi Septētrionales, ita dicti quòd supra Boreę flatum siti esse crederentur. De his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12. Pomp. Melam, Diodorum & Festum.* e Cumanus existat.] *Cumanæ sunt in Aeolide supra Lesbum, notati stoliditatis, vt indicat Stephanus.* f. Iuxta Aesopi.] *Aesopi graculus dicitur, qui aliena sibi vsurpat, aliorumq; bonis sese vendicat. Extat Aesopi Apologus inter alios.* g Anni principio.] *In anni exordio, in principio Ianuarij soliti sunt Romani bene auspicari. Meminit & Plinius in Panegyrico, itēq; historiographi.* h Iuxta prouerbium, Iliensis cùm sis.] *Erasmus noster admonet dici, vbi quis vltrò prouocat quempiam, vnde sua audiat probra, veluti si Troiani accersant histrionē, qui ipsis calamitates, quas semel pertulêre, denuò quasi renouet. Idē Lucianus in Piscatore seu reuiuiscentibus. Idē nobis accidit, quod Iliensibus, vt qui istū ceu tragœdum quempiam aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cantet calamitates.* i Per Pandemū.] *Veneris cognomina sunt apud Suidam.* k Atqui ineptum.] *Præcisio.* l Cothurnum quendā appellabat.] *Cothurnus vtriq; pedi aptus est, ob id ad hominē transfertur, qui se ancipitem in duas factiones præbet, quo nomine Theramenes Atheniensis notatus fuit, de quo Xenoph. lib. 2. & Lucianus in Amoribus, Erasmus noster in Adagio: Cothurno versatilior.* m Lypaën.] *Ἀ λύπειν videlicet deducta voce, quod molestare & vexare significat.* n Nā nos & claudos.] *Cùm vario superstitionū genere priscorū hominū animi à pueris statim imbuerētur, tum ea mira in modum illos stultitia occupabat, vt si deformi euipiam viro Aethiopi, Eunucho, manè domo exeuntes primùm occurrerēt, inauspicatū omen putarent. Idem alibi: δυσοιωνιστόν τι καὶ δυσάντητον θεάμα, εἴ τις ἔωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκιάς: Eunuchū fortè fortuna viderit, existimat. Appianus Alexādrinus ἐμφυλίων δ. Plutarchus in Bruto: Imperator quoq; Adrianus ex Mauri occursu maximam sibi calamitatē impendere præsagiuit. Eadem quoq; infe-*

cti vanitate, sepulchra declinabant. Ammianus lib. 31. Aedificijs nullis vnquam tecti, sed hæc velut ab vsu communi discreta, sepulchra declinant. Hodie sunt, qui sic monachos auersantur, vt eorum aspectum non ferant, eos crebrò κακὸν οἰόνισμα vocitantes. o Iuxta prouerbium, pannum lacerum.] *Hominem iam fastiditum & reiectum, ῥάκος πολιχιδὲς appellãt Græci:* id est, *pannum vndiq; lacerum. Sumpta metaphora à veste longo vsu detrita, atque ob id reiecta, cùm noua fuerit in precio.* p Quæ in theatro adolescens egisti.] *Adeò histriones illiberales habiti sunt, vt qui in agendo eorum gestus imitarentur, probrosis appellationibus iactati sint, quod Gell. lib. 1. cap. 5. demõstrat. Accedat, quod edicto prætoris, qui pronunciandi causa in scenam prodijsset, infamia notabatur, vt Iul. retulit, de his qui notantur infamia l. 1. Vlp. autem l. sequenti, ex Pegasi & Neruæ filij responsis, sic interpretatus Prætoris edictum videtur, vt ij duntaxat infames efficiantur, qui præmio conducti, in scenam prodierint. At si reliqui præter mercede cõductos non sint infames, non tamen inter honestas ingenuasque personas referuntur. Recentioribus quoque temporibus Theodos. imp. l. 4. C. de spectacul. scenicis, & lenonibus lib. 11. Histriones viles & inhonestos vocauit. De histrionibus nonnulla Bud. in annot. in Pand. ad l. athletas ff. de his qui notan. inf. Aemil. Prob. in præfatione suorum Imperat. In scenã verò prodire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atq; ab honestate remota ponuntur. Apud Græcos quoque histriones propter improbitates fœditatesq;, quas repræsentabant, viles parumq; honesti habiti sunt.* q Mercurius Logius.] *Mercurij cognomenta multa sunt apud Lucianum, Aristophanem & alios. Sed Logius à disciplinis, & facultate dicendi est appellatus hîc & apud Philostratum & Synesium. Logos enim & sermonem & rationem & studia significat, & multa alia. In apologia pro Mercede conductis dicitur eloquentiæ præses, qui à viris doctis colebatur.* r Ex poëtis Ialemo frigidioribus.] *Erasmus in adagio, Ialemo frigidior.* Ιαλέμῳ *lugubri cantione. Eurip. in Rheso. Idem in Troade:* Ιάλεμος *hymnus lugubris.* s Situ & araneis oppleta.] *Situ & araneis*

araneis oppleta loca dicuntur inania, siue res nullius pretij, aut momenti. Sic Catullus de se ipse iocatus ait, ad Fabium:

Nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum. *Afranius apud Festum: Támne arcula tua plena est aranearum? Plautus in Aulularia:* An'ne quis ædes auferat?
Nam hîc apud nos nihil est aliud quæsti furibus,
Ita inanijs sunt oppletæ atq; araneis. *In Ecclesiastica historia legitur, quod eo tempore quo Gregorius patriarcha Constantinopolitanus & Macarius cum alijs, qui vnâ in Christo naturam & voluntatem asserebant, centũ & quinquaginta præsulum sententia damnati sunt, plurimæ araneorũ telæ, maxima omnium admiratione, in medium populum ceciderẽt. Ex quo significatum est eas hæreticorum sordes araneariũ instar inanes fuisse, eoque conuentu solemni iudicio disiectas esse.* t Ego te, ingratissime.] *Prosopopœia linguæ expostulantis cum abutente.* u Atimarchum appellârunt.] *fortassis enim nomen illius Timarchus fuerat.* x Vtin, siue neminem.] *Cùm Polyphemus ab Vlysse lumine priuatus eum percunctaretur, quod ei nomen esset,* οὖτις *(inquit)* ἐμοὶ γ' ὄνομ' ἐστὶ, *vt tradit Odyss. 9. Hom.* y λεσβιάζειν.] ἢ λεσβίζειν. *Hoc Latini capitibus illudere, aut ecntrà ore morigerari appellant. Sunt qui pro polluere, aut conspurcare accipiunt. Sumptum à moribus Lesbiorum, Erasmus in Chiliad.* z φοινικίζειν.] *Dicebantur vulgò puerorum obscœnis amoribus dediti. Ortũ est autem adagium à spurcissima Phœnicum libidine, quam Græci meritò ἄῤῥητον μίξιν nominant, in primis Plutarchus in vita Cæsaris.* A Camarinam immotam, &c.] Id est, *malũ sibi non accersere, vel cœnum admodum contingere fœtidum. Natum est adagium à palude iuxta oppidum eiusdem nominis in Sicilia. Hæc quum olim pestem genuisset, vetuit eam Deus moueri penitùs, oraculo consulto. Illi non obtemperantes diuino responso, eam repurgârunt. Cessauit quidem pestis, sed per eam ingressis hostibus pœnas neglecti oraculi dederunt. Vide Erasmum in hoc adagio.*

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΠΡΟΣ Ησίοδον, Λυκίνᾳ τῷ Ησιόδῳ.

DISSERTATIO cum Heſiodo, Luciani, & Heſiodi.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

CAuillatio quædam poëtarum eſt, qua Heſiodũ vanitatis atq; mendacij coarguit, quòd cùm iactauerit ſe à Muſis accepiſſe munus hoc, vt carmine celebraret & præterita, & quæ futura eſſent, nihil de futuris, quod quidẽ extet, vaticinatus fuerit: ſiue hoc inuidia quadã fecerit, cõmunicare nolens alijs quę ipſe accepiſſet: ſiue vanitate aliqua, qua cùm nihil tale à Muſis, didiciſſet, ad vulgus tamẽ huiuſcemodi de ſe iactârit. Ad hanc accuſationẽ fingitur poſtea Heſiodus reſpõdere, ac primũ translatione tueri ſeſe, qua cõmuniter poëtæ omnes vti ſolẽt, cauſam eius rei in Muſas reijciendo, ſi quid nouũ, aut incredibile, aut cuius euentus cõſecutus nõ ſit, carminibus ſuis fortè inſertũ habeant. Nam id inſtinctu illo atq; poëtico furore fieri, & multa ſępe, metrorũ quoque gratia, dum in curſu opus eſt, eodẽ ſpiritu illo aſſumi, quorum ratio interdũ reddi ſatis non poſſit. Deinde aũt & abſolutè ſe defendere, recitando ex carminibus ſuis quędã, vbi futurorũ rationẽ & prædictionem nonnihil attigerit. Quę tamen iterũ refutans Lucianus, poſteriora quidẽ oſtendit nõ ſatisfacere definitioni & officio vaticinãdi, cùm quiuis agricola eiuſmodi quoque poſſit, qualia ille prædixerit: priora aũt quę de poëtico furore, & de Muſarum inſtinctu reſpondit, aliquo modo recipit. Porrò fabula vnde occaſio cauillationis huius nata eſt, in principio Theogoniæ habetur. Ibi enim de ſeipſo ait Heſiodus, paſcenti ſub Helicone oues, aſtitiſſe Muſas, & dato ſceptro ex Lauro, inſpiraſſe canendi vim, ἵνα inquit, κλείοιμι πάντ' ἐόντα, πρῶτ' ἐόντα: *hoc eſt*, vt carmine celebraret futura pariter & anteacta.

Ante

Ἀλλὰ ποιητὴν μὲν ἄριστον εἶναί σε, Ἡσίοδε, καὶ τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβεῖν μετὰ τῆς διάφνης, αὐτός τε δεικνύεις, ἐν οἷς ποιεῖς (ἔνθεα γὰρ καὶ σεμνὰ πάντα) καὶ ὑμεῖς πιστεύομεν οὕτως ἔχειν. ἐκεῖνο δὲ ἀπρῆσαι ἄξιον, τί δή ποτε πεπειπῶν ὑπὲρ σαυτοῦ, ὡς διὰ τοῦτο λάβοις τὴν θεσπέσιον ἐκείνην ᾠδὴν παρὰ τῶν θεῶν, ὅπως κλείοις, καὶ ὑμνοίοις τὰ παρεληλυθότα, καὶ θεσπίζοις τὰ ἐσόμενα. θάτερον μὲν καὶ πάνυ ἐντελῶς ἐξεπήνυσας, θεῶν τε γενέσεις διηγούμενος, ἄχρι καὶ τῶν πρώτων ἐκείνων χάους, καὶ γῆς, καὶ ἐρανοῦ καὶ ἔρωτος, ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικὰς, καὶ ὅσα περὶ πλειάδων, καὶ ὅσα περὶ κυαρῶν ἀρότου καὶ ἀμήτου καὶ πλοῦ, καὶ ὅλως, τῶν ἄλλων ἁπάντων· θάτερον δὲ, καὶ ὃ χρησιμότερον ἦν τῶν βίῳ

*Ἀ*T poëtã præstantissimum esse te, Hesiode, & hoc ipsum à Musis vnà cum lauro te accepisse, cùm ipse palàm in ijs quæ à te edita sunt indicas (sunt enim diuina, & admirationis plena omnia) tum nos rem ita se habere constanter credimus. Illud tamen non iniurià nos incertet pendentes animi, quánam re de teipso prædicta, quasi propter hoc diuinum illum cantum à deabus acceperis, vt celebrares ac laudibus illustrares præterita, & futura prædiceres. Quippe alterum excellenter admodum extulisti, Deorum genealogiam percensendo, ad vsque primos illos, nempe chaos, & terram, & cœlum, & amorem. Prætereà autem heroidum matronarumq́ virtutes, tum rei rusticæ instituta, ad hæc quæcunque ad ortum & occasum vergiliarum, & arationis ac messis & nauigandi tempora attinent, breuiter omnia alia pulcherrimè executus es. Alterius autem, quod

βίῳ παραπολὺ, καὶ θεῶν δω-
ρεαῖς μᾶλλον ἐοικός. λέγω
δὲ τὴν τῶν μελλόντων πρα-
γόρευσιν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐξα-
πέφηνας, ἀλλὰ τὸ μέρος τοῦ-
το πᾶν λίθῃ παραδέδω-
κας, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ἢ
τὸν Κάλχαντα, ἢ τὸν Τήλε-
φον, ἢ τὸν Πολύιδον, ἢ καὶ
Φινέα μιμησάμενος, οἳ μὴ
δὲ παρὰ Μουσῶν τούτου τύχον-
τες, ὅμως προθέσπιζον, καὶ
οὐκ ὤκνουν χρᾶν τοῖς δεομέ-
νοις. ὥστε ἀνάγκη τοι, τῶν τριῶν
τούτων αἰτιῶν μιᾷ γε πάντως
ἐνέχεσθαι. ἢ γὰρ ἐψεύσω, εἰ καὶ
πικρὸν εἰπεῖν, οὐχ ὡς ὑποσχο-
μένων τοι τῶν Μουσῶν καὶ τὰ
μέλλοντα προλέγειν δύνα-
σθαι· ἢ αἱ μὲν ἔδοσαν, ὥσ-
περ ὑπέσχοντο, σὺ δὲ ὑπὸ
φθόνου ἀπρόπτεις, καὶ ὑπὸ
κόλπον φυλάττεις τὴν δω-
ρεὰν, οὐ μεταδιδοὺς αὐτοῦς τοῖς
δεομένοις· ἢ γέγραπται μέν
τοι καὶ τὰ τοιαῦτα πολλὰ,
οὐδέ-

*& multo interuallo homi-
num vitæ erat accommoda-
tius & vtilius, Deorumq;
munificentiæ conuenientius,
dico autem futurorum præ-
dictionem, ne principium
quidem attigisti, verùm
eam partem prorsus obli-
uioni traditam silentio in-
uoluisti, nullo modo tua
poësi aut Calchanta, aut
Telephum, aut Polyidum,
[a] aut Phinea imitatus: qui
etsi vaticinandi peritiam à
Musis non sunt consecuti,
multa tamen prædixerunt,
nec eosdem piguit respon-
dere egentibus. Itaque ha-
rum trium causarum vna
te fuisse præpeditum & im-
plicitum valde verisimile
est. Aut enim mentitus es,
quanquam dictu acerbum
hoc sit, Musas tibi fuisse
pollicitas, fore vt futura
queas prædicere. Aut illæ,
quemadmodum polliceban-
tur, futurorum scientiam tibi præstiterunt, tu verò inuidiæ
morbo adductus, acceptum munus à virginibus celas, &
in sinu seruas conditum, neque illius egentes participes
reddere voluisti. Aut ea de re multa tibi conscripta sunt,
sed*

οὐδέπο δὲ αὐτὰ τοῦ βίου παραδέδωκας, οὐκ οἶδα εἰς ὃν καιρόν τινα ἄλλον ταμιευόμενος τὴν χρῆσιν αὐτῶν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδὲ τολμήσαιμ' ἂν εἰπεῖν, ὡς αἱ Μοῦσαι δύο σοι παρέξειν ὑποσχόμεναι, τὸ μὲν ἔδοσαν, ἐξ ἡμισείας δὲ ἀνεκαλέσαντο τὴν ὑπόσχεσιν· λέγω δὴ τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν, καὶ ταῦτα, πρότεραν αὐτὴν ἐν τοῦ ἔπει ὑπεσχημένα. ταῦτα οὖν παρὰ τίνος ἄλλου, Ησίοδε, ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ μάθοι τὶς ἄν; πρέπον γὰρ ἄν, ὥσπερ οἱ θεοὶ δοτῆρσιν ἐάων εἰσὶν, οὕτω δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς φίλοις, καὶ μαθηταῖς αὐτῶν. μετὰ πάσης ἀληθείας ἐξηγεῖσθαι περὶ ὧν ἴσθε, καὶ λύειν ἡμῖν τὰς ἀπορίας. Ησι. ἐνὴν μέν μοι, ὦ βέλτιστε, ῥᾳδίαν ἀπόκρισιν ἀποκρίνεσθαί σοι περὶ ἁπάντων, ὅτι μηδὲν ἐστι τῶν ἐρραψῳδημένων ὑπ' ἐμοῦ ἴδιον ἐμὸν, ἀλλὰ τῶν Μουσῶν· καὶ

sed quæ nondum in lucem edidisti, haud scio in quódnam tempus aliud horum vsum promendum reseruãs. Illud autem nullo modo ausim dicere, quòd cùm Musæ duas res se tibi præstituras promiserint, alterum reddiderint, dimidium autem promissionis negando retractârint. Dico autem rerum futurarum cognitionem, maximè verò ista priores in promittendo partes obtinente. Itaque hæc ipsa alicui ab alio potiùs quàm à te perdiscenda sunt, Hesiode. Valde enim consentaneum est, quẽadmodum Dei bonorũ largitores sunt, sic & nobis amicis atque discipulis vestris quamuerissimè ijs de rebus certitudinem exponere quæ vobis notæ sunt, ac omni nos animi hæsitatione liberare. HESIODVS. *Poteram equidem, ô bone, facile ac promptum responsum respondere super omnibus quæ me interrogâsti, nimirum nihil eorum quæ mihi carminibus decantata sunt, meum esse, sed Musarum.*

καὶ ἐχθῶν ἂν παρ' ἐκείνων τοὺς λογισμοὺς τῶν τε ἀρημμένων καὶ τῶν παραλειφθέντων ἀπαιτεῖν. ἐγὼ δὲ ὑπὲρ μὲν ὧν ἰδίᾳ ἀπισάμην· λέγω δὲ τοῦ νέμειν καὶ ποιμαίνειν, καὶ ἐξελαύνειν, καὶ βλάπτειν, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ποιμένων ἔργα καὶ μαθήματα, δίκαιόν ἂν εἶναι ἀπολογεῖσθαι· ἃ θεὰ δὲ τὰς αὐτῶν ἀφορμὰς, οἷς τι ἂν ἐθέλωσι, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν οἴονται καλῶς ἔχειν, μεταλλάττειν. ὅμως δὲ οὐκ ἀρρύσωπος εἰ καὶ ποιητικῆς ἀστρολογίας· ἐφ' ᾧ, οἶμαι, καὶ παρὰ τῶν ποιητῶν, ἐς τὸ λιπαρώτατον ἀκριβολογουμένους, ἀπαιτεῖν καστὰ τὰ συλλαβὴν ἑκάστην ἐνστιλβῶντος τὰ ἠρημένα, κἂν εἴ τι ἐν τῷ τῆς ποιήσεως ῥόμῳ παραῤῥυὲν λάθῃ, πικρῶς τοῦτο ἐξετάζειν. ἀλλ' εἰδέναι χρὴ ὅτι πολλὰ ἡμᾶς, καὶ τῶν μέτρων ἕνεκα καὶ τῆς ἁρμονίας, ἐπιμβάλλομεν. τὰ δὲ καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ πολλάκις, καὶ

Et æquum fuerat, vt ab illis dictorum neq; non omissorum rationem postulasses. Ego verò super ijs quæ mihi priuatim explorata sunt & comperta, dico autem pecora pascendi & regendi, & à stabulis agendi, & mulgendi rationem, tum etiam si qua sunt alia pastorum opera & officia, me rectissimè tueri posse: cæterùm ipsæ deæ suamunera quibuscunque voluerint, & quantum ea rectè tribui posse existimauerint, præstare consueuerunt. Neque enim opinor oportere à poëtis ad viuum vsque leuia quæque perscrutanter postulare, vt syllabatim omnia exactissimè & dicta & scripta sint. Et si in cursu poëseos aliquid per imprudentiam influens, poëtæ memoriam fefellerit, illud perpendere acerbum est. Sed non ignorandum est. nos poëtas metrorum & concinnitatis gratia nonnihil superuacuum interserere. Quædam verò ipsius carminis te-

λεῖα ὄντα, οὐκ οἶδ' ὅπως παρεδέξατο· σὺ δὲ μέγιστον, ὧν ἔχομεν, ἀγαθῶν ἀφαιρῇ ἡμᾶς, λέγω δὲ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἐν τῷ ποιεῖν ἐξουσίαν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁρᾷς, ὅσα τῆς ποιήσεως καλὰ σκινδαλάμους δὲ, καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις, καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σὺ, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ ἐμοῦ Ὁμήρου κατακνίζουσι, λεπτὰ οὕτω κομιδῇ καὶ μάλιστα μικρὰ ἅπτα διεξίοντες. εἰ δὲ καὶ χρὴ ὁμόσε χωρήσαντα τῇ αἰτίᾳ τὴν ὀρθοτάτην ἀπολογίαν ἀπολογίσασθαι, ἀνάγνωθι, ὦ οὗτος, τὰ ἔργα μου, καὶ τὰς ἡμέρας. εἴσῃ γὰρ, ὅσα ἐν τῷ ποιήματι τούτῳ μαντικῶς ἅμα καὶ προφητικῶς προτεθέσπισταί μοι, τὰς ἀπροβάσεις προδηλοῦντα τῶν γε ὀρθῶς καὶ κατὰ καιρὸν πραττομένων, καὶ τῶν

nis tenor sæpenumerò plana & polita existentia, haud scio quo modo recipiat. At enim tu maximo quo præditi sumus bono, nos violenter dispolias, nempe libertate, ac ea qua in fingendo vtimur facultate. Alios equidem ornatus poëseos, quibus passim culta & compta est, non perspicis: palos autē & spinas quaspiam excerpis, ac ansas intentandæ sycophantiæ studiosè rimaris. Atqui hoc tibi non soli studio est, neque me solùm insectaris, sed & alij non pauci eadem in Homero collega meo flagellant & calumniantur, impensè tenuia & extremè modica quæpiam calumniantes. Porrò autem si causa cedentem me oporteat rectissimam in medium afferre defensionem: age, ô amice, perlege Operum & Dierū opus à me conscriptum. Planè enim comperies quanta in eo ipso poëmate è vatidico & prophetico spiritu prædicta sint, successus manifestante laborum rectè atq; tempe-

τῶν παραλελειμμένων τὰς ζημίας. καὶ τὸ, Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θνήσονται. καὶ πάλιν, ὅσα ἀγαθὰ περίεσται τοῖς ὀρθῶς γεωργοῦσι, χρησιμωτάτη ἐν τῷ βίῳ μαντικῇ νομίζοιτο. Λυ. τοῦτο μὲν οὖν, ὦ θαυμαστὲ Ησίοδε, καὶ πάνυ ποιμενικὸν εἴρηταί σοι, καὶ ἐπαληθεύειν ἔοικας τὴν τῶν Μουσῶν ἐπίπνοιαν, αὐτὸς οὐδ' ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπῶν δυνάμενος. ἡμεῖς δὲ οὐ ταύτην τὴν μαντικὴν παρὰ σοῦ καὶ τῶν Μουσῶν περιεμένομεν, ἐπεὶ τάγε τοιαῦτα, πολὺ μαντικότεροι ὑμῶν οἱ γεωργοί, καὶ ἄριστα μαντεύσαιντ' ἂν ἡμῖν περὶ αὐτῶν, ὅτι ὕσαντος μὲν τοῦ θεοῦ, εὐθαλῆ ἔσται τὰ δράγματα, ἢν δὲ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ, καὶ διψήσωσιν αἱ ἄρουραι. οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ λιμὸν ἐπακολουθῆσαι τῷ δίψει αὐτῶν. καὶ ὅτι οὐ μεσοῦντος θέρους, χρὴ ἀρὸν

tempestiuè factorum ac omissorum dispēdia. Et illud:

Demessas in corbe feres intra horrea fruges,
Et te spectabunt mirantes tritica pauci.

Ac rursus, quanta bona consequantur rus & agros rectè & in tempore colentes. Et hoc sanè vtilissimum in vita vaticinium esse existimatur. LVC. Enimuerò hoc, ô admirande Hesiode, nimiùm pastoraliter à te dictum est, & verè Musarum inspirationem mihi referre videris, quando ipse versiculos tuos aliter tueri nequeas. Nos autem eiusmodi vaticinationem neque à te, neque à Musis expectabamus, quoniam talia longè certiùs nostri nouerunt agricolæ, ac nobis de illis quamoptimè vaticinarentur, fore vt si Iupiter largis imbribus terrā irrigârit, manipuli vberes proueniant: si Solis ardores sata exusserint, & arua sitierint, nihil obstare quò minus & fames illorū sitibundā siccitatē subsequutura sit. Tum quòd æstate media terra aratro subi-

ἀρῦν, ἢ οὐκ ἄν τι ὄφελος γένοιτο, εἰκῇ ἐκχυθέντων τῶν σπερμάτων, οὐδὲ ἀμᾶν χλωρὸν ἔτι τῆς πάχυν, ἢ μενὸν εὑρετίσεσθαι τὸν καρπόν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο μαντείας δεῖται, ὡς ἢν μὴ καλύψῃς τὰ σπέρματα καὶ θβάπων μακέλλην ἔχων ἐπιφοροίη τῆς γῆς αὐτοῖς, καταπτήσεται τὰ ὄρνεα, καὶ πεκαταδεῖται τὴν ἅπασαν τοὺς θέρους ἐλπίδα. τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὴ καὶ ἑποθήκας λέγων οὐκ ἄν τις ἁμαρτάνοι· μαντικῆς δὲ πάμπολυ ἀφδεῖν μοι δοκεῖ, ἧς τὸ ἔργον, τὰ ἄδηλα, καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς καὶ φανερὰ περιγνώσκειν, ὥσπερ τὸ τοῦ Μίνωι πεπεῖν, ὅτι ἐν τοῦ μέλιθος πίθῳ ὁ παῖς ἐστιν αὐτοῦ ἀφπνιγόμενος· καὶ τὸ τοῖς Ἀχαιοῖς πεμηνύσαι τῆς Ἀπόλλωνος ὀργῆς τὴν αἰτίαν, καὶ τοῦ δεκάτῳ ἔτι ἁλώσεσθαι τὸ Ἴλιον· ταῦτα γὰρ ἡ μαντική. ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα εἴ τις αὐτῇ ἀνατιθείη, οὐκ ἂν φθάνοι

subigenda non sit, propterea quòd nulla vtilitas arandi laborem exceptura sit, effusis temerè seminibus. Neque spicas adhuc virides esse demetendas, quippe fructum inanem inuenturos esse rusticos. Sed neque illud valde eget vaticinio, quòd nisi semina inuolueris, & minister rastrum habens, terra obducat illa, auiculas aduolaturas, ac omnem futuræ messis spem intercepturas. Etenim talia si quis agricolarum adhortationes & documenta dixerit, haudquaquam à vero aberrabit: cæterùm à vaticinio mihi longè lateq; esse videntur, cuius opus est, obscura ac nullo modo vspiam apparētia præcognoscere: exempli gratia quòd Minoi prædictum est, in vase mellis pleno eius filium suffocatum iri. Tum Achiuorum quoque proceribus, Apollinis iracundiæ causam præsignificasse, & anno decimo fore vt Ilium captum à Danais excinderetur. Hæc equidem vaticinij officia sunt peculiaria. At si quis & ea quæ tu iactas,

illi

λάμι μάντιμ λέγων. πεῖρῶ γὲ ἢ πεθισπεῖν, καὶ ἄνευ Κασταλίας ἢ λάφνης, ἢ τρίποδος Δελφικῆς, ὅτι ἂν γυμνὸς τὸ λιρύος πιεινοῦ τις ὕοντ' & πεδύτι, ἢ χαλαζῶν]' & ἢ θιῷ, ἢπίαλ' & ὑ μικρὸς ὑπιπτοῦτα ὧ Ζιὸτ', καὶ τὸ ἔτι μᾶλλον τότε μαν]ικώτερον, ὅτι καὶ θέρμη μετὰ ταῦτα, ὡς τὸ ἀκὸς, ὑπιρχνάσι]α. ἢ ἅμα ποσὰ Ζιαῦτα, ἦρ γιλοῖον ἂν εἴη μεμνῆσθαι. ὥστε τὰς μὲν Ζιαῦτας ἀφλογίας ἢ μανθάνας ἄφες, ἐκεῖνο δ', ὃ ἔφηκας ἐν ἀρχῇ, ἐπως παραδέξεσθαι ἄξιον, ὡς ὀλίγα ἥδιστ' λεγομένων, ἅμά τις ἔμπνοια λαμόνι' ἐνεποίει σοι τὰ μέτρα, ὑπάνυ δὲ ἐκείνη βέβαιος ὅσα. ὑγὲ ἂρ]ὰ μὴ ὑπετέλεσ' ὑπισχνημένων, τάδ' ἀτελῆ ἀπολίμπανεν.

illi adscribere voluerit, & ille me quoq; vatem rectissimè dicere poterit: prædicam enim & vaticinabor vel sine aqua Castalia, & lauro, & tripode Delphico, quòd si quis hyberno gelu sæuiente, & ad hæc Ioue pluente & grandinãte nudus obambulauerit, hunc algor nõ modicus inuasurus est: et quod adhuc priorem vaticinij certitudinem longè exuperat, calores quoq; hyberna frigora subsecuturos: aliáq; id genus permulta, quorum meminisse valde ridiculum est. Quare eiusmodi et apologias & vaticinia missa facito: illud autem quod initiò dixisti, fortasse indignũ nõ est suscipere: nempe quòd nihil eorum quæ abs te dicta sunt, noueris, sed afflatus quispiam diuinus suggesit tibi versiculos, neq; ille admodũ firmus existens. Si quidem quædam promissorum non plenè perfecta reddidit, quædam verò inabsoluta prorsus reliquit.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

Hîc Hesiodum de se multa narrantem inducit, eumq; opus suum, Operum & dierum, vt verè rusticum nõ vatem ceciniss̃e festiuo suo more illudit. Quanquã enim profitea-

profiteatur ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐτοῖς θείαν ἵνα κλέομι, πάντ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα: nihil tamen fatidicum, sed præcepta duntaxat de moribus & agricultura leuia & peruulgata tradit.

a AVT Phinea imitatus.] *Hinc Valerius Flaccus lib. 4:* Littora fatidici pœnis horrentia Phinei. *De Phineo quoq; infrà nonnulla dicta sunt in dialogo Menippi & Tyresiæ, nonnulla etiam suprà in Timone.*

ΤΡΑΓΟΠΟ-ΔΑΓΡΑ. *TRAGOPODAGRA.*

Ioanne Sinapio interprete.

ARGVMENTVM.

ARgumentum fabulæ tale est. Peragũt encomium & laudes Podagrę, sacerdotes, potestatẽ deę carminib⁹ celebrãtes. Ad quorũ inuocationẽ cùm ipsa quoq; dea adesset, suumq; numen vt insuperabile & inuictũ prędicaret: nunciatur interea medicos quosdam Syros deam contemnentes, ac vires ipsius eleuantes, medicinam, à patre videlicet acceptam, contra illam vulgò polliceri. Indignata itaq; dea, arrogantiamq; ac temeritatem hominum non ferens, immissis tortoribus suis, miserè illos excruciare atque vexare cœpit. Qui cùm medicina sua frustra adhibita doloris vehementiam atq; acerbitatem ferre non possent, supplicantes deæ, victos sese, artemque suam nullam esse confitentur. Exorata igitur dea tortores suos reuocat, ac victrix palmam refert. Proloquitur podagricus quidam, malum & cruciatum immedicabilem detestãs. Fabula verò in vniuersum idem illud innuit, quod Ouidius cùm inquit:

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

tum quòd & vanitatem Iudæorum ac Syrorum nonnihil taxare videtur, vt qui contra omnes morbos quantumuis incurabiles, medicinam pollicerentur: quale & hodie quidam ex eadem gente vulgò faciunt.

ΠΟΔΑΓΡΟΥ,

ΠΟΔΑΓΡΟΥ, ΧΟΡΟΥ, Ποδάγρας, Αγγέλου, Ιατρῶν καὶ Βασάνων.

PERSONAE: Podagricus, Chorus, Podagra, Nuncius, Medici, Tortores.

LOQVITVR PODAGRICVS.

Trimetri Iambici.



Στυγνὸν οὔνομ' εἰ θεοῖς συγκόμενον, Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον.
ἣν Ταρτάρου ἀνθμωσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' Ἐριννὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει
εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Αληκτὼ γάλα.
τίς τὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθεν ἀνθρώποις βλάβος.
εἰ γὰρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
βροτῶν ὁπηδεῖ, τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ιξίονα
τροχῷ σροβητὸν, οὐδ' Σίσυφον πέτρῳ



Triste nomen, ô dijs odibile, [a] Podagra, [b] lachrymosa, [c] Cocyto sata,
In [d] Tartari specubus opacis edita,
[e] Erinnys vtero quam [f] Megæra suo tulit,
Et vberibus aluit, cuiqúe paruulæ
Amarulentæ, in os lac [g] Alecto dedit.
Ergo [h] quis abominabilem te dæmonum
Produxit in lucem exitio mortalibus?
Quòd si luunt errata [i] manes mortui,
Si luce commissi rationem nox petit,
Nec Tantalus siti, nec Ixion, rota
Volubilis, nec Sisyphus onere lapidis

Crucian-

ἦλθ' ἐκολάσθην ἐν δόμοισι Πλη-
τέως,
ἁπλῶς δὲ πάντας ζῶς ἑαυτῶς
ἀθρακότας,
τοῖς ὧς πεσάπλεμ ἀρθρονη-
δέσιν πόνοις,
ὥς μὲ τὸ λυπρὸν, καὶ ταλαί-
πωρον δέμας,
χειρῶν ἀπ' ἄκρων, εἰς ἄκρας
ποδῶν βάσεις,
ἰχῶει φαύλῳ, καὶ πικρῷ χυμῷ
χολῆς,
πνεύματι βιαίῳ τῷδε διαφέρ-
γον πόρους
ἔσηκε, καὶ μυελὸς ἐπιτείνει
πόνους.
σπλάγχνων δ' ἐπ' αὐτῶν, διά-
πυρον πρὸς ἑλκὸν,
δέινασι φλογμῶν σάρκα πυρ
πολύμβρον,
ὁποῖα πυρητὴρ μιτὸς Αἰτνώδης
πυρὸς,
ἢ Σικελὸς αὐλὼν ἀλιπόρου δια-
φάγῃ,
ὅπῃ δυσειλίκτα ῥυματούν-
μῳ,
σύραγξι πετρῶν σκολιὸς ἀε-
λάτων ἐλυδάμ.
ὦ δυσκμαρτὸν πᾶσιν ἀνθρώ
ποις τέλ,

Cruciandus in [k] Stygij fuit
Ditis domo:
Tuis sed omnes omnium sce
lerum reos
Aptare decuit membrifra-
gis cruciatibus.
Vt corpus affectum & fati-
gatum meum
[l] Manibus ab extremis ad in-
fimas pedum
Plantas, sanie tetra, fluenté-
que [m] fellea
Per membra bile, & impe-
tuoso flamine,
Suis vbique stringitur mea-
tibus
Porisq; clausum me premit
doloribus.
Per ipsa currit ignea pestis
viscera,
Carnemq; vorticibus popu-
latur ignium,
[n] Aetnæ velut crater facibus
exæstuans:
Aut Sicula vallis æquorea-
rum rupium,
Aestibus incuolubilibus, vbi
fluctuans
Sinuosa ruinas vnda scopu-
lorum ferit.

O' omnium mortalium opinionibus

ὡς εἰς μάτην σε πάντων ἀμφιθάλπομεν,
ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.

Incogitabile malum, vt omnes perditè,
o Quicunque vana spe stolidi, te leniter
Mulcere medicariq; cupimus, fallimur.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

HVius podagrici encomij versus sunt Dimetri & Trimetri iambici. Partim acatalectici Archilochij: *id est*, puri & perfecti, tamen legitimè quoq; mixti, vltimum pedem à quo nominantur integrum habentes. Partim catalectici: *id est*, semimutuli, ideò ꝙ vna syllaba in fine deest. Sunt etiam Dimetri Anapestici & hexametri μείουροι: *id est*, excaudati, aut cauda minuti, Saturnij. Inter actus Chori inseruiuntur pro tibicine & concentu. Chorus enim totus est cum cantu & motu & gestu & saltationibus ad tibias: & propriè est multitudo canētium, aut saltantium. Podagrę encomium parentes & patria etymologia: principium & quod illi tempus dicatum. Eius vim nullum pharmacum compescit. Quæ tormēta afferat, quibus se facilem præbeat, & quibus non. Sacra quæ. Quid podagricos consoletur.

a PODAGRA.] *Morbus est qui initium à pedibus sumit, vnde etiam nomen accepit. πόδαγρα autē laqueum significat, quasi ποδὸς ἄγρα: i pedis captura.* *b* Lachrymosa.] *Metonymia, efficiens pro effecto, vt in multis alijs sequentibus. Arthridis autem & podagra, præcipuè mortalibus pestes, animis pariter & corporibus duræ infestæque ab inferis proficisci creduntur, quamq; omnia à Deo dispensari certum est.* *c* Cocyto sata.] *Cocytus inferorum fluuius, à Styge profluens, & nomen habēs ἀπὸ τοῦ κοκύειν, quod est gemere ac lamētari. Virgil. 6. Aeneid.* Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem. *Podager Podagram Cocyti filiam nominat, articularis morbi dolores*

dolores impiorũ cruciatibus non leuiores esse subindicans. Aetius Serm. 12. ex cruditatibus ebrietate immoderato ac intempestiuo rei venereæ vsu, podagram nasci scribit. Extant incerti autoris epigrammata in fine lib. 2. Epigr. Græcorũ, in quibus inuenies Podagræ naturam scitissimè descriptam, nempe q̃ vnguentis, q̃ vino, q̃ coronis gaudeat, quarum rerum omnium inopia laborant pauperes. Qua de causa τῆς πενίης χάλκεον ὀδὲν auersatur, hinc μεσόπτωχον appellat: i. odio habentem pauperes, & tantùm in locupletum ædes diuertit. Podagram hodie diuitum morbum vulgus quoque nostrum appellat, qua tamen eorum diuitiæ domantur, cùm quibus abundant, frui nequeunt. Sed hoc loco libet ascribere Podagræ & Araneæ apologum, à Cælio Secundo Curione nostro in suo Araneo confictum. Araneæ olim peregrè proficiscenti se Podagra comes adiunxit, tametsi passibus ambiguis admodum ægrè illam sequeretur, iamq́ue diei vnius itinere confecto, constitutum inter eos est, vt diuersum hospitem vtraque experiretur. ac Aranea oppidum ingressa, veteris adhuc memor hospitij, in opulenti cuiusdam spaciosas ædes diuertit, vbi statim sua incipit tapeta, aulæaq́ue præpandere. adfuêre protinùs furiæ quædã conuertentes, & quicquid erudita operatione texebat dissipãtes, adeò, vt vix oculatas trygodæmonum scopas posset euadere: misera planè, quę in tanta rerũ omniũ affluẽtia sola egebat, atq; in tam amplis atrijs ne angulũ quidem tutũ inueniebat. Podagra verò pedibus capta, cùm vltra progredi nequiret, in primas se eius oppidi casas dedit: vbi nil non miseriarum experiri, apponi cœnaturienti panis ater cum holusculo vix sale condito: in potum vappa propinari, nisi è proximo riuo petere mallet, vnde sitim restingueret. Sic igitur accepta, lectum sibi poscit exhiberi. Torus ille pro plumea culcitra, stramine plenus ostenditur. In eo suspirãs & gemebũda, se vtcunq; componit. Sed ô q̃ malè membris mollibus & delicatis, cùm tam horridis stragulis, tã duris & barbaris villis cõuenit. Orto igitur augusto illo sidere, quod omnia patefacit, Aranea pariter & Podagra rursum conuenerunt: & prior Aranea magnoperè se diuitis illius barbarie conquesta est: Podagra contrà de hospitis sui egestate, duroq́; victu multa commemorat, Irum eum appellitans. Aranea commemorat

limidas vibices, quas senticosa fulcra tenellæ cuticulæ impresserant. Qua de re posteaquam maturè deliberatum inter ipsas fuit, in hanc pedibus sententiam iuerunt, vt Aranea deinceps pauperum tabernas & tuguria, podagra verò diuitum aulas, regumque turres incoleret. Itaque Podagra instituti nequaquam immemor, pedetentim numosi cuiuspiam domum ingressa, ad obesuli pedes procubuit. quam vbi conspexit hospes humanissimus, Dij boni, qua lenitate, quibus nominibus excepit? Substernuntur olorinæ culcitræ, pluuinis toralibusque Milesiis cubilium fulcra replentur, fernet culina, omnes sunt in officio ministri, qui dapibus mensas onerent (vt Poëtæ verbis vtar) & pocula ponant. Huc capi pingues atque altiles phasiani, pauones, coturnices, turtures, ficedulæ, & aues illæ, quæ binis superbiunt cordibus, conuolant: rhombos, scaros, silurósque prætereo. Lucrina item conchylia, Abidena, ostrea, & quicquid mare lautum & delicatum mittit. Huc vina candida, nigra, purpurea, rubella dulcia, tenera, austera, Cecuba Falerna, Chia, Cretica plenis crateris infunduntur. Taceo mensas secundas à Tarentinis allatas. In summa nihil deliciarum, nihil cupediarum ac voluptatum non exhauritur, vt tam potens dea (est enim Podagra Bacchi Veneriséque filia) cum sororibus suis Chiragra atque Gonagra, molliter quiescat. At Aranea pauperis domum læta petit, telas orditur, textrinæ manibus & pedibus incumbit, venatur nullas insidias, nullius iam formidat insultus, (vt dicam breuiter) vacua in aula dominatur. ac ne erga hospitem suum ingrata videatur, eum à Podagræ insidijs (est enim bellua illa admodum insidiosa, vt quæ nomen non rarò mentiatur, humique serpat) securum tutumque reddit. Si quando tamen Aranea aliud agente, seu calida, seu frigida in ædes irrepserit, haud diu potest cum Aranea consistere. Non igitur mirentur diuites ocioſi, si varijs, & hoc vno præcipuè morbo affecti sapè decumbunt: cùm nec Medicum, nec vera medicamenta admittere velint, laborem, industriam, frugalitatem. Hanc fabulam elegantissimè descripsit Nicolaus Gerbelius. Fastidit autem podagra pauperum frugalitatem, ac tenuem victum, contenta dominis ipsis dominari, & in tyrannos exercere tyrannidem. d Tartari.] Tartarus, siue Tartara,

tara, locus profundissimus inferorum, in quo sontes plectuntur, à ταράττω, conturbo, quòd illic plena sint perturbationis, vel ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν: id est, *à tremore frigoris. Sole enim caret.*

e Erinnys.] *Vna furiarum Infernalium, ἀπὸ τοῦ ἔρρειν τὸν νοῦν:* id est, *à corrumpenda mente.* *f* Megæra.] *Vna quoque furiarum noctis, ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν:* id est, *odisse, seu inuidere.* *g* Alecto.] *Infernalis furia, & Megæræ soror, mentes sibi malè conscias iugiter infestat, nullamq́; ijs requiem permittit.* *h* Quis dæmonum.] *Infernorum & subterraneorum. Caliginosa enim tenent loca, quæ eis quasi carcer est vsque ad tempus iudicij. Dicũtur autem παρὰ τὸ δαιμαίνω:* i. *exterreo & pauefacio. Malos enim omnes statuunt Christiani.* *i* Manes mortui.] *Homerus Odyss. λ. sub persona Vlyssis ea, quæ apud inferos viderat Alcinoo narrantis, & hũc sequuti Virgil. in 6. Aen. Ouid. in 4. Met. Silius in 13. & noster Lucianus ipsos inferos describunt, & pœnas diuersas referunt, quas manes corporibus solutæ persoluunt. Siti & fame supplicio plecti Tantalum faciunt:*

Saxum ingens voluunt alij, radijsq́; rotarum
Districti pendent, *inquit Virgilius. Sisyphus saxum sursum ac deorsum voluit: Ixion rotæ alligatus sceleris sui pœnas dat.* *k* Stygij Ditis.] *Quẽ nos Latinè Ditem vocamus, Græci Plutonem, qui Stygius dicitur, à Stygio infernali palude. Virgil. 6. Aeneid.*

Tu Stygio regi nocturnus inchoat aras.

l Manibus ab extremis.] *Corpus totum significat Homerus Il. ψ: ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς.* i. *à capite vsq; ad calcem. Item Theocrit. in Bucol. καὶ μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν.* Me à capite vsq; pedes lustrauit lumine totũ. *Arthritis autem & podagra fiunt in articulis manuum primò, vnde nomen chiragra, tum etiam pedum, hinc podagra, denique in omnibus ossibus, quæ inter se iuncta sunt, vt alterum sine altero moueri possit. In gutture, in mandibulis, in dentibus, in dorsi spina, & circa pectus.* *m* Fellea bile.] *Omnes ferè sunt calidè, quia sunt inflammationes, & à bile mouentur. Quæ verò ab humore crudo, sunt frigidæ.* *n* Aetnæ velut crater.] *Aetna Siciliæ mons crebris incendijs clarus, eoq́ue nomine à*

Poëtis celebratus. Sed sæpè grauis ac perniciosus accolis. Incendij autem eius causas Iustinus lib. 4. explicat: foramen verò illud, per quod globi ignei & flammæ euomuntur, Crater dicitur. o Quicunque vana spe.] *Pòst, se insuperabilem dicit, quam nec vincere ipse summus omnium Pæon deorum medicus arte sua potest, Apollinisve filius Aesculapius. His in locis significat, podagram nulla ope sanari posse. Quod tamen falsum est, si Celso in lib. 4. credimus ac Plinio, qui eum morbum scribit peregrinum fuisse. Podagræ autem causam legito apud Macrobium lib. 7. Saturnal.*

CHORVS.

Dimetri catalectici omnes.

Χο. ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήλης,	A *Iuga Dindymi Cybeles*
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὴν	*Phryges vlulante voce,*
ἁπαλῷ τελοῦσιν Ἄττει,	B *Tenero frequentare Atti*
καὶ πὲς μέλος κεραύλου,	*Solent,* C *modisq;* D *sistri*
Φρυγίου κατ' οὔρεα Τμώλου,	*Phrygij, super iuga* E *Tmoli*
κῶμον βοῶσι Λυδοί.	F *Comon celebrare* G *Lydi.*
Παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις	*Et perciti furore*
	Resonant suis in armis
κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ	H *Euãtis* I *orgia* K *rhythmis*
νόμον ἐνὰν Κορύβαντες.	*Cretensibus Corybantes*
κλάζει δὲ βείθουσα σάλπιγξ,	*Clangit quoque tuba* L *duro*
Ἀρεῖ κρέκουσα θούρῳ	*Marti, modulans tumultus*
πολεμηίαν Ἀτὴν.	*Depressa bellicosos.*
ἡμεῖς δέ σοι Ποδάγρα,	*Sed nos tui podagra*
πρώταις ἔρασθ' ἐν ὥραις,	M *Mystæ,* N *tibi sacramus*
μύσται τελοῦμεν οἴκτους,	*Ineunte vere luctus:*
ὅτι πᾶς χλοητόκοσι	O *Vbi graminifera passim*
ποίαις τέθηλε λειμὼν,	*Herbis virere prata,*
ζεφύρου δὲ δένδρεα πνοαῖς	*Et in arboribus tenellæ*
εἰπαλοῖς κομᾷ πετήλοις,	P *Zephyro reflante frondes*

Inceperint vigere Q *Malè*

ἃ Ἀ λύσγαμ᾽ ἐκατ᾽ οἴκους
μερόπων θροεῖ χελιδών,
κἀν νύκτ᾽ ἐρ᾽ ἐκαθ᾽ ὕλαν,
τὸν Ἴτυν κνέφ᾽ ἁμερίοις
ἄτυτοις γόοις ἀυδᾷ.

Q Malè nuptáq; cũ per ædes
Hominum sirepẽs hirundo,
R Nocturna perq; lucos
Ityn gemit, querelis
Vbi tristibus philomela.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

A IVGA Dindymi Cybeles.] *Lucianus noster de dea Syria varias recensens opiniones: Alius, inquit, sermo fertur, quẽ ego à viro sapiente audiui, quod Rhea ipsa sit, & templũ Attis opus. Attis quidem Lydus fuit, primus qui sacrorũ ritus, quib. Rhea coleretur, prodidit, & quib. Phryges, Lydi, Samothraces in sacris vterentur, ea ab Atte accepisse. Nam vbi Rhea ipsum castrauit, virilem vitam agere desiit, & muliebrẽ formam assumpsit & vestes. Hactenus Lucianus. Ipsa verò Rhea dicta est Cybele, Dea Phrygia, Dindymene & Berecynthia, à Dindymis & Berecynthio Phrygiæ montibus in quibus colebatur. Vide Catull. de Berecynthia & Atte, cuius fabulam narrat Ouid. 4. Fast. De eo quoq; Diodorus & Eusebius Luciani dialogũ Veneris & Cupidinis. Cybeles porrò ministri ac sacerdotes Attos primò ab Atto Phygio vocatos fuisse, notissimum est, tũ Gallos à Phrygiæ flumine, autore Festo, qui a qui eo bibissent, in eo furere incipiebant, adeò vt se virilitatis parte priuarent, vnde & semiuiri dicti, quia castrati & execti. Postremò Corybates dicti sunt, quia per furorẽ capitis motues comam rotantes, tympanorum pulsu, cymbalorum sonitu, cornuum & tibiarũ cantu, vlulatu futura pronunciabãt & Rheæ sacrificabant, alios item in similem agentes rabiem. A quibus manauit κορυβαντιᾶν: i. Corybantũ more insanire ac furere, diuino quodam spiritu afflari. Horũ verò sacerdotum antistites Archigalli nominabãtur. His quidẽ insanis ac furentib. ministris & sacerdotib. stipes & æra petere moris fuit, vnde turpiter viuerent, vt manifestè mõstrat Lucret. Implebãt em superstitione animos, & exhauriebãt domos. Itidẽ faciũt hodie Franciscani & reliqui mẽdici monachi. Vide Cic. in lib. de Legib.* B Tenero Atti.] *Puero formosissimo, quẽ Cybele casto amore adamauit, eumq; sacris suis præfecit.*

C Modis.] *Modus mensura illa, quam cantores inter canendum obseruare solent.* D Sistri Phrygij.] *Sistrum crepitaculum, quod concussum, argutum sonorumque edat tinnitum, dictū est.* E Tmoli.] *Montis Lydiæ.* F Comum.] *Quidam ex scriptoribus cum Dionysio coniungunt. Hyalicus autem Dionysius vocatus Deus comus: i. comiuiorū & comessationum nocturnarumq; saltationum, vt notat Hesychius. In cuius militia autorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus musicisque instrumentis ad amicarum fores saltandi canendique gratia concurrebant, procaciterque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philostratus τῶν εἰκόνων imagine tertia. Crepalocomus, vinolentorum hymnus, apud Aristophanem in Ranis.* G Lydi.] *Lydiæ regionis Asiæ minoris incolæ.* H Euantis.] *Bacchi. Εὐᾶν enim vnū est ex Bacchi cognominibus. Ab Euantium mulierū vlulatione & clamore impositum. Virgil. 6. Aeneid. de Helene:*

Illa chorum simulans Euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygia—.

Vbi certè Ephanteis Phrygias matres Bacchi furore agitatas vocat. I Orgia.] *Liberi patris & Bacchi sacra fuerunt, quæ præcipuè à mulieribus furore correptis celebrabantur, & quoniam tertio quoque anno fiebant, Trieteria dicta sunt.* i. *triennalia.* K Rhythmis.] *Quid sit rhythmus & eius diuisio, tum quid differat à metro, & quomodo Latini exponāt, vide Iulij Cæs. Scaligeri poëtices lib. 2. qui est Hyle, cap. 2.* L Duro Marti.] *Diophantus Lacedæmonius, qui de sacris deorum scribit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod ἀκροτομόν μοι appellabatur. Si quis enim centum hostes interfeciſſet, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est à duobus Cretensibus, & vno Locro, sicut Sosistrates scribit. Sed postea quam hoc Athenienſibus diſplicuit, cœperunt offerre castratum porcum, quem nephrendem vocabāt, quasi sine renibus. Habuit autem Mars sacerdotes & flamines, qui ab eo Martiales dicebātur.* M Mystæ.] *Initiati tuis sacris, ac tui cultores, tuorumque mysteriorū periti.* N Tibi sacramus luctus.] Ἀρθριτικὸς, id est, *articulorum dolores, & podagricos morbos, quos vere aut autumno*

tino magna ex parte moueri & excitari docent Hippocrates sectionis 3. aphoris. 20. in vernalium enumeratione: Item sectionis 6. Aphor. 53. & Celsus lib. 4. cap. 24. Quod autem magna ex parte dixit Hipp. non temerè est factum. Interdum enim hyeme & æstate morbi podagrici fiunt, sed hoc rarius est. Cur verò in vere & autumno podagrici morbi excitentur, vide commentaria in ipsum Hippocr. præcipuè Galeni. Idem Hippocr. sect. 3. aphor. 22. Dum de autumno loquitur, connumerat coxendicum dolores, qui & ipsi sunt è podagræ genere, vt ipsa podagra continetur inter articulorum morbos. vt 10. de compos. medicam. secundum locos, à Galeno scriptum est, affectus locis duntaxat differentes, & non toto genere. Namque Ισχίας, seu coxendicum dolor ποδάγρα καὶ ἀρθρίτις nihil aliud sunt quàm articulorum dolores à fluxione quapiam orti, vt Aetio visum est capite sexto, libro duodecimo. Cæterùm isti affectus ab oblæsa parte denominati sunt, vt liquet ex Galen. 2. meth. med. Nam si ad inferiores partes facta fuerit fluxio, & pedum articulos repleuerit, padagra vitium nuncupabitur. Si verò in multis corporis articulis innititur, aut per omnes æqualiter articulos fluxio dispergatur, ἀρθρίτιδα Græci, nos articularem morbum appellare consueuimus, ex eiusdem Aetij testimonio. Qui autem ἰσχίον nuncupatum articulum cruciare solet, à Græcis ἰσχίας, velut & qui eo affectu laborant ἰσχιαδικοὶ nuncupantur. O Vbi grammifera.] *graminea. Veris descriptio.* P Zephyro reflante.] *Fauonio occidentali vento. Horatius libro primo epist. ad Mecœnatem. 2:*

Cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima.

Q Malè nupta hirundo.] *Progne. Quod autem nonnulli tradiderunt Philomenam in lusciniam abijsse, Ioannes Grammaticus in Hesiodi commentarijs, non Philomelæ id obtigisse dicit: Ἐ πρόκνη ἀηδὼν γιγονῦια τὸν ἰτὼ ὀδύρεται. & Procne in lusciniam commutata Ityn deplorat. Idem apud Ouid. habemus:*

Sola virum non vlta prius mœstissima mater,
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

Ita & Horatius Flacc. de Procne loquens, quamuis non expresso nomine, Lusciniæ tamen similem dicit:

Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix auis & Cecropiæ domus,
Aeternum opprobrium, quòd malè barbaras
Regum est vita libidines. *Et Catullus eodem modo.*

Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumpti fata gemens Ityli.

Sentit idem doctissimus Probus in Bucolicis. Vide quæ in Alcyone annotauimus, & post, in Menippi & Tiresiæ dialogo. Lucianus autem noster, ad vulgatam fabulam respicit, quæ talis est: Procne Pandionis regis Athenienſium filia & Tereï Thracum regis uxor, qui Philomelæ alteri Pandionis filiæ, sub prætextu visendæ sororis à patre abductæ in itinere vim intulit, vitiatæq; linguam præcidit, ne flagitium cuiquam indicare posset. Verùm illa (uti erat lanificij peritissima) rem omnem quo gesta erat ordine, in tela depinxit, eamq; per famulam ad Procnem sororem misit, quæ quamuis sororis iniuria grauissimè commota, ultionem tamen in orgiorum tempus distulit, quo tempore magna mulierum caterua comitata thyrsisq; & pellibus instructa, sororem carceri eripit, & in regiam perducit, ubi communicato cum illa consilio, Ityn communem filium dilacerauit, patriq; epulandum apposuit, illoq; epulis tam nephandis tam satiato, sub finem cœnæ pueri caput in conuiuium attulit. Quo agnito Tereus furore percitus cum stricto gladio uxorem insequitur, eamq; iam occisurus in upupam commutatur, etiam nunc militarem cristam in capite gerentem, Progne autem in hirundinem, Itys verò in phasianum, Philomela deniq; in auem sui nominis etiam hodie de Tereï iniuria suo cantu conquerentem. Martial. lib. 14:

Flet Philomela nephas incepti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 6. Metamorph. Hirundo sola auium in tectis versatur, nullam adferens utilitatem: plus enim inepto garritu tædij adfert, quàm voluptatis. Est enim minimè canora, sed molesto quodam stridore obstrepit. Sanè κωπίλλη ἡ χελιδών Hesiodo, propter garrulitatem: unde poëta is κωπίλλεσθαι formauit: κωπίλλειν enim garrire est, eoq; cognomento alcs hæc apud Anacreontem & Simonidem appellatur.

tur. & Aristophanes Ran. Musæa hirundinum vocat nugationem nihili, & quæ folijs leuior sit. Nicostratus garrulitatem hanc notat his iambis:

εἰ τὸ συνεχῶς πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν,
ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημος, αἱ χελιδόνες
ἐλέγονται ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

Loqui si indesinenter, multaq; & velociter,
Prudentiam indicaret, vtique hirundines
Fortasse quàm nos sapere dicantur magis. *Hesiodus haudquaquam leuiter, sed ex arte dixit hirundinis loquacitatem lamentationem esse, fabulæ ratione habita, quæ de Pandionis filia fertur:*

τόνδε μετ' ὀρθρογόη πανδιονὶς ὤρτο χελιδῶν.

Quem mane gemens Pandionis exijt hirundo.

ὀρθρογόη exponunt interpretes, clamosa, non autem diluculò flens, cùm hirundo tota clamitet die, non autem manè tantùm aut vesperi, veluti facit luscinia. Hirundinem Græci vocant chelidona, quæ verni temporis indicium est & nostro magis quàm vlla alia volucres contubernio freta, diu nobiscum versatur, nostra omnium maximè familiaris atq; domestica, totam apud nos æstatē agit. Atq; hoc illud est quod Horat. lib. 1. epist. ad Mecœnatē 2. ait: Cum Zephyris & hirundine prima. *Apud Athenæum legas Rhodijs præcipuum fuisse morem sub tempus vernum hirundinem inuitare, idq; χελιδωνίζειν dicebāt. Apud Aristoph. Hirundo chlænam vendere, theristrum emere suadet, præterijsse quipppe hyemem admonitu, adesse verò æstastem.* R Nocturna perq; lucos philomela.] *Luscinia cùm primùm sylua frondibus incipit opacare, diebus ac noctibus quindecim assiduè canit, ab eo verò tempore canit quidem, sed non assiduè.*

PODAGRICVS.

Trimetri Iambici.

Πο. ὤμοι πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδὸς	O' *ægritudinis opifer & comes meæ,*
μοιρᾶν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου	O' *tertiij gerens a Bacule vicem pedis,*

Tremu-

βάσιν τρέμουσαν, καὶ κατίθη-	Tremulum mihi suffulcias
νον τρίβον,	oro gradum,
ἴχνος τὲ βαιὸν ὡς ἐπιστήσω	Iterq; dirigas, leuia & vesti-
πέδῳ.	gia
ἔγειρε τλῆμον γῆα δεμνίων	Firmes pedum, possint vt in-
ἄπο,	niti solo.
καὶ λεῖπε μελάθρων τὴν ὑπώ-	Age miser ex stratis tua mē-
ροφον στέγην.	bra corripe,
σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων νύ-	Et culmen ædium relinque
χιον ἀέρος βάθος,	vmbratile,
μολὼν θύραζε, καὶ πὸς ἡλίου	Nigramqúe ab oculis excu-
φάος,	tiens caliginem,
ἀθόλωτον αὖραν πνεύματος	Prodi foràs, & ad rutilum
φαιδρῦ σπάσον.	Solis iubar
δέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο πὸς	Auram serenam spiritu læ-
πέμπτῳ φάει,	to trahe.
ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος, ἡλίου	Ter quinq; præteriêre nunc
δίχα,	solidi dies,
εὐναῖς ἐν ἀστρότοισι τείρομαι	A' sole cùm procul in tene-
δέμας.	bris abditis
ψυχὴ μὲν οὖν μοι καὶ πεθυμία	Incomposito in lecto cubans
πάρα,	distorqueor.
βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὁρ-	Adest animus, adest volun-
μημένῳ,	tas sæpiùs
δέμας δὲ νωθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ	Vt in pedes me conijciam,
πόθοις.	fores petens,
ὅμως δ' ἐπείγου θυμὲ γιγνώ-	Sed corpus imbecille vota
σκων, ὅτι	deserit.
πτωχὸς ποδαγρῶν, πεειπα-	Atenim propera mea mens,
θεῖν μὲν ἂν θέλῃ,	quoniam te non latet

Egena vita podagrici, qui cùm velit
Obambulare, non queat, viuentium

Hunc

καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.	*Hunc exime numero, & refer inter mortuos.*
ἀλλ' εἶα·	*Sed eia.*
τίνες γὰρ οἱ δὲ βάκτρα νωμῶντες χεροῖν,	*At qui veniũt hîc qui baculos manibus mouent?*
κάρηνα φύλλοις Ἀκτέας καταστεφεῖς,	*Capita coronati β folijs sunt Acteæ,*
τίνα δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;	*Cuiúsve dæmonũ celebrant festum chorum?*
μῶν Φοῖβε Παιὰν, σὸν γραίρουσι σέβας;	*An γ Phœbe Pæan numen extollunt tuum?*
ἀλλ' οὐ στέφονται Δελφίδος φύλλῳ Δάφνης.	*At δ Delphica nulla cingit illos laurea.*
ἢ μή τις ὕμνος Βακχείων κωμάζεται;	*An fors canitur laus aliqua Bacchanalium?*
ἀλλ' οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.	*Sed non adest ε signum comis hederaceum.*
τίνες ποθ' ἡμῖν, ὦ ξένοι βεβήκατε;	*Age qui, vel vndénam venitis hospites,*
αὐδᾶτε, καὶ πρόεσθε νημερτοῦ λόγον.	*Exponite nobis, veráq; fateamini:*
τίς δ' ἐστιν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ' ὦ φίλοι;	*Et quam deam celebretis amici, dicite.*
Χο. σύ δ' ὢν τίς, ἡμᾶς καὶ τίνων προσεννέπεις;	CHO. *At tu quis es, vel vnde nos interrogas?*
ὡς γάρ σε βάκτρον καὶ βάσις νύετον,	*Vt enim baculus gressusq́ue nobis indicant,*
μύστην ὁρῶμεν τοῦς ἀνικήτου θεᾶς.	*Mysten videmus insuperabilis deæ.*
Πο. εἶς εἰμι κἀγὼ τοῦς θεᾶς ἐπάξιος.	POD. *Vnus quidem & ego sum, deam non dedecẽs.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a BACVLE.] *Podagrici & senes baculo sustentantur, cui innitentes, gradum stabiliunt: ideo in diuinis literis pro consolatione, auxilio, sustentationeq; ponitur. Psal 22: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pro sustentaculo. Thob. 5. & 10: Lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ. Verba sunt Annæ vxoris Thobiæ de filio suo Thobia. Latini in huiusmodi significatu scipionem protulêre. Poëta in fine 2. lib epig. Græc. Podagricos ὀπλοφορεῖν nosse dicit:* id est, *baculos & arma ferre. Sunt enim semper in armis, rixosi, queruli, pleni indignationis & iracundiæ, indigne ferentes vel muscam præteruolantem insidere pedibus: ita omnis doloribus impatientes, omnes reformidant tactus.*

β Folijs Acteæ.] *Herbæ siue fruticis graui foliorum odore. Ideo podagræ mystis tribuit Lucianus: de qua Plinius lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè simillimam illi, quæ à Dioscoride & cæteris Græcis χαμαιάκτη, quasi humilis sambucus, & coactæ breuitatis ἄκτη, à Latinis* ebulum *vocatur. Germanis* Attich *vel* rudererholder. *Gallis* hyeble. *Alterum enim sambuci genus est.* γ Phœbe Pæan.] *Phœbus dictus est Pæan, ἀπὸ τοῦ παίειν:* id est, *à medendo. Medicinæ enim inuentum antiquitas Apollini tribuit. Inuen. sat. 6:*

Parce precor, Pæan——. δ Delphica laurea.] *Laurus. Cato autem de Re rustica lib. 1. Lauream & laurum pro eodem accipit. Itidem Virgil. 7. Ecloga:*

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Horat. 2. Carm. Tum spissa ramis laurea feruidis. *Delphica dicitur, quòd victores ea Delphis coronarentur. Horat. lib. 3. Carm. Ode 30:* ——& mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam. *Apollinea quoque dicitur, quòd Apollini dicata ac sacra sit. Græci Daphnem vocant, ab eius nominis puella, quam Apollo adamauit. Ea coronabantur Apollinis mystæ & sacerdotes ac diuinaculi. Item triumphantes & poëtæ.* ε Signum hederaceum.] Hedera

Hedera Baccho sacra est, & huius altera species nigra Dionysia appellatur. Virgil. in Pharmaceutria:

—atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

CHORVS.

Dimetri partim catalectici, partim acatalectici.

Χορ. τὰν μὲν Κυπρίαν Αφροδίταν,	A *Venerem* B *sacræ deam Cypri*
σαγόνων πεπεσοῦσαν ἀπ' αἰθέρος,	*Ex ætheris ortam semine*
ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν,	*Nutriuit in æquoreis aquis*
ἅλιος ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.	Γ *Nereus decentē fabricam,*
τάν δ' Οκεανοῦ παρὰ παγαῖς,	Δ *Iunoq́ coniunx & soror*
Ζηνὸς παράκοιτιν Ολυμπίου	*Tonantis, vlnas candida,*
λευκώλενον, ἐυρέσι κόλποις	*Apud Oceani fontes vagis*
Ηραν ἐτιθήνατο Τηθύς.	*In sinubus educata*
κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν ἀφθίτου,	*Nutrice fuit* E *à Tethyde:*
ἐλόχευσε κόρης ἄτρομον φυ-	*Summoq́ vertice cerebri*
Κρόνιδας, μέγ' ἄριστος Ολυμπίων,	*Est verginis interritam*
τὰν ἐγρεκύδοιμον Αθάναν.	*Enixus indolem, pater*
τάν δ' ἡμετέραν θεὸν ὀλβίαν,	*Cœlestium* Z *Saturnius,*
ὁ γέρων λιπαραῖσιν ἐν ἀγκάλαις,	*Virtute claram* H *Palladem.*
πρώταν ἐλόχευσεν Οφίων.	*Sed hanc deam beatam*
ὅτ' ἐπαύσατο μὲν σκότιον φάος,	*Primam cubitis* Θ *Ophion senex*
ἀνέτειλέ τε λαμπέτις ἠὼς,	*In delicatis protulit.*
	Cùm desiit tenebrosa lux,
	Et orta lucifera fuit
	Aurora, iubarq́ lucidum
	καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,

τότε

τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.	*Solis: podagræ tum simul Apparuit potentia.*
ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα	*Te prodeuntem ex ilibus*
Μοῖρα, Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν,	*Parcæ, statim* I *Clotho abluit*
ἐγέλασεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ,	*Totusq; risit ætheris*
μέγα δ' ἔκτυπεν οὔδιος αἰθήρ.	*Fulgor, tonuitq; serenum*
τὴν δ' ἐνγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς,	*Cœlum, beatus at aluit*
ἔνολβος ἐτρέψατο Πλούτων.	*Hanc in papillis lacteis*
	Largus pater ipse K *Pluton.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

A VENEREM deam.] *Venus à Latinis nuncupata, à Græcis ἀφροδίτη, καὶ κυπρογένεια, ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis, delitiarum, voluptatumq; omnium habita est dea. Hanc poëtæ ex maris spuma, & vrani:* id est, *cœli testiculis natam fabulantur, à Saturno excisis, & in mare proiectis: vnde & παρὰ τὸν ἀφρὸν,* hoc est, *à maris spuma ἀφροδίτην appellârunt. Ausonius:*

Orta salo, suscepta solo, parte edita cœlo
Aeneadum genitrix hîc habito alma Venus.

B Sacræ Cypri.] *κυπρογενὴς Cypria siue Cypris Venus frequenti nomine dicta est, quòd in Cypro genita, & illic colebatur, vel quòd párere faciat, ἡ τὸ κυεῖν παρέχουσα.* Γ Nereus.] *Maris deorum antiquissimus, vnde & grandæuus, & senior dictus. Græci ἁλινὸν γέροντα vocant, Nereidum Nympharum pater, mirificè laudatus ab Hesiodo in Theogonia.* Δ Iuno.] *Saturni filia, Iouis soror & coniunx, qui tonans dicitur & ὑψιρεμέτης:* id est, *altitonans siue altisonans & altisonus, quibus vocibus & Latini vtuntur. Claudianus:*

Contra tonantem coniurant furiæ. *Virg.* 10. *Aen.*

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Et Nenius à quo desumpsit Virgil.

Panditur interea domus altitonātis Olympi. *Olympum*

pum enim pro Ioue poëtæ cœperunt aliquando, & pro ipso cælo.

E A'Tethyde.] *Oceani vxore. Ouid. 5. Fastor.*

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

Pausanias in Corinth. tres ait fuisse Iunonis nutrices: Euboeam, Prosymnam & Ascræam. Z Saturnius.] *Iupiter Saturni filius. Virgil. lib. 4. Aen.*

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

H Palladem.] Ἀθήναν *Doricè, pro* Ἀθηναν. *Ea ex Iouis capite & cerebro iam adulta prodijt, hinc dicta* τριτογένεια, *& quòd sine matre edita* ἄμητωρ, *quam Latini Minervam vocant.* Θ Ophion.] *Cadmi socius ex illis qui è dentibus serpentinis nati fuerunt. Ideoq; & nomen habet à serpēte, qui Græcè* ὄφις *dicitur. Is communibus auspicijs cum coniuge Eurymone Oceani filia rerum potitus est, ante Saturnum, à quo deiectus Ophion à Cœli gubernaculis, vt ab Ope Saturni vxore, Eurymone, quod in Cassandra Lycophron innuit, & Aristoph. ac vtriusque tradit interpres.* I Clotho.] *Vna Parcarum.*

K Pluton.] *vel Pluto Saturni ex Ope filius & Iouis ac Neptuni frater: ab opibus nomen habet. Græcè enim* πλοῦτος *opulentia est. Ij quum ad regni diuisionem veniſſet, Plutoni, qui natu minor erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit secus infernum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno insulæ. Hinc datus est fabulæ locus, vt Ioui cœli imperium, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigerit, qui Proserpinam Cereris filiam in vxorem habuit. Podagra autem cum opulentis tantùm conuersari solita & delicijs assueta est. Vult enim perquàm delicatè tractari, molliter cubitare, & non nisi in anserinis & olorinis plumis dormitare.*

PODAGRICVS ET CHORVS.

Πο. τίσι δ' ἐν τελετῆς ὀργιάζῃ ποδαπόλας;

POD. [a] *Sed qualibus sacris ministros excitat?*

Χο. ἐχ αἵμα λάδρον ποδοχίος μὴν ἀφ' ὑματος σιδάρω

CHO. [b] *Nihil cruoris ab ore ferri* [c] *fundimus,*

ὃ πρὸς ἀφίτε λυγίζῃ πρόσφαγμ' ὠχλῶ,

[d] *Nec vlla seta de ceruice vellitur,*

οὐδὲ πολυκρότοις ἀσραγάλοις
πέπληγε νῶτα,
οὐδ' ὠμὰ λάκισα κρέα σιτούμε-
θα ταύρων.
ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ
λεπτὸν ἄνθος
καὶ πολυκέλαδος κόσσυφος
ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
τότε δὰ μελέων ὀξὺ βέλος
πέπηγε μύσαις,
ἀφανὲς, κρύφιον, δεδικὸς ὑ-
πὸ μυχοῖσι γύων,
πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀσρα-
γάλους, ἰσχία, μηρὸς,
χεῖρας, ὠμοπλάτας, βραχίο-
νας, κόρωνα, καρπὸς,
ἐσθίει, νέμετε, φλέγει, κρατεῖ,
πυροῖ μαλάσσει,
μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν πόνον
ἀποφυγεῖν κελεύσῃ.
Πο. εἷς ἄρα κἀγὼ τῶν κατορ-
γιαομένων
ἔλαθον ὑπάρχων, τοι γὰρ ἡ-
κέτω πρευμενὴς
δαίμων φανεῖσα, σὺν δ' ἐγὼ
μύσαις ὁμοῦ
ὕμνων κατάρξω, τὸ ποδα-
γρῶν ᾄδων μέλος.

[e] *Nec terga talis perstrepũt sonantibus,*
[f] *Nec frusta crudæ pascimur carnis boum.*
Cùm [g] *vere florem tenuis* [h] *vlmus germinat,*
Et insidet ramis loquacula [i] *merula,*
Acuta tunc mystis sagitta fi-(gitur
[k] *Per membra, clàm, latens, & intima penetrans,*
Pedem [l] *genu, cauosq; nodos ossium,*
Talosq; coxarumque vertebra, femora,
Manus, scapulas, & brachia, & imas artuum
Cauernulas, tumidasq; digitorum bases:
Omnia vorat, depascitur, [m] *vrit, occupat,*
[n] *Inflammat, emollit, deæ donec iusserit*
Aufugere morbum, [o] *& esse modum doloribus.*
POD. *Ergo vnus & ego, nescius licet, fui*
Deæ sacratæ numine tali p-(citus:
Ergo benigna veniat apparens dea,
Simulq; [p] *cum Mystis, & ego hymnos ordiar*
Solitum podagricis modulaturus melos.

GILBER-

a Ορχιάζ.] ὀρχιάζω, & ὀρχιάζομαι, *rem diuinam facio, & ἐξορχιάζω, expio, & ad sacra suscipienda præparo.* *b* Nihil cruoris.] *Aliquot sacrificia recensẽt. Verùm de variis & multiplicibus sacrificiorum Gentium ceremoniis Lucianus in eo qui est, de sacrificijs, & Lilius Gregor. Girardus in Syntagmate 17. Sanguinem autem ad aras fundi solitum ostendit Virgil. vt,* Sanguinis & sacri pateras-. *c* Fundimus.] *Supina manu libamus. Virg. 4. Aen.*

—media inter cornua fundit. *Id autem fiebat in sacris superùm.* *d* Nec vlla seta.] *Et illud notandum ex ceremoniarum instituto quod ait, Nec vlla seta de ceruice vellitur. Sacrificulus autem setas inter cornua victimæ manu excerptas, tanquam prima libamina in ignem mittebat. Id quod & Virgil. non ignorauit, cùm cecinit in 6. Aen.*

Et summis carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit—. *e* Nec terga talis.] *Flagellatio seu verberatio, quam Aegyptij facere post sacrificium soliti fuerant, ab Herodoto lib. 2. describitur.* *f* Nec frusta crudæ.] *Persæ sacrificabant in loco aliquo excelso, & mundo, coronatamq; hostiam mactabant. Cùm verò magus, qui sacrificio præerat, membratim carnes in singulos quosque diuisisset, abibant omnes, nulla deis parte relicta. Græci quoque & Hebræi holocaustum nonnunquam distribuebant vel epulabantur.* *g* Vere.] *Quo potissimùm tempore podagrici moueantur dolores, ante diximus. Ver enim maximè excitat tales cruciatus.* *h* Vlmus.] *Notissima ferè omnibus arbor, vitibus amica, de qua Plin lib. 16. cap. 40. Col. l. 4. cap. 13.* *i* Merula.] *De huius auis natura Plinus lib. 10. cap. 29. Vide etiam Aelianum & Oppianum de Aucupio.* k Per membra.] *Podagrici dolores in omnibus ferè corporis partibus fiunt. Sed propriè in articulis pedum primò, vnde nomen habent, tum etiam manuum, sed rarius, quia locus arctior est, nec tantum laborat grauibus motibus, vt iuncturæ præter naturam dilatentur, atque sic infirmiores fiant. Fit & in omnibus ossibus, quæ inter se iuncta sunt, vt alterum sine altero moueri possit,*

siue in ἐναρθρώσει septimi cum secundo osse carpi, & humeri cum cauitate scapulæ: seu in ἀρθρωδίᾳ superiorum ossium pollicis, vel metacarpij, aut tarsi pedij, & συσσαρκώσει γιγγλύμου dicta, & συνδρώδη modò sit cum motu. Nam aliqua est, siue vt inter ossa pubis, & generaliter potiùs fit, dum inflammantur tendones, seu sint ossium vincula, seu musculorum fines, quàm cauitates articulorum, licet ab illis soleat ob latitudinem inchoare. Modò enim locus frigidus, & doloris capax, podagræ simile accidit. Nonnunquam fit in tarso pedis & carpio & metacarpio & spina dorsi & faucibus ac dentibus, in articulo pectoris cum iugulo in sterno. Non autem possunt tam celeriter finire dolores suos articuli, vt interiora membra, tum quia exangues, tum quia longiùs à corde & iecore positi: vnde etiam quæ circa pectus podagræ, & in spina dorsi, celeriùs finiuntur, & in gutture, mandibulis, dentibus, quàm quæ in manibus, & quæ in manibus, quàm quæ in pedibus. *l* Genu.] *Si genu occupat, dicitur Gonagra ab Hippocrate.* *m* Vrit.] *Quia calida, & sunt inflammationes.* *n* Inflammat.] *Morbos podagricos inflammationes esse, ex Hippocratis aphorismo 47. sect. 6. liquet.* *o* Et esse modum doloribus.] *Hippoc. 6. sect. aphoris. 49: Quibuscunque podagrici morbi fiunt, hi sedata inflãmatione, intra dies quadraginta restituuntur. Corn. Cels. de Medicina libro quarto, capite vigesimo quarto de Articulorum doloribus: Vbi dolor & inflammatio se remiserunt, quod intra dies quadraginta fit.* *p* Cum mystis.] *Mysteriorum peritis.*

CHORVS.

Dimetri.

Χο. σίγα μὲν αἰθὴρ, καὶ νήνεμος ἔστω,	*Tranquilliter igitur & sine*
	Ventis sit æther, quilibet
καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.	*Laudes canat podagricus.*
ἴδε, πεὸς θυμέλας κλινοχαρὴς	aa *En strata diligens dea,*
βαίνει δαίμων, σκίμπωνι βάσιν στηριζομένη.	*Suas ad aras aduenit*
	bb *Baculo gradũ suffulciẽs.*

Salue

χαίροις μακάρων πολυπραοτάτη,	*Salue deûm mitissima,*
καὶ σοῖς πὲ πόλοις ἵλαος ἔλθοις,	*Tuosq; benigna respice*
ὄμματι φαιδρῷ· δοίης δ' πόνοις λύσιν ὠκεῖαν,	*Lætante lumine famulos,*
ταῖς δ' εἰαρηναῖς ὥραις.	*Huiusq; veris tempore*
	Paulùm dolores mitiga.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

aa EN strata.] *In epigrammate incerti authoris penultimo lib. 2. epig. Græcorum,* ἀλλοτρίοις ποσὶ, *à seruis vecta, aut eius ambulando insistens, aut vtrinque sustinentibus pendens.* *bb* Baculo gradum suffulciens.] *Et hoc est, quod idem incertus poëta eandẽ* ὁπλοφορεῖν *nosse dicit:* id est, *arma ferre, siue baculos quibus sustentatur.*

PODAGRA.

Trimetri Iambici.

Πο. τίς τὴν ἀνίκητόν με δεσποτὶν πόνων,	*Quis est hominum, cui non ego insuperabilis*
οὐκ οἶδε ποδάγραν τῶν ἐπὶ χθονὸς βροτῶν;	*Regina morborum Podagra nota sim?*
ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὶς ἐξιλάσκεται,	A *Quam nulla thura, nulla fumigatio,*
οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις,	B *Nec fusus apud aras cruor, aut donaria*
οὐ ναὸς ὄλβου περικρεμὴς ἀγάλμασιν.	*Suspensa templis diuitum placabilem*
ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοις νικᾷν σθένει,	*Reddunt: nec ipse vincere summus omnium*
πάντων ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,	C *Pæan deorum medicus* D *arte sua potest,*
οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς, Ἀσκληπιός.	*Apollinisve filius Aesculapius.*

ἐξ οὗ γὰρ ἐφύη πρῶτον ἀνθρώποις γένος,	*Ex quo siquidem mortaliũ fuit genus,*
τολμῶσι πᾶντες τοὐμὸν ἐκβαλεῖν σθένος,	*Omnes meas retundere vires gestiunt,*
μυκῶντες ἀεὶ φαρμάκων τεχνήματα.	*Omnemq́ turbant pharmacorum industriam.*
ἄλλος γὰρ ἄλλην ἐπ' ἐμὲ πειράζει τέχνην.	*Alius enim in me aliam tentat solertiam.*
τρίβουσιν ἀρνόγλωσσα καὶ σέλινά μοι,	E *Plantaginem terunt,* F *apijq́ semina,*
καὶ φύλλα θειδάκων καὶ νομαίαν ἀνδράχνην,	G *Foliaq́ lactucarum, & agreste* H *peplion,*
ἄλλοι πράσιον, οἱ δὲ ποταμογείτονα·	*Et* I *marrubium, amnicolamq́* K *potamogeitona.*
ἄλλοι μνίδας τρίβουσιν, ἄλλοι σύμφυτον·	*Alij* L *Cnidas terunt, alijq́* M *symphyton.*
ἄλλοι φακοὺς φέρουσι τοὺς ἐκ τελμάτων,	N *Lentes alij de stercore lectos illinunt.*
σαφυλίνον ἑφθὸν, οἱ δὲ φύλλα Περσικῶν,	*Hos* O *cocta pastinaca, foliaq́ persica,*
ὑοσκύαμον, μήκωνα, βολβοὺς, σίδια,	P *Hyoscyamus,* Q *papauer, &* R *bulbi iuuant,*
ψύλλιον, λίβανον, ῥίζαν ἐλλεβόρου, νίτρον,	S *Cortexq́ pomi punici, malicorium,*
τοῦλιν μετ' οἴνου, γυείνην, κολλαμφακὸν,	*Et* T *psyllion* V *thus,* X *ellebori radix,* Y *nitrum,*
μυπαρισσίνην μικῖδα, γύειν μριθίνην.	*Et mixta vino* Z *telis, &* α *collamphacos,*
μράμβης ἀπέφθου φύλλα, γύψον ἐκ Γάρου.	β *Et gyrine, simulq́* γ *galla cupressina,*

Et δ *panis hordeaceus, atq́* ε *brassicæ*
Crudæ folia, ζ *gypsus gari liquaminis.*

Et

σπυράθους ὀρείας αἰγὸς, ἀνθρώπου κόπρον,
ἄλευρα κυάμων, ἄνθος Ἀσίου λίθου.
ἕψουσι φρύνους, μυγαλὰς, σαύρας, γαλᾶς,
βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.
ποῖον μέταλλον οὐ πεπείραται βροτοῖς,
τίς οὐχὶ χυμὸς, ποῖον οὐ δένδρου δάκρυ;
ζώων ἁπάντων ὀστᾶ, νεῦρα, δέρματα,
σέαρ, αἷμα, μυελὸς, οὖρος, ἀπόπατος, γάλα.
πίνουσιν οἱ μὲν τὸ δὰ τεσσάρων ἄκος,
οἱ δὲ τὸ δι' ὀκτὼ, τὸ δὲ δι' ἑπτὰ πλείονσιν.
ἄλλος δὲ, πίνων τὴν ἱερὰν, καθαίρεται,
ἄλλος ἐπ' ἀοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται·
Ἰουδαῖος ἕτερον μωρὸν ἐξάδει λαβών·
ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τὸ κράνης.

ἐγὼ

Et η stercora syluestris capræ, θ fimus hominis,
ι Farina fabarũ, κ flos quoque lapidis Asij.
Alij λ rubetas, quiq; vocantur μ aranei
Mures, ν lacertas atq; ξ mustelas coquunt,
ο Ranas, π hyænas, ρ tragelaphos, σ vulpeculas.
τ Cuius metalli non pericla sumpta sunt?
Quis non probatus υ humor est mortalibus?
Aut cuius inexplorata lachryma est arborum?
Animalium omnium ossa, nerui, tergora,
φ Adeps, χ cruor, ψ medulla, ω lotium, Α merda, Β lac.
Γ Bibunt alij numero quaterno pharmacum,
Alij per octo, perq; septem plurimi.
Δ Alius bibens sacram, repurgari studet,
Aut Ε carminibus animum adhibens illuditur.

Ζ Iudæus excantat fatuum nactus alium.
Rursus alius Η à fonte remedium petit.

ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω,	Sed omnibus illis ⊙ nil nisi plorare impero :
καὶ τοῖς ποιοῦσι ταῦτα, καὶ πειρῶσί με	Et sic facientibus vel I irritantibus
εἴωθ' ἀπαντᾷν μᾶλλον ὀργιλωτέρα,	Occurrere soleo magis iracundior.
τοῖς δὲ φρονοῦσι μηδὲν ἀντίξουν ἐμοί,	Qui verò contra me nihil eius cogitant,
εὔπιον ἔχω νοῦν, εὔμενής τε γίγνομαι.	Illis facilem & tractabilem me præbeo.
ὁ γὰρ μεταλαβὼν τῶν ἐμῶν μυστηρίων,	Nam qui meis communicat mysterijs,
πρῶτον μὲν εὐθὺς εὐστομεῖν διδάσκεται,	Primùm quidem statim bona verba dicere
τέρπον ἅπαντας, εὐτραπέλους λέγων λόγους.	Docetur, oblectareq; salibus & iocis
πᾶσιν δ' ὁρᾶται μετὰ γέλωτος καὶ κρότου.	Dictisq; facetis se salutantes solet.
ὅτε ἐπὶ λουτρὰ φερόμενος βαστάζεται.	Deinde cùm gestatus intrat balnea,
Ἀτὴν γὰρ, ἣν εἶπεν Ὅμηρος, ἥδ' εἰμ' ἐγὼ,	Fit ridiculus, fit & voluptas omnibus.
βαίνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα, καὶ βάσεις ποδῶν	K Aten enim quam dixit Homerus, illa sum
ἁπαλὰς ἔχουσα, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς βροτῶν,	Ego, per hominum capita molliter ambulans,
Ποδάγρα καλοῦμαι, γιγνομένη ποδῶν ἄγρα.	Plantas pedum teneras habens : veruntamen
ἀλλ'	Pleriq; me mortalium Λ podagram vocant,

Quoniam pedum captura sum, ποδῶν ἄγρα.

Sed

ἀλλ' εἶα μύσται πάντες ὀργίων ἐμῶν,	*Sed agite Mystæ, qui mea colitis sacra,*
γεραίρεθ' ὕμνοις τὴν ἀνίκητον θεάν.	*Celebrate laudibus insuperabilem deam.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

A NVLLA thura, nulla fumigatio.] *Thuris suffitus confortat cerebrum, & ideò commodus apud medicos eius vsus, in reprimenda humorum fluxione, & cerebro robore adijciendo, ac quod in eo continetur exiccando. Sed frustrà omnis conatus. Vnde ingeniosus Poëta lib. 1. de Ponto, eleg. 4:*

Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Plutarchus in comment. περὶ τῆς εὐθυμίας refert huiusmodi sententiam ceu vulgo iactatam: οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάπτει καλτίκιος. Nec podagra liberat calceolus. Plinius ait, non esse incurabilem. Nam in multis spontè desinit, & in plurib. curatur. Vide remedia lib. 20. cap. 11. Podagrę curatio etiam est à Cardano descripta in lib. de Dentibus. B Nec fusus apud aras cruor.] *Victima, hostia.* C Pæan deorũ medicus.] *Virgines vestales, inquit Macrob. ita indigitant Apollinem. Apollo medice, Apollo Pæan. Idem Lucianus in dialogo Iouis, Aesculapij & Herculis: ne ipse quidẽ Pæan curauerit te.* D Arte sua.] *Sunt qui scribunt inuentam fuisse medicinam ab Apolline, inter quos Ouid. lib. 1. Metam.*

Inuẽtum medicina meum est, opifexq́; per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Iouis autem filius Apollo censetur; huius verò Aesculapius: Ipsa nimirũ Theoretice, quę intellectum illuminat, Apollo est, Aesculapius ars ipsa. vnde Maro in fine lib. 7. Aeneid.

Tum pater omnipotẽs aliquẽ indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.

Ars igitur Aesculapio attributa, per quã bona comparatur valetudo, vtpotè quæ in Therapeuticæ. i. medendi arte & curatio-

ne ipsa versetur. Dicta Paonia manus. E Plantaginem terunt.] Ἀρνόγλωσσον Græcis, Plantago Latinis nominatur, cuius folia (vt ait Plin.) podagras refrigerant, & in primo impetu rubentis podagræ, hoc est, calidæ, conueniunt. L. Apul. de Virtutib. herbar. Ad podagram, inquit, & omnem neruorum dolorem & tumorem herbæ plantaginis folia contusa cũ sale, & imposita, optimè facere certum est. Celebrauit & Themiso medicus plantaginem tanquam inuẽtor volumine de ea edito. F Apij semina.] Quæ ipsa herba efficaciora sunt, vt inqt Gal. & eius radix L. Apul. de virtutib. herb. Petroselinõ, Latinis apium syluaticum tritum & impositũ, neruorum dolorem sedat. G Lactucarum folia.] Θρίδακες Græcè, Latinè lactuca. Si enim ex biliosa fluxione fiat podagra aut arthritis, herbæ admouentur, quæ infrigidandi & astringendi vim habent p se leuigatæ, præsertim virides, velati sunt plantago, lactuca, portulaca, polygonon, & reliqua huiusmodi. Hæc enim dolores, qui accessionibus fiunt, abundè lenire possunt. Adhuc etiam magis si paucæ farinæ hordeaceæ, vel vnũ ex prædictis, vel duo admisceas, & ne siccescat medicamẽtum, vtile est etiã rosaceũ cataplasmati adijcere. Frigida autem cataplasmata admoueantur, mutenturque crebrius, & nunc hæc, nũc micæ panis posca imbutæ adhibeãtur, vel hordeacea farina cum rosaceo accommodetur, vt Paulo visum est. H Peplion.] Ἀνδράχνη ἡμερία siue ἀγρία portulaca syluestris siue agrestis. Hippocrati πέπλιον, Dioscoridi πεπλὶς. Plin. lib. 20. cap. 20. Portulaca quam peplion vocãt, non multùm satiua efficacior. Nascitur non multũ absimile à peplo. Eius semen tantùm vtile est, & idem cum Tithymalis habet temperamentum. Quantum autem peplion à peplo differat, Cardanus in libro 4. de Ratione victus in acutis docet. Ruellius Peplum eandem esse herbam cum ea, quam officinæ hodie Esulam rotundam vocant, putat. Vide Plin. lib. 27. cap. 22. I Marrubium.] πράσιον Græcis & officinis, Marrubium Latinis. Plinius scribit neruorum contractionibus esse salutare, cuius succus articulis minuendæque bili cum melle prodest. K Potamogeiton.] ποταμογείτων Græcis & Latinis, quasi fluminibus vicina dicta est, si quidem in aquosis & palustribus locis nascitur, hinc Ioanni Sinapio interpreti amnicola dicitur, & vul-

& vulgo fontinalis, siue fontalis. Sunt qui tintinabulum terræ dicunt. Folio est betæ, ac plantaginis aquaticæ. Refert quoque folium Indum vocatum officinis. Refrigerat, adstringit & exsiccat similiter polygono. Plinius lib. 26. cap. 8. scribit vsum esse in foliis ac vitiosis cruribus vtilem. De ea Dioscorides lib. 1. cap. 102. L Κνίδος.] Frutex & genus herbæ, de qua Dioscorides lib. 4. cap. 173. Huius semen dicitur κνίδιον κόκκον, granum cnidium, vnde conficitur κνιδέλαιον cnidium oleum, de quo Plinius libro 23. capite 4. Idem de ipsa herba libro 21. cap. 16. Hallucinantur plurimùm Pharmacopœi, qui pro eo vtuntur Daphnoidis semine, vt monuit Fuchsius lib. 1. de Composit. medic. M Σύμφυτον.] μέγα ἕτερον, Symphyton alterum, consolida maior, alum, solidago. Maior verò dicitur alterius minoris & πετραίου respectu. Nomen illis apud Græcos Latinosque egregia constringendi vis fecit. Vtrumque coxendicis dolori prodest. N Lentes.] φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων, lens palustris siue aquatica: est autem muscus lenticulæ similis, qui in aquis præcipuè stagnãtibus reperitur. De cuius vi Galenus lib. 8. de Facultate simpl. medic. ita dixit: Humidæ frigidæque temperaturæ existit, vtrinque ex secundo ordine. Decocta cum polenta, & illita podagram lenit, vt inquit Dioscor. lib. 4. cap. 89. Plinius quoque scribit, podagris cum polenta imponi. O Cocta pastinaca.] Σταφυλῖνος Græcè, Pastinaca Latinè dicitur, cuius radicẽ decoctam in vino prodesse podagris, quæ sine tumore sunt, inquit Celsus. Tam purpurescens, quã carotam vocant, q̃ lutea calefacit & abstergit. Agrestis ad medicinæ naturã propiùs accedit. P Hyoscyamus.] ὑοσκύαμος Græcis, Apollinaris Latinis. Confert podagris, inquit Dioscor. Miscetur vtiliter & aliis cataplasmatis dolorẽ leuantibus. Folia omnibus medicamẽtis dolorem sedantibus per se, & cũ polenta mixta vtiliter illinũtur. Q Papauer.] Latinè, μήκων ὕπνος Græcè, podagris illinitur cũ lacte mulierũ & croco, inquiũt Dioscor. & Plinius: vbi aũt adeò magnus dolor vrget, vt podagricus eũ ferre nequeat, eis quę torporẽ inducũt, medicamẽtis vtendum est, quanq̃ eorum liberalior vsus & frequẽs cauendus sit. In hũc itaq; vsum hyoscyami seu mandragoræ, papaueris & cicutæ folia adhibeãtur, vel eadem contusa, ac leuigata cum ouo-

rum

rum luteis ac rosaceo permixta accommodentur. Galenus 10. de Compos. med. secundum locos, hoc medicamẽtum ex Asclepiade cõmẽdauit: Succi papaueris drach. ij. croci drach. ß. cũ lacte muliebri, aut bubulo, aut caprillo trito, ac adiecto pane interno diligẽter leuigato, vt molle cataplasma fiat, & rosaceo admoto mollito. Dolore sedato, partes refouendę erũt calefacientib. medicamentis. R Bulbi.] *βόλβος ἄγριος, siue cepa syluestris ad articulorum dolores conducit, inquit Dioscor. podagris cũ melle & per se prodest.* S Cortex mali punici.] *Græcè ῥοὰ vel ῥοιὰ, Latinè pomum Punicum, malum granatũ: cuius putamen siue cortex σίδιον dicitur, nobis verò malicorium. Flores porrò eius Cytini dicuntur. Similem vim habẽt acini, σίδια & cytini, hoc est, astringentes sunt, & exiccantes. Ex mali Punici corticibus, rhu, & semperuiuo, vino probè decoctis accurateq; leuigatis, ac cum farina hordei mixtis medicamentum commendat Alexan. in podagra ex sanguinis copia excitata.* T Ψύλλιον.] *Græcis & in officinis dicitur, Latinè pulicaris, de cuius temperamento Gal. lib. 8. de Facult. simpl. medic. ita dixit: ψύλλιον semen habet admodum vtile, ex secundo refrigerãtium ordine, in desiccando verò & humectando, medium quodammodo est, & symmetrum. Dioscorides: Vis ψυλλίῳ refrigeratoria. Cum rosaceo aceto, aut aqua illitum, articulorum doloribus prodest. Plinius, vis ad refrigerandum ingens. Semen in vsu. Omnibus articulorum morbis salutare est: huius semen madefactum in aqua, admistis in heminam seminis duobus resinæ colophoniæ cochlearibus, thuris vno. At si semen psyllij in aqua feruenti maceretur, & diligenter subigatur, viscosumq; fiat, & hordeaceæ farinæ permisceatur, mirabiliter podagricos dolores mitigabit, feruorem & ardorem doloris extinguet, & affecta loca ad temperiem bonam reducet, vt liquet ex Alexandro, Aetio & Paulo.* V Thus.] *Græcis λίβανος, Officinis olibanum dicitur. Est autem lachryma ex suæ arboris Arabicæ atque Aegypti cortice emanans, Libanotus quoq; vocata. Dioscor. lib. 1. cap. 70. in Arabia, quæ ideò thurifera appellatur, gigni tradit, in qua Sabæi, propter thuris fertilitatem clarissimi olim habiti sunt, vt ex fontibus poëtarum, cùm Græcorum, tũ Latinorũ, nimirum Homero atq; Virgilio, demonstrari potest. De thure Galenus*

tenus in emplasticis medicamentis, Methodi 5. Nos in initio huius actus recensuimus, velut ingredientibus alijs, quæ hîc ad memoriam reuocari velim. X Ellebori radix.] *Huius duo sunt genera, ἐλλέβορος λευκὸς, albus, & μέλας, niger, melampodium. Vtrumq; Latinè veratrum satis notum, sed sola radice, quæ in vsu medico frequenter venit. Prodest articulorum doloribus correptis & resolutis, podagricis & ischiadicis, inquit Plinius.* Υ Nitrum.] *Græcorum nitrum, albũ antiquis frequens fuit, & rei medicæ vtile. natiuum & factitium, sicut authoribus Dioscoride lib. 5. cap. 78. & Plin. lib. 31. cap. 10. ostenditur. A' sale nitro nostro non multùm differt.* Z Telis.] τῆλις. i. *fœnugræcum. Plinius & Varro testantur hãc frugem siliciam & siliculam Romanos magis, q̃ fœnogræcum appellasse. Columella eam simpliciter siliquam dici ait. Plinius lib. 24. cap. 8. eius recenset vtilitates in medicina, dicitq́ue mederi podagræ, chiragrę, articulisq́;. Si ex pituitoso humore sit podagra, & dolor vehemens ortus fuerit, cataplasmate mitigante vti oportet, quale est ex farina fœnugræci ex aqua mulsa, aut vino tenui decocto, modico oleo nardino adiecto.* α Κολλάμφακος.] *dictio composita, ex κόλλα. i. gluten siue glutinum, qua dictione Latini tantùm vtuntur in eius cõpositis. Et φακὸς. i. lens. Hinc Phacinus panis & Phacossus dæmon. Sunt glutini multa genera, quæ in medicina locum habẽt, & quædam ex farina parantur. Farinæ autẽ tot sunt genera & tam diuersa, quot & quàm varia semina sunt, vnde conficiuntur.* β Et gyrine.] *Gyrini informes dicuntur ranarum partus, quod scribit Theon 1: ἀδάπλαστα γεννήματα, καὶ ἄποδα, quando vrsarum more pariant ranæ. Hinc in prognosticis Aratus:*

Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοῶσι γυρίνων. *id est,*

Inde gyrinorum clamant per stagna parentes.

Itidem Aristoph. citante Suida: οἷον πατέρες βοῶσι γυρίνων. i. Quemadmodum patres clamãt gyrinorum. Plin. lib. 9. cap. 51: Pariunt, inquit, ranę minimas carnes nigras, quas γυρίνους vocant, oculis tantùm & cauda insignes, &c. Sic autem dicuntur à figura corporis in gyrum orbiculari, quò fit vt mira celeritate se quò velint voluant, versentq́;: quemadmodum testatur Hesychius, & quisquis is fuit, qui scripsit Etymologicon Græcarum dictionum.

dictionum. Porrò cũ ranæ tribuitur loquacitas, quæ ſtoliditatis ſolet eſſe comes, minimũ mentis eſſe oportet gyrinis, quos vix deprehendas eſſe animal, niſi mouerẽtur. vnde apud Platonem in Theæt. prouerbiali figura: ὀδὺν βελτίων βατράχου γυρῖνος. i. Nihilo rana gyrina prudentior. γ Galla cupreſſina.] *Eam multæ arbores producũt, ſed præſtantiſſimas δρῦς quercus, quæ etiam glandes producit, item & viſcũ. Ex Syria præcipuè aſſertur, parua, rotunda, perforata, atramento ſcriptorio conficiendo aptiſſima. Habetur Anconę in Italia, & Caſtello albo in Hiſpania. De ea Dioſc. lib. 1. cap. 123. Gal. lib. 7. de Facul. ſimpl. med. Græcè κηκὶς dicitur.* δ Panis hordeaceus.] *κρίθη, hordeũ: ex eo panis, polenta, quam Græci ἄλφιτον nominant, & ptiſana medicamenta veterib. vſitatiſſima, conficiũtur. Farina hordeacea cũ fico in mulſa aqua decocta, inflammationes diſcutit. Podagricis inflammationib. cum cotoneis aut aceto prodeſt. γύψος, Dioſcoridi eſt farinæ pollen. i. flos, è verbo polleo, q. hordei ſiue tritici portio præſtantiſſima ſit. Marcellus Dioſcoridis interpres dicit, pollinẽ eſſe tenuiſſimũ pulueręſubtilioremq; farinæ partem, qualis circa molas plerunq;, & loca in quib. panis pinſitur, parietib. hærens inuenitur.* ε Braſſicæ crudæ folia.] *κράμβη ἡ ἥμερος, Braſſica ſatiua vulgo caulis, cuius ſunt aliquot genera. Eſt vnũ minutiorib. caulibus, & tenuioribus foliis, flore luteo, Galli* Choux rouges *dicunt, Dioſcor. Braſſicæ ſuccus cũ fœnigræci farina podagricis & articulorũ doloribus correptis illitus prodeſt. Braſſicę folia per ſe aut cũ polenta trita omnibus inflammationib. conferunt. Plinius: Podagræ aũt morbisq; articularijs illinitur, cũ rutæ, coriandri & ſalis mica, hordei farina. Aqua quoq; eius decocta neruos articulosq; mirè iuuat. Scribit inſuper à podagra liberatos edendo braſſicam, decoctæq; ius bibendo. Quidam eius ſuccũ ex aceto, vel cũ fœnogræco articulis, podagriſq; imponunt. Ad coxendicũ dolores cũ adipe peruetuſto. Plura de braſſicæ virib. vide apud Catonem de Re ruſtica, cap. 157. L. Apuleius de Virtut. herb. Herbæ braſſicæ ſyluaticæ folia cum axungia vetere piſata, & cõmixta quaſi malagma inducitur linteolo groſſo, aut in aluta, & imponitur podagræ. Quòd ſi vetuſtiſſimus dolor fuerit, eò magis efficacior erit. Cinis crematæ radicis braſſicæ, eiusq; coliculorũ cũ axungia il-*

gia illitus, multis fuit præsidio, vt inquit Paulus. Conuenit autẽ si pituitosus influat humor. ζ Gypsus.] *Gypsum ex lapide quodã candido in Burgundia superiori multis in locis coquitur, atq; etiam è terra eruitur. Arefacit, & est emplasticum, ac reprimit, maximè si misceatur Gari liquamine ex salmuria saliti piscis, Gari apud Græcos dicti. Id salmuriã vocamus. i. ius salsum, muriam salsuginẽ, in qua pisces & caro seruantur. Et Gypsum & Garum ἰσχιαδικοῖς & coxendicis dolori infunduntur.*

η Stercora capræ syluestris.] *Caprarũ præsertim in montibus degentium σπύραθοι vel σπύραθα. i. baccæ, globuli acrem & discussoriam vim habent induratorũ maximè tumorũ. Cum posca & farina hordeacea fimus caprinus diuturnos tumores discutit, quod Galenus sui experientia docet. Idem inquit, eo vsus sum ad genu tumorẽ habens inueteratũ, & ægrè solubilem, iusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratũ, indito videlicet hoc stercore, & mirificè homo ille fuit adiutus. Cum axungia verò impositum his, qui podagra tentãtur, auxilio est, vt inquit Diosc. lib. 2. cap. 72. vbi vtilem, Arabicam dictam, vstionem Ischiadici videbis. Fimi caprini cinerem cũ axungia vetere, podagris auxiliari, author est Celsus.* θ Fimus hominis.] *ἀνθρώπου κόπρος, humanũ stercus, vt posteritatis memoriæ prodidit Gal. lib. 10. Simpl. med. vim habet vel maximè digerentem, ab inflammatione vindicat, & obiter intumescere non sinit. Verùm abominandum est ob fœtorem.* ι Farina fabarum.] *De fabis Gal. lib. 7. de Fac. simpl. med. Erasmus noster in adag. Chil. Sunt enim frigidæ & siccæ. In podagricis, inquit Gal. ea sæpenumerò vsi sumus ex aqua decocta, deinceps adipẽ suillum admiscentes. Fabalium etiam siliquarũ cinis, ad coxendices, & neruorum veteres dolores, cum adipe suilli vetustate prodest, vt inquit Plin.* κ Flos quoq; lapidis Asij.] *Asii historiam, & vires descripsit Gal. lib. 9. Simpl. med. Est lapis, inquit, in Asso proueniens, quem ob id ipsum Assion cognominant: Innutritur ei quiddam farinæ tenuissimè adsimile, qualis in pistrinorũ parietib. adhærere visitur. Appellant hoc medicamentum petræ Asiæ florem. Troadis est Assus, vt Plin. lib. 26. cap. 17. author est. Generationem floris nasci ex rore maris vel aspergine, ac Sole indurari idem Galenus existimat. Podagrici*

eo in-

eo iuuantur. Hic lapis idem videtur esse qui & Sarcophagus, de quo Plin. lib. 26. cap. 17. & lib. 2. cap. 96. Cels. lib. 4. cap. vlt. in cura prodagræ. Aetius lib. 7. cap. 39. Oribas. synops. lib. 2. cap. Cardan. lib. 5. de Variet. rer. λ Rubetas.] φρυνὸς ἢ βάτραχος ἕλειος κῶφος. i. *Rubeta rana palustris muta, quã quidam bufonẽ vocãt. Terrestris nocẽtior, magisq; lethifera est, q̃ palustris. Acopon ex rubetis ad podagricos, arthriticos, ischiadicos describitur apud Aet. lib. 12. c. 44. Plin. & Marcell. aiunt, podagris prodesse ranæ rubetæ exustæ cinis.* μ Aranei mures.] μυογάλη *compositũ est vocabulum ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς. i. ex mure & mustela. Dicitur & μυγάλη, vt hic. De eo Aet. lib. 13. cap. 14. colore similis mustelæ est, magnitudine autem muris, os oblongũ habet, caudam exiguã, dentes tenues.* ν Lacertas.] Σαῦρος ἢ σαῦρα *in vsu medico habetur etiã, vt docti norũt medici, chirurgicive. Ischiadicis prodesse dicit Plin. lacertam viridem in cibo, ablatis pedibus, intraneis & capite.* ξ Mustelas coquunt.] *De ea legito Gal. lib. 11. de Facult. simpl. med. vbi mustelam, pro podagricis & arthriticis nunq̃ cõbusisse fatetur, de qua quidam tradiderũt, cinerem eius aceto illitũ podagricos iuuare, & arthriticos, quippe cui insit vis discutiendi. Diosc. lib. 2. cap. 24: Cremata in fictili podagricis confert, cinere ex aceto illito.* γαλὴ κοτοικοίδιος *mustela vulgaris. Mustelæ viuæ combustæ cinis cum oleo rosaceo & aceto penna illitus, podagricis prodest. Marcell. & Plin. qui addit, vel si cera & rosaceum admisceatur. Mustelæ sanguis cum plantagine illitus, podagras lenit, Plinius. Neruos contractos remollit, & articulorum dolorem soluit, Isidorus.* ο Ranas.] βάτραχος, *notissimũ animal, cuius species sunt plures. Oleo de ranis multi vtũtur in podagra. Plin. & Georg. Pictor.* ϖ Hyænas.] *Hyæna habetur in Africa corpore nõ minore q̃ lupus est, cuius caro cocta cũ oleo iuuat podagricos & iuncturarũ dolores ex frigiditate. Cocta cũ aqua, cui insideat in solio seu cupa podagricus & arthriticus, plurimũ prodest: Rasis et Albert. Vituli marini, aut quod melius est, hyænæ pelle facta calciamẽta, si qs in quotidiano vsu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit. Marcell. Hyænæ fel cum lapide Asio prodest podagris.* ρ Τραγέλαφος.] *Animal hirco et ceruo simile, nascitur in Arabia. Diod. lib. 3. ab Aristotele dicitur*

Hippela-

Hippelaphus. σ Vulpeculas.] ἀλώπεκας, *pulmo in vsu quotidiano est medico, quiū ex eo Loch Officinæ cōtra pectoris vitia paratū habeant. Plinius: Podagris vulpes decocta prodest. Oleum vulpis discoctæ vtile est arthriticis & podagricis, inquiūt Haly, & Rasis. Est etiam vnguentum vulpinū apud Nicolaum Myrepsium admodū vtile ad podagricos & arthriticos dolores.*

τ Cuius metalli.] *Non solùm ab ipsis fodinis metallica & fossilia medicamēta habentur, sed etiā à fornacibus, vbi metalla funduntur. Nam ibi & diphrygē, & pompholygem, & spodiū & cadmiam, & argenti spumā, & alia nonnulla habemus.*

υ Humor, lachryma.] *Succi in medicina admodū necessarij sunt, & nō solùm ab herbis eliciuntur, sed etiā à radicibus, vt Cyrenaicus, & glycyrrhizæ. Ac fructibus malorū punicorum, citrinorū, limonū, ex myrti baccis, iuglandibus, moris, pyxacantha, ligustri baccis, & acacia. Item omphaciū. De his vide Galenum lib. 6. de Medic. compos. secundū locos. Adhæc habentur varia liquorū genera, quæ quamplurimis ex plantis distillant ac defluunt, quorū alij gummi, alij resinæ, alij lachrymæ vocātur. In gummi genere sunt opoponax, laser, ammoniacū, sagapenū, euphorbium, galbanum, bdellium, myrrha, thus, opopalsamum, sarcocolla, styrax, & id genus alia. In resinarū verò censu sunt: Therebinthina, lentiscina, strobilina, pinea, picea, larigna, & abiegna. In lachrymarum denique numero sunt lac, quod ex papauerū vasculis excipitur, propriè opium appellatū, scammoniū, quod ex thapsia fluit, tithymalorū omnium lac, cancamū, tragacanthæ lachryma, quiq; defluit ex vitibus liquor, ex pruno, amygdalo & ceraso. Manna cœlestis est quidā ros siue liquor suauis, qui ex aere veniens sublucanis temporibus, arborū ramis, & frondibus, herbis, lapidibus, & solo interdū inuenitur hærere, qui breui temporis curriculo coalescens, grumosus in gummi morem efficitur.* φ Adeps.] στέαρ. *De adipibus, seuis & pinguedinibus, quæ in medicum vsum veniūt, copiosè & abundanter locuti sunt Dioscorides lib. 2. cap. 69. & Galenus. Vtimur autem pinguibus pro leniēdis, ac sedandis doloribus, emolliendisq; tumoribus.* χ Cruor.] Αἷμα *de sanguine Galenus statim in initio libri* 10. *de Simplicium medic. facult. Dioscor. li. 2. cap. 70.* ψ Medulla.] μυελός. *De medullis nihil quicquam*

melius aut elegãtius dici poteſt, quàm quod Galen. de illis ſcriptũ reliquit, lib. 11. de Facult. ſimpl. medic. Medulla mollit indurata corpora, ſiue duricies ſit in muſculis, vel neruis, quos νεῦρα vocant Græci, ſiue connexiones artuum ſint adfectæ, ſiue exta patiantur. Ex experientia ceruinæ primas tribuit Gal. ſecundas bubalæ, poſtremas hircinæ: è dorſi ſpina meliorem iudicat atq; hyberno tempore adſeruandam docet. ω Lotium.] οὖρον, melius ὄρον, vrina: frequenter hodie vrinæ vſus in re medica habetur, quia abſtergẽdi vires obtineat. De vrinis Dioſcor. lib. 2. cap. 74. Gal. lib. 10. ſimpl. med. A Merda.] κόπρος, σκατὸς vel σκατὸς, κόπρος κόπρημα, ἄφοδος, βόλβιτος. ſimus ſtercus. Inter fomenta podagræ eſt ſimus pauonum, qui (vt refert Hieronymus in 2. contra Iouinianum) podagræ feruorem mitigat. Simus bouis, inflammationibus conducit, & cum aceti fece podagris auxiliatur. Columbinum ſtercus vehementer etiam ſui experientia Galenus commendat. Ad coxendicis dolores, ad podagricas & arthridicas affectiones, ſi nulli dum nodi vel tumores extiterint, conducit. De humano & caprino ſtercore, cùm ſatis ſuperq́ue antè diſſeruerimus, non eſt quid amplius addendum exiſtimem. Refert Plinius pluribus malagmatibus eos vti, qui podagræ morbo laborent. Ea peculiari epitheto fœtida dicuntur, cùm ſint omnia ferè talia, meritoq́ue dixit Hippoc. in. lib. de Flatibus, Medicinam artem eſſe ſordidam, cùm medicus res fœdas, fœtidasq́ue tractare cogatur. Medici autem cùm multorum animantium, tum hominis etiam excrementa non illinunt ſolùm, verùm in potione miniſtrant in morbis. Hinc medicorum & Aeſculapij apud comicorum lepidiſſimum Ariſtophanem in Pluto σκαθοφάγος, id eſt, merdam comedens epitheton, qui olim, vt humoris peccantis naturam deprehenderent, ſudores in balneis ſtrigili exceptos, & aurium ſordes deguſtabant: non minus quàm veterinarij medici, equorum ſtercora. Vide Hippoc. lib. 5. Gal. lib. 3. de Locis affectis. B Lac.] Galen. lib. 10. ſimpl. medic. refert experientiam de lacte & caſeo in arthritico. Propriè autem ad tophos facit vetuſtiſſimus, acerrimusq́ue caſeus cum ſuillæ carnis præpinguis, ac veteris decocto contritus, & ſuperimpoſitus ex omnium ferè medicorum Græcorum conſenſu.

Γ Bibunt

Γ Bibunt alij numero quaterno Pharmacum, &c.] *Arbitror decocta intelligere, quæ pluribus assumuntur dosibus appetente diluculo: interdum etiam vesperi, præsertim vbi frequentem exhibitionem ægrotanti nullam afferre molestiã, aut eandem morbum ipsum requirere, compertum habemus. Dosis est pondere trium, quatuor, plurium aut pauciorum vnciarum, pro morbi aut ægrotantis ratione: & dicitur à Græco δίδωμι, quod est, dare. Hac voce nos vtimur proportione simplicium medicamentorum. Decoctorum autem varia sunt genera, quædam enim ad concoquendos tantùm, & alterandos humores vsurpantur, quædam verò non tantùm in hoc vt concoquant & alterent, sed & vt simul purgent, aliosq; multos effectus in diuersis partibus corporis præstent, adhibentur, & magistralia dicuntur, siue mixta. i. simul concoquentia, & purgantia. Sunt etiam nonnulla quæ priuatim purgantia vocãtur decocta. Parantur autem maximè è stirpium radicibus, foliis, floribus, surculis, fructibus, seminibus, corticibus, & lignis, & ex aqua iustæ quantitatis coquuntur, donec tertia pars, aut dimidium absumatur. Decocta exprimuntur & colo transfunduntur, & mox seu inutilia abiiciuntur. Liquor saccharo aut melle dulce redditur, idemq; oui albo purificatur, & quibusdã odoramentis suauius fit. Extant aliquot exempla decoctorum, concoquentium, alterantium, mixtorum & magistralium apud Mesuẽ & Leonhartum Fuchsium de Compositione medicamentorum lib. 3. Sunt autẽ Græcorum medicis duo protrita potionũ vocabula, nẽpe ἀπόζημα. i. elixatio, decoctũ, à Græco verbo ἀποζέω, quod est, deferuesco. de quo Dioscor. li. 2. c. 185. Et ἀπόῤῥυμα. i. delutũ aut infusum. Est autẽ dilutũ, aqua, vinum, aut alius humor, in quo herbæ, aut radices vel aromata maduerint, quibus exẽptis relicta eorũ vi in aqua vel vino, id ppriè dilutũ vel infusionẽ dixeris. Euacuationes autẽ lenitiuas & moderatas siue per sedẽ factas, siue per vomitũ, veteres συμμισμοὺς vel συμμιάσματα siue σύμμιας vocant. Galen. in lib. 2. Hippoc. de artic. Hinc συμμισεῖν. i. purgare decocto & potione. Herodotus συμμαίζασι, purgant se.* Δ Alius bibens sacram.] *ἱερὰν ita nominarũt Græci, quasi sacrã, ab operibus & facultatibus suis diuinis & mirabilibus, aut certè quasi magnã. Magna itaq; est,*

propter excellentes suas facultates. Iisdē picra, vt hodie etiā vocabatur. i. *amara, ob aloën, quæ mirificè amara est, & magna copia eius compositionē ingreditur. Extant eius confectionis diuersæ compositiones, quæ ab autoribus ferè nomina traxerunt, scilicet Ruffini, Galeni, Hermetis, Constantini, Abbatis, Hieralogadij,* &c. E Carminibus.] *Incātationibus. Virg. Eclog. 8:*

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Irrepsit hoc incantationis & maleficij genus in medicinam, habuitq́; olim & adhuc hodie habet, suæ artis, sub medicinæ prætextu suos pfessores, quos Plato lib. de Rep. 2. Agyrtas, ariolos & vates nominat, q ante diuitū ianuas, stipem petituri, oppidatim quæstus causa oberrabāt, & diuina quadā virtute, carminibus & sacrificiorum mysterijs se morbos infligere, inflictos quoq; curare: & si quid sceleris à diuitibus, aut eorū proauis esset cōmissum, id magica sacrificiorū celebritate suffimētorumq; odore expiare, eorumq́; inimicos tā fontes, quàm innocētes ἐπῳδαῖς, id est, *carminibus oblædere posse gloriabantur. Quos non tantùm argutè, sed piè & sanctè diuinus Hippocrates in libello de Sacro morbo, siue comitiali ita redarguit, & impietatis accusat. Qui, inquit, lustrationibus & magicis incantamētis morborū affectiones depellere se iactitant, hi victus indigi, verba eorū ad Dæmoniū referunt, vt quiddā se ampliùs scire vulgo ostentent, & homines decipiant. Expiant enim morbo correptos, sanguine & sceleribus inquinatos, iniustos & intoxicatos: ac expiamenta alia sub terrā defodiunt, alia in mare proijciunt, alia ad montes desertos, ne quis ea contrectet, asportāt. At Deus (inquit) q maxima ac sceleratissima peccata purgat, nostra est liberatio. Qui certè sui Filij natiuitate & immolatione, nos à cruento Dæmonum cultu & potestate liberauit.* Z Iudæus excantat.] *Iudæos perfidos incantationibus curare morbos, sunt q putāt, at ego illos nihil nō audere video, quo ab afflictis ægris per fas & nefas pecuniā emungant. O sceleratū pecuniæ aucupium, quid nō mortalia pectora cogis audere? Quos non obsecro morbos curare, quæ demq; præstigia & intempestates, herbarū, radicū, lapidumq́; viribus, sub statu lunæ & stellarū ortu adapta-*

adaptarũ, sese nõ efficere posse promittãt? His fascinare, his dæmones cogere, his denig; iratũ Dei numen litari posse, perfricta fronte nugantur. H A fonte remediũ.] A thermarũ lauacris, quæ vt Plutarchus ait, lib. de Igne & Aqua, ἀκέσματα, καὶ ἀναθὰ ἰατρεῖα δαίδηλα. i. salutaria, & ad morborum medelam efficacia, quarũ aliæ per simplices tantũ mineras, vt alumen, sulphur, plumbũ, chalcitida aut ferrũ, suas derivãt scaturigines, quarũ medicas vires Paulus lib. 1. cap. 51. Aegineta & Vitruuius breuiter perstringunt Θ Nil nisi plorare.] Notum est Græcos ita loqui solitos, vt plorare iuberent eum quẽ à se cõtumeliosè dimitteret, & plurib. annotauimus in puerbio, Præter plorare nihil. Aristophanes in πλούτῳ: Ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγωσι: & infrà: κλαύσειν ἐγώ γέ σοι λέγω. Lucianus vsus est hac voce in primo Necricorũ dialogo: & in Somnio seu Gallo. I Irritãtibus iracũdior.] Tale est mulierũ ingeniũ, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, nec sine tuo malo discedas. Sic Plautus:

Bacchæ Bacchanti si velis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpiùs,
Sin obsequaris, vna te soluas plaga. *Sic quantò obnitẽtibus est asperior podagra, tantò stabilior in ratione manentibus indulget.* K Aten enim.] Ate dea noxæ, damni & turbarũ, quę δυσαρή τε καὶ ἀρτίπους, id est, valida & velox, lõgè antè præcurrit, & tã multa fusicitat mala, vt ijs sanandis λιτὰς ponè sequentes nunquam sufficere possint. Λ Podagram vocant.] Solet enim articularis morbus plerung; ab humore calido & frigido ex capite præcipuè distillante oriri, vt Hippocrates diuinus ille scripsit: qui si ad pedes descendit, & eos infestat, podagra dicitur: si ad manus, chiragra: si verò ad vniuersum corpus, Arthritis morbus. i. articularis absolutè appellitatur. Dolorem affert, idq; alijs cum ardore, alijs cum algore. Eo diuites & otiosi præcipuè infestantur. Dicta est autem podagra, quòd pedum vsum impediat, pedicæ, tendiculæ. i. laquei more, quo animalia capiũtur. Græci enim ποδάγραν, laqueũ appellãt, quasi ποδὸς ἄγρα. i. pedis captura. Podagra ab Horatio in epist. lib. 1. Cessans morbus dicitur, quòd longus & aduersus remedia contumax, & difficilis curatu, vel effectu, quia tardet, & cessare cogat:

Dictaq; cessantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris.

Elidere neruis. i. depellere è neruis. Baiæ molestè ferunt sulfura. i. aquas sulfuratas, quæ dicuntur valere ad podagram leuandam, contemni & pro nihilo putari. Podagra etiam canes laborant. Aristot. lib. 8. Animalium cap. 22.

CHORVS.

Dimetri Anapæstici.

Χο. ἀδαμάντινον ἦθος ἔχουσα κόρα,
πολυσθενὲς, ὀβριμόθυμε θεὰ,
κλῦε σῶν ἱρῶν μρόπων ἐνοπάς.
μέγα σὸν κράτος, ὀλβιόφρον Ποδάγρα,
τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πέφεικε βέλος·
τρομέει δέ σε κύμαθ' ἁλὸς βαθείης,
τρομέει βασιλεὺς ἐνέρων Αἴδας,
ἐπιδεσμοχρὲς, κατακλινοβατὲς,
κωλυσοδρόμα, βασαναστραγάλα,
σφηροπρησιπύρα, μογιαψεδάφα,
δοιδυκωφόβα, γονυκλαυσαγρύπνα,
πρικονδυλοπωροφίλα,
γονυκαμψεπίκυρτε Ποδάγρα.

O' nympha [aa] ingenium adamantinum habens,
Multipotens, animo dea valido,
Audi vota tuorum supplicũ.
[bb] Magna potentia, vis tua magna,
O' regina [cc] opulenta Podagra,
Quam [dd] Iouis horret pernix telum,
Quamq; profundi [ee] fluctus pelagi
Trepidant, quàm quoq; trepidat, [ff] sceptra
Qui [gg] gerit infera [hh] Stygius Pluton,
O' [ii] gaudẽs nodis, lectigrada,
[kk] Cursiuetãs, [ll] talorum tortrix,
Calcicrematrix, malehumi tanga,
Ossitremenda, genufraga, pernox,
Articulos cruciandi cupida
Curuigenuflexa, potens Podagra.

GILBER-

GILBERTI COGNATI

ANNOTATIONES.

aa INGENIVM adamantinū.] *Nulla vi domabile, inexorabile, implacabile & infatigabile. Adamātis enim lapidis incredibilis est duricies. vnde qcqd inuictū atq; inexpugnabile & implacabile est, id adamātinū vocamus. Idē Lucianus in Pseudomante, mentem adamantinam dixit. b b* Magna potentia.] *οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον.* i. *cuius potentia est maxima. Homericū hemistichiū. c c* Opulēta podagra.] *Iuuen. sat.* 13:

—pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas—. *Fuit autē Ladas miræ pernicitatis pauper. Podagra diuites & otiosi pręcipuè infestātur & vexātur, rarò pauperes inuadit, vnde rectè Græcus poëta eā μισοπτωχὸν.* i. *odio habentē pauperes, appellat. d d* Iouis pernix telū.] *Fulmē supremi Iouis gestamē est, quod ciere cōfixit vetustas & velocissimæ celeritatis est: hinc fulminis ocior alis, apud poëtas. Statius:* Ilicet igne Iouis lapsisq; citatior astris. *e e* Fluctus pelagi.] *Neptuni, cuius hoc cognomē fuit, Pelagæus. f f* Sceptra infera.] *Inferorū regnū. Nā apertissimè sceptro siue virga regnū intelligi, illud in diuinis literis ostēdit, qd sceptrū de manu Iudæ nō auferendū pollicetur Dominus, donec veniret, q mittēdus erat Christus. g g* Gerit] *Regit. h h* Stygius Pluton.] *Pluto inferorū deus Stygius dicitur, à Stygia inferorum palude. i i* Gaudens nodis.] *Nodosa ab Ouid. & Horat. appellatur, ab alijs lapidosa, ꝑpter tumores, q in modū lapidis indurant̃. k k* Cursiuetās.] *Velocitatis aduersatrix. Podagra. n. maximè velocitas impedit̃, & ideo ab Hor.* 1. *ser. sat.* 9. *tarda dicitur. Item à Catullo:* Aut si aliquem meritò tarda podagra secat. *A Mantuano tardigrada:*

Tu quoq; tardigradam tactu sanare podagram.

l l Talorum tortrix.] *Hæc dea propter varios effectus varijs epithetis & nominibus celebratur. Extat epigramma Græcum eleganter podagræ originem describens:*

λυσιμελοῦς βάχου, καὶ λυσιμελοῦς ἀφροδήτης
γεναῦται θυγατὴρ λυσιμελῆς ποδάγρα: id est,

Soluere mēbra solet Bacchus, solet & Venus ipsa
Soluere & ex illis nata podagra solet.

Ita vt ex Baccho deo membrorum dissolutore, & Venere dea membrorum dissolutrice, filia podagra nascatur, membrorum dissolutrix. Idem Lucianus in Somnio seu Gallo, scribit podagram ex intemperantia nasci.

Trimetri Iambici.

PERSONAE.

Nuncius, Podagra, Medici, Tortores.

Αγ. δέσποινα, καιρίῳ γὰρ ἥντη ἐς ποδὶ,	NVN. *Domina peropportuna te fers obuiam:*
ἄκουε· ἔπος γὰρ οὐκ ἐτώσιον φέρω,	*Audi, neq; enim tibi nunciũ fero* [a] *friuolum,*
ἀλλ' ἔστι πρᾶξις τῶν λόγων συνέμπορος,	*Sed socia verbis ipsa res adiungitur.*
ἐγὼ γὰρ, ὡς ἔταξας, ἠρέμῳ ποδὶ	*Nam ciuitates, vt statueras vndiq;*
πόλεις ἰχνεύων, πάντας ἠρεύνων δόμους,	*Lento pede vestigans, tibi scrutabar domos*
μαθεῖν ποθῶν, εἴ τις σὸν οὐ τιμᾷ κράτος·	*Cunctas, vt aduerterẽ si quis tuam*
καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἥσυχον εἶδον φρένα	*Potentiam non debito more coleret,*
νικωμένων, ἄνασσα, σᾶν βίᾳ χρῆσιν,	*Aliosq; tuarum vi manuum sat repperi*
δύο δὲ τώδε φῶτε, τολμηρὼ θράσει,	*Regina domitos, mente bona quiescere.*
ἐφραζέτην λαοῖσι, καὶ κατωμνύτην,	*Isti sed audaces duo, confidentia*
ὡς οὐκ ἔστι σὸν κράτος σεβάσμιον,	*Freti sua non desierunt dicere*

Ac deierare, vim tuam venerabilem

Non

ἀλλ' ἔκβολον βροτῶν σε θήσουσιν βίου	*Non esse, sed exortem volunt mortalium*
διόπερ κραταιῶς συνοχμαίας δεσμῷ πόδα	*Te generis ac vitæ. Religans igitur pedes*
πεμπταῖος ἥκω, στάδια δὰ νύας δύο.	*Mox fascijs, vehementer approperans, die*
Π. ὡς κραιπνὸς ἔπτης ἀγγέλων ὤκιστέ μοι,	*Iam deniq; quinta veni, lassus itinere.*
τίνος δὲ καὶ γῆς ὅρια δυσβάτου λιπὼν,	*Nam tota fermè duo stadia pertransij.*
ἥκεις; σαφῶς μήνυον, ὡς ἴδω τάχος.	POD. *Quàm subitus ades, ô nuncie velocissime?*
Αγ. πρῶτον μὲν ἔλιπον πεύτε βαθμῶν κλίμακα,	*Sed cuius obsecro regionis terminos*
ξύλων τρέμουσαν δαλύτοισιν ἁρμογαῖς,	*Duros & inuios reliqueris, explica,*
ὅθεν με δέχεται κορδυβαλλῶδες πέδον,	*Clareq; refer, vt celeritatem intelligam.*
σκληροῖσι τρῶτοῖς ἀντερεῖδον κρούμασιν.	NVN. *Quinq; graduũ scalas reliqui primitùs,*
ὅπερ δὰ νύας ἴχνεσιν ἀλγινοῖς ἐγὼ,	*Tremulas quoq;, luxatis trabium compagibus.*
ἐστρωμένην χάλιξιν εἰσέβην ὁδόν	*Deinde sternax me excipit mox area,*
καὶ δυσπάτητον ὀξέσι κεύτροις λίθων.	*Duris renitens ad pedes impulsibus.*
μεθ' ἣν ὀλίσθω περιπεσὼν λείας ὁδοῦ,	*Quod iter vbi confeci grauibus vestigijs,*

Stratam silicibus ingrediebar semitam,
Ituq; scrupulis acutis asperam,
Hinc incidens in lubricam & planam viam,

ἔσπευδον εἰς τὸ πρόσθε, διάλυτος δέ μου	Dum propero progredi, solutum retrahit
ἔσυρεν ὀπίσω πηλὸς ἀσθενοῦ σφυρὰ,	Calces malè firmas illicò cœnum retrò,
διὴς πρῶντι νότιος ἐκ μελῶν ἱδρῶς	Quà transeunti liquidus è membris mihi
ἔῤῥει, βάσιν μου φθορὰν ἐκλυομένῳ.	Sudor fluebat, æger vt fessum gradus
ὅθεν με δέχεται πᾶν δέμας κεκμηκότα	Deficeret: inde lassus omni corpore,
πλατεῖα μὲν κέλευθος, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλής.	Latam quidem, ast tutam minus insisto viam,
τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δ' ἐκεῖθεν ὀχήματα	Varijs & hinc & inde me vehiculis
ἤπειγεν, ἠνάγκαζεν, ἔσπερχε τρέχειν.	Vt currerem cogentibus & vrgentibus.
ἐγὼ δὲ νωθρὸν ἐλαφρὰ κουφίζων πόδα,	Quare celeriter subleuans segnem pedem,
δόχμιος ἔβαινον εἰσόδου πέραν στενὴν,	Transuersus occursum fugiens, cessi loco,
ἕως ἀπὴν πραδράμῃ προχήλατος.	Donec citis quadriga transiret rotis.
μύστης γὰρ ὢν σὶς, ταχὺ τρέχειν οὐκ ἔσθενον.	Mystes enim tuus nequibam currere.
Πο. οὐκ εἰς μάτην, βέλτιστε, πρᾶξις ἡ δέ σοι	PODAG. Non gratis hæc rectè tibi res gesta sit,
ὀρθῶς πέπρακται, τῇ δὲ σῇ προθυμίᾳ	Mi nuncie. tuæ nanq; promptitudini
ἴσαισι τιμαῖς ἀντισηκώσω χάριν.	Parem rependam gratiam precio pari.

ἔσω

Atq

ἴσω δὲ τοι δώρημα θυμῆρες τόδε,
ἑξῆς τριετίας πειράσῃ κούφων πόνων.
ὑμεῖς δὲ μιῤῥοὶ καὶ θεοῖς ἐχθίστατοι,
τίνες πότ' ὄντες, καὶ τίνων πεφυκότες,
τολμᾶτε Ποδάγρας ἀνθαμιλλᾶσθαι κράτει,
ἢ οὐδ' ὁ Κρονίδας οἶδε νικῆσαι βίαν;
λέγετ', ὦ κάκιστοι· καὶ γὰρ ἡρώων ἐγὼ
ἐδάμασα πλείστους, καί γ' ἐπίστανται σοφοί.
Πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὢν ἐκλείζετο.
Ἔθανε δ' Ἀχιλλεὺς, ποδαγρὸς ὢν, ὁ Πηλέως.
ὁ Βελλεροφόντης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκῤῥέρει.
Θηβῶν δυνάστης, Οἰδίπους, ποδαγρὸς ἦν.
ἐκ τῶν Πελοπιδῶν, ποδαγρὸς ἦν ὁ Πλησθένης.
Ποίαντος υἱὸς, ποδαγρὸς ὢν, ἦρχε στόλου.
ἄλλος ποδάρκης, Θεσσαλῶν ἦν ἡτεμὼν,

Atq; hoc adeò gratum tibi sit præmium,
Posthac triennio semel modò leues
Tentare te nostros dolores perferam.
Sed vos scelesti, dijs & inuisissimi,
Quinam, vel à quibus parêtibus editi, (tentiæ,
Audetis obniti podagræ po-
Cuius superare vim nequit
[b] Saturnius?
Heus dicite pessimi: quoniã
[c] heroas ego
Quamplurimos domui, sapientes vt sciunt:
[d] Priamus pede celer ille, canitur podagricus.
Perijt [e] Achilles podagricus ille Pelei.
Et [f] Bellerophontes podagricus me pertulit.
Podagricus & Thebanus erat dux [g] Oedipus,
Et ex Pelopidis podagricus erat [h] Plesthenes:
Et [i] filius Pœantis etiam podagricus (alius celer
Dux præfuit classi. fuit &
Dux Thessalorum, qui simul atq; prælio

Victus

ὃς ἐπέπρε ἔπεσε Πρωτεσίλαος ἐν μάχῃ,
ὅμως ποδαγρὸς ὢν, καὶ πονῶν ἦρχε στόλου.
Ἰθάκης ἄνακτα, Λαρτηάδην Ὀδυσσέα
ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνος.
ὡς οὔτι χαιρήσοντες, ὦ δυσδαίμονες.
ἴσην πάθησθε κόλασιν, οἷς δεδράκατε·
Ια. Σύροι μὲν ἐσμὲν, ἐκ Δαμασκοῦ τοῦ γένει·
λιμῷ δὲ πολλῷ, καὶ πενίᾳ κρατούμενοι.
γῆν καὶ θάλασσαν ἐφέπομεν πλανώμενοι,
ἔχομεν δὲ χρίσμα πατροδώρητον τόδε,
ἐν ᾧ πρηγοροῦμεν ἀλγούντων πόνους.
Πο. τί δὴ τὸ χρίσμα, καὶ τίς ἡσκευὴ, φράσον.
Ια. μύστης με σιγᾷν ὅρκος οὐκ ἐᾷ φράσαι,
καὶ λοίσθια θνήσκοντος ἐντολὴ πατρὸς,

Victus ceciderat [k] *Protesilaus, præfuit*
Classi, podagricus licet & æger foret.
Ithacæ quoque principem Laërtæ filium
[l] *Vlyssem, ego, non spina necuit trigonos.*
Nunquam ergo gauisuri, ô calamitosissimi,
Pœnā patiamini meritis vestris parem.
MED. [m] *Syri quidem genere Damasceni sumus:*
Multa [n] *fame verò coacti & inopia,*
Terrā & mare peragramus, errantes, vagi.
Habemus autem quod pater vnguentum dedit,
Per hoc mala consolamur ægrotantium.
POD. *Cedò, quod vnguentum? quis illius habitus?*
MED. *Sacrum tacendi ius mihi iurandum datum,*

ὃς

Me talia dicere tibi planè non sinit,
Nec vltimum morientis edictum patris,

Qui

ὃς ἔταξε κεύθειν φῶρμάκου μέγα σθένος,
ὃ καὶ σὲ παύειν οἶδεν ἡγεμωμένην.
Πο. εἶτ', ὦ κατάρατοι, καὶ κακῶς ὀλούμενοι,
ἔστιν τὶς ἐν γῇ φαρμάκου δρᾶσις τόση,
ὃ χρισθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παῦσαι βίαν;
ἀλλ' εἶα τήνδε σύμβασιν συνθώμεθα,
καὶ πειράσωμεν, εἴτε φαρμάκου σθένος
ἐπέρτερον πέφυκεν, εἴτ' ἐμαὶ φλόγου.
δεῦτ', ὦ σκυθρωπαὶ, πάντοθεν ποτώμεναι.
βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
πελάζετ' ἄσσον. καὶ σὺ μὲν ποδῶν ἄκρους
φλέγμαινε τῶν σὸς, δακτύλων ποδῶν ἄχρι·
σὺ δ' σφυροῖς ἔμβαινε, σὺ δ' μηρῶν ἄπο,
ἐς γόνατα λεῖβε πικρῶν ἰχώρων βάθος,
ὑμεῖς δὲ χειρῶν δακτύλους λυγίζετε.

Βά.

Qui iussit hanc celare nos vim pharmaci,
Quod sæuientem te quoque scit compescere.

PODAG. *An igitur, ô execrabiles, malè perditi,*
Vllius vsquam tanta vis est pharmaci,
Meam quod inunctum vim sciat compescere?
Sed sine, paciscamur age tali fœdere,
Et experiamur ánne virtus pharmaci
Futura sit superior, an flammæ meæ.
Huc ô seuera statim vndiq; conuolantia
Tormēta, præsides meæ væsaniæ,
Ocyùs adeste, tuq; soleas infimas
Pedum, sub ipsos vsq; digitos vrito:
Tu calcibus insili, profundam tu riges
A' fœminibus ad genua° tabem felleam:
At vos manuum repentè flectite digitos.

TOR.

Βά. ἴδ', ὡς ἔταξας, πάντα σοι δεδράκαμεν.	TOR. *En imperata singula tibi fecimus.*
κεῖνται βοῶντες οἱ ταλαίπωροι μέγα,	*Iacent, miseriq; clamitant grauissimè,*
ἅπαντα γῆα πεσβολῇ στρεβλούμενοι.	*Per omnia torti membra tuis complexibus.*
Πο. φέρετ', ὦ ξένοι, μάθομεν ἀτρεκέστατον,	POD. *Nunc agite, ô hospites, videamus optimè,*
εἰ χρισθὲν ὑμᾶς φάρμακον τόδ' ὀφελεῖ.	*An illitum vos nunc muniet hoc pharmacum.*
εἰς γὰρ ἀφῶς τόδ' ἐστὶν ἀντίξουν ἐμοί,	*Nam si palàm aduersum fuerit illud mihi,*
λιποῦσα γαῖαν, εἰς μυχοὺς εἶμι χθονὸς,	*Mundum relinquens, abditos terræ sinus*
ἄϊστος, ἀφανὴς, πύματα Τρῶτάρου βάθη.	*Subibo, & [p] infimos abyssos Tartari,*
Ια. ἰδοὺ, κέκρισται, κοὐ χαλᾷ φλογμὸν πόνων.	*Obscura & ignota omnibus mortalibus.*
οἴ μοι παπαί γε, τείρομαι, διόλλυμαι,	MED. *En vnximus, leuat neq; dolores tamen*
ἅπαν πέπρωμαι γῆον ἀσκόπῳ κακῷ.	*Podagricus. Heu proh dolor, heu tabesco miser atque pereo.*
οὐ Ζεὺς κραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλος.	*Omnia populatur membra mea [q] cæcum malum.*
οὐδεὶς θαλάσσης τοῖα μαίνεται κλυδών.	*Non Iuppiter fert tale [r] telũ fulminis,*
οὐδὲ στροβητὴ λαίλαπος τόση βία.	*Non vlla sic procella sæuit (æquoris,*
μὴ κάρχαρον πορθεῖ με δοῦγμα Κρβέρου;	*Non impetuosi tanta vis est turbinis.*

An asperos sustineo [s] morsus Cerberi?

Num

μή τις ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιδόσκεται,
Num [t] virus Echidnæ membra mea depascitur?
[u] ἢ δμῳδιχῆς ἰχῶσι λιγ]αύρα πίπλος;
An [u] tunica sanie tincta Nessi sanguinis?
ἐλέαιρ' ἄνασσα· φάρμακον γὰρ ὅτ' ἐμὸν,
O dea miserere: nam neque meum pharmacum,
[x] ἔτ' ἄλλο δύσ]αν σὸν ἀναχαιτίσαι δρόμον,
[x] Nec aliud inhibere poterit cursum tuum:
ψήφοις δὲ πάσαις πᾶν ἔθνος νικᾷς βροτῶν.
Victrix sed omnium omnibus es suffragijs.
ΠΟ. παύσασθε βάσανοι, νῦν πόνος μέλῃ τι
POD. Desinite nunc tormenta, dolores cedite:
[y] μιτανοούντων ὡς ἐμοὶ ξὺν μολεῖν.
Mecum quia cœptæ litis illos pœnitet,
γιγνώσκιτω δὲ πᾶς τις, ὡς μόνη θεῶν
Et norit vnusquisque me solam omnium
[z] ἄτεκτος ἔξ, ῥᾳθύμοις οὐ πεύθομαι.
[y] Illachrymabilem & [z] immedicabilem deam.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

[a] Ετώσιον friuolum.] *Inutile. Sic apud Homer. Il. σ: ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, telluris inutile pondus. & Odyss. υ.* [b] Saturnius?] *Iupiter Saturno genitus κρονίδης & Saturnius dicitur. αὐθονομασία. Sic Virgil. 4. Aen.*

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Porrò & illud legimus, Saturnum podagrosum ab antiquis effictum gressibus tardum ac remoratorem. [c] Heroas.] *Heroës podagrici.* [d] Priamus.] *Non solùm Troiæ, sed totius ferè Asiæ rex, de quo Virg. 2. Aen.*

Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, *&c. Hesione cùm post captam ab Hercule Troiam captiua cum fratre Priamo abduceretur, redemptum flammeo suo Troiam eum remisit,*

remisit, vnde is Priamus dictus est, cùm antè Podarces vocaretur. e Achilles Pelei.] *Fortissimus omnium Græcorum, Pelei Thessaliæ regis & Thetidis filius.* f Bellerophontes.] *Glauci regis Ephiræ filius. Hinc Mantuanus:*

—nec adest Glauci certissima proles.

g Oedipus.] *Laij Thebanorũ regis & Iocastæ filius, à pedibus ex vulnere & podagra tumentibus, Oedipus est appellatus.* h Phlesthenes.] *Pelopis fuit filius ex Hippodamia.* i Pœantis filius.] *Philoctetes Herculis comes, qui vnius sagittæ casu, in pede, vulnere penè immedicabili affectus est, cuius fœtor cũ à Græcis ferri non posset, in Lemno relictus est. Tandẽ opera Machaonis medici sanatus, Propertio teste, qui inquit:*

Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. k Protesilaus.] *Vnus ex Græciæ principibus primus Græcorum omnium ante Ilium interfectus, vnde nõ sine omine quodam, & futuræ mortis præsagio Protesilaus videtur appellatus:* id est, *primus mortuus. Ausonius:*

Protesilaë tibi nomen sic fata dederunt,
Victima quod Troiæ prima futurus eras.

[l Ὀδυσσέα Vlyssem.] *Rex Ithacæ, Laërtæ filius fuit Vlysses, Telogonus autẽ eius ex Circe susceptus filius, patrẽ suum videre cupiens, Ithacam profectus est, vbi cùm incognitus à domo patris prohiberetur, orta cõtentione, patrem incognitũ spina venenosa trigonis piscis transfixit. Trigon verò marina traditur fera lethalis præcipuè, adeò vt si aculeo truncum arboris percutias, inarescat protinus. Hunc deniq; Vlyssi necis fuisse causam tradunt. Et inde à Nicandro ὀλοεργὸν τρυγόνα nuncupatur. Trigona nostri* pastinacam *cõuertunt.* m Syri Damasceni.] *Damascus Syriæ vrbs antiquissima, palmularum fertilissima, & prunorum, quæ inde Damascena vocantur. Luc. lib. 3:*

Et felix (sic fama) Ninos, ventosa Damascus.

n Fame coacti & inopia.] *Tales sunt nostri seculi Agyrtæ, receptarij, circulatores, ꝑfidi & Christianis infesti Iudæi, anus fatidicę chymistę, & id genus nebulonũ, qui impunè ꝑ hominũ mortes experimẽta sola agũt et cõsectãtur. Nomẽ medici sibi vẽdicãt, & in medicinæ ꝓfessionẽ, vt fuci in aliena apũ aluearia irrepũt, oppidatim q̃stus causa oberrãt, ac à diuitib. stipẽ petũt,*

de suis

de suis gloriantur remedijs, ac sua adulatione ignobile inescant vulgus, quum ferè omnia ex integris receptorũ fasciculis citra rationis iudiciũ, agunt. o Fellcam tabem.] *Amarũ humorem: fellis enim humor est amarissimus.* p Infimos abyssos Tartari.] *Profundissimos inferorum locos.* q Cæcum malum.] *Colum. lib. 1: Sæpe, inquit, cõtrahuntur cæci morbi, quorũ causas ne medici quidẽ perspicere queunt. Sunt enim insidiosi, occultè mali, latentes, & qui videri nõ possunt. Persius sat. 4:*

Cæcum vulnus habes, *inquit. Virgil. 4. Aen.*
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Et paulò pòst: —est mollis flamma medullas
Interea, & tacitũ viuit sub pectore vulnus. *Horat.*
Sed vereor ne cui de te plusquam tibi credas,
Non si te populus sanum rectèq; valentem
Dictitet occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules, donec manib. tremor incidat vnctis.

r Telum fulminis.] *De eo antè in proximo Choro. Ouid. lib. 2. Metam.*

Spectat & in dextra missile fulmen habet. *Virgil. 1. Aen.*
Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis.

s Morsus Cerberi.] *Cerberum tricipitem ab caninis capitibus effingunt poëtæ, Tartareumq; custodem statuunt, morsu admodũ aspero, qui quos icit statim interficit.* t Virus Echidnæ.] *Id est, viperæ. capitur & pro Hydra ab Hercule occisa, & pro quocunq; serpẽte. Hesiodus Echidnam ait dimidia sui parte Nympham: Dimidio altero immanem anguem. Mantuanus:*

Vel quia letiferæ dentem non sensit Echidnæ.

u Tunica sanie tincta Nessi sanguinis.] *Nessus vnus ex Centauris, Ixionis ex nube filius, cùm Herculi ad Euenum fluuium operã suam obtulisset ad Deianiram in ripam vlteriorem traijciendam, iamq; traiectæ vim inferre pararet, ab Hercule sagittis est confossus. Quare cùm iam mortẽ imminere videret, Deianiræ vestem tradidit, sanguini suo infectã, vim amatorij illi inesse simulans, virumq; alterius fœminæ amore captũ, ad ipsius amorẽ posse reuocari. Cuius verbis illa temerè fidem adhibẽs, Herculi in Oeta monte sacrificãti, per Lichan puerũ vestem*

eam misit, quam quum ille induisset, veneno statim per viscera serpente, doloris impatientia in ardentem sese rogum coniecit. Hinc Nesseus, a, um. Ouid. in Epist. Deianiræ ad Herculem:

Illita Nesseo misi tibi texta veneno.

x Nec aliud inhibere poterit cursum tuum.] *qui non remittitur ante quadraginta dies, referentibus Hippoc. 6. Aphor. 49. & Corn. Celso, lib. 4. cap. 24. & vltimo.* y Illachrymabilem.] *Inexorabilem, & tam duram, vt ad lachrymas aut misericordiam commoueri non possim. Hoc epitheton Horatius Plutoni tribuit lib. 1. Carm.* z Immedicabilem.] *Quæ medicaminibus non potest sanari. Liuius: Non tam in periculosum quàm longum morbum implicitum. Idem: Longinquum forsitan & insanabilem morbum efficiat.*

CHORVS.

Hexametri μείουροι & Anapæstici Dimetti.

Χα. οὔτε Διὸς βρουτᾶις Σαλμωνέος ἤρισεν βία,	*Non vis α Salmonei contendere cum tonitribus,*
ἀλλ' ἔθανε, ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.	*Ausa Iouis, pœnas euadere salua potuit:*
οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μῃσύας,	*Verùm animo repressa, repenteq; fulmen Dei*
ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει μείνου περὶ δέρμα πίτυς.	*Fumigero Stygias detruditur icta sub aquas,*
πένθος ἀείμνηστον δι' ἔριν τοκὰς ἔχε Νιόβη,	*Nec β satyrus Phœbo congressus Marsya tulit*
ἀλλ' ἔτι μυρομένη πέχει πολὺ δάκρυ Σιπύλῳ,	*Inde voluptatem, cùm diripit vndique cutem*
Μαιο=	*γ Pythius illius, non præmia grata referens*

Litis habet memorem, δ luctu quoq; fœta Niobe
Nunq; & adhuc lugens Sipylum rigat vda lachrymis

ε Mæonis

Μαιονία δ' ἀράχνη Τριτωνίδος ἦλθεν εἰς ἔριν,	ε Mœonis ad lites Arachne, quia Pallada vocat
ἀλλ' ὀλέσασα τύπον, καὶ νῦν ἔτι νήματα πλέκει.	Perdita, nũc scelus id testantia stamina plicat.
οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς θράσος ἐστὶ μερόπων,	ζ Impar enim est diuorum affectibus humana vis:
ὡς Διὸς, ὡς Λητοῦς, ὡς Παλλάδος, ὡς Πυθίου.	Vt Iouis, vt Latonæ, vt Pallados, vt Pythi.
ἤπιον, ὦ πάνδημε φέροις ἄλγημα Ποδάγρα.	Mites ergo feras cruciatus atq; faciles,
ἀοῦφον, ἐλαφρὸν, ἄδριμυ, βραχυόλαβες, ἀνώδυνον,	O celebris, cunctisq; locis dea nota Podagra,
εὔφορον, εὔκλητον, ὀλιγοδρανὲς, εὐπερίπατον.	Ferq; leues, & acutos, & breuiter noxios
πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτιχούντων.	Absq; dolore, nec intolerabiliter, bene suos
μελέται δὲ πόνων καὶ τὸ σύνηθες	Qui teneant fines, sint exiguumq; validi,
τοὺς ποδαγροῦντας παραμυθείσθω,	Quiq; gradum non impediant facientibus iter.
ὅθεν εὐθύμως, ὦ συνναύκληροι λύσεσθε	η Multæ sunt formæ miserorum,
πόνων, εἰ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,	θ Sed podagricos soletur morbi
τοῖς δ' ἀδοκήτοις πόρον εὗρεν θεός.	Exercitium & consuetudo.
πᾶς	Quare æquanimiter nobiscum

O ι quotquot in hac estis naui,
Cruciatus ex animo eijcite.
Quòd si quæ placeant, non fiunt,
Et iter non placitis dij inueniunt.

πᾶς ἀνεχέσθω τῶν πασχόντων
ἐμπαιζόμενος καὶ σκωπτόμενος·
τοῖον γὰρ ἔφυ τόδε πρᾶγμα.

Quisquis es hic cui morbus grauis est,
Te ludi rideriq́ feras.
Nam hæc huius ludi natura est.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

α S'ALMONEI.] *Salmoneus Aeolis regis Elidis filius, quum diuinos honores petulantiùs quæreret, Iouemq́; structo æneo ponte, tonando & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus in infernũ detrusus est. Vide Virgil. lib. 6. Aeneid. & quæ ascripsimus in principio Timonis, & in Philopatre.*

β Satyrus Phœbo cõgressus Marsya.] *Marsyas tibicen, ex Celenis oppido Phrygiæ, ea temeritate fuit, vt ipsum etiam Phœbum ad musicæ & cantus certamẽ auderet prouocare. Sed temerarius eius conatus turpiter illi ob imperitiam cessit. Nam à Phœbo victus & excoriatus est. Vide Ouid. lib. 6. Fast. Nostri Luciani dialogum Iunonis & Latonæ. Eius quoq; mentio fit in Harmonide, & aduersus Indoctum librorum supellectile tumentem.* γ Pythius.] *Apollo nuncupatus, vt notissimum est à Pythone serpente, Apollinis sagittis confecto, cuius fabula ab Ouid. in Metam. planè descripta est. Proper. lib. 2:*

Pythius in longa carmine veste sonat.

δ Luctu fœta Niobe.] *Tantali fuit filia, & Amphionis, Thebanorũ regis vxor, quæ cum viro suo, sex filios, totidemq́; filias peperisset, animo elata, Latonæ sese præferre non dubitauit. Quamobrẽ indignata dea Apollinis & Dianæ sagittis liberos eius ad vnum omnes interficiendos curauit: Niobenq́; ipsam sibi conuitiantem turbine venti in Asiã rapuit, & iuxta Sipylum Mœoniæ vrbẽ (quæ illi patria erat) in saxũ trãsformauit. Vide latiùs hanc fabulã apud Ouid. 6. Metam. Ad quam allusit etiã Lucianus in Philopatre: in suo Somnio, & in Luctu.* ε Mœonis ad lites Arachne.] *Puella quædã Lydia olim fuit, nomine Arachne, quã Minerua nendi omne, suendi, texendiq́; artificium docuerat, quibus dotibus illa superbiens, negabat se à Minerua*

nerua doctam, ac eò processit arrogantiæ, vt Palladi se non vereretur æquare, deamq́; in certamen vocare. Idcirco indignata Dea venit, virginemq́; acriter obiurgata, opus miris imaginibus intertextum ac varium radio discidit. Quod virgo ægerrimè ferens, laqueo vitam finire decreuerat. Sed Pallas illius casum miserta, non quidem statim eam mori voluit, sed ita tenuissimo funiculo pendentem in araneam transformari:

Atq; ita viue quidem, pende tamẽ improba, dixit,
Lexq́; eadem pœnæ, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisq́; nepotibus esto,
Mœonis —.

Nam Lydia aliter vocatur Mœonia. Ouid. lib. 6. Metamorph.

Mœoniæq́; animum fatis intendit Arachnes.

Hæc, authore Plinio, linum & retia fertur inuenisse. Eius itẽ filius fusos reperit. ζ Impar est deorũ affectib. humana vis.] *Deum enim hominibus potiorem esse, nemo ignorat. Adde quod*

Αργαλέος γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι: *id est,*

Ardua res homini mortali vincere numen.

Extat Creontis sententia æquè pia:

Θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.

Violare diuos, nemo quit mortalium. *Non enim Deũ fallit homo, nec factis nec cõsilijs. Hæc admonent, inauspicatò cedere, quæcunq; aduersus Deũ instituuntur. Freti enim nimiùm suis viribus, vel à Deo facilè vincũtur.* η Multæ sunt formæ miserorũ.] *Aegrotantiũ. De morborũ multitudine & numero Plin. lib. 7. ca. 51. & lib. 25. ca. 2. Trecentis enim morborũ generibus homo infestatur. Et exoleti veterũ morbi, quotannis denuò incrudescunt, ac renouantur, tũ in morbis, nil modò accidit, quod nõ acciderit olim. In tanta autẽ morborũ phalange, Podagra immedicabilis dicitur hîc, nodosos cõficiens articulos, in cuius cura, quisquis peritus fuerit, Medici physici honore diuino dignabitur, Hippocratis etiã encomio celebrandus, quo ait,* ἰητρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος, *Medicus philosophus Deo æquiparãdus.* θ Sed podagricos soletur morbi Exercitiũ & cõsuetudo.] *Quod autẽ prius erat violentũ, ac proinde molestũ, assuetudine primũ fit leue, postea etiã iucundũ. Aristot. lib. rhetoricorũ 1. disputans de iucundis, docet ea iu-*

cunda esse, quæ vel secundũ naturã sunt, vel quod huic proximũ est, assueta. Vnde illud vulgo iactatũ: ἕθος ἄλλη φύσις. i. Vsus altera natura. Natura nihil efficacius potentiúsve. Huic parem aut certè proximã vim habet assuetudo. Et nihil interest inter naturam & vsum, nisi quod interest inter semper & plærunq;. Perpetuũ est qđ indidit natura, frequẽs qđ vsus affixit. Qui malis assueuit, ac permulta tulit, cõmodiùs fert & aliud, si qđ inciderit infortuniũ. Tantũ valet assuetudo, vt mala quibus assueuerimus, optima videantur. Huc pertinet & Ouid. illud:

Quod malè fers assuesce, feres bene multa vetustas
Lenit—. *Cognitum enim malum, aut vitamus, aut nos ad id accommodantes ferimus. Aristot. li. Moralium Nicom. 8: Dum fatentur esse molestum, sed iam assueuimus, vt aiunt.*

Quotquot in hac estis naui.] *Id est, in cõmuni morbo & periculo. Siquidẽ ad eos, qui eodẽ vehuntur nauigio, periculum naufragij communiter pertinet: neq; magnopere refert in prora sint, an in puppi, an in carina, cùm nihilo magis absint à discrimine. Cicero Epistolarũ familiariũ secundo ad Curionẽ: Etsi vbicunq; es, vt scripsi antea, in eadem es naui, tamen quòd abes gratulor. Idem alibi: Hoc miror enim, querorq;, quenquã hominẽ ita pessundare alterũ velle, vt etiã nauim perforet, in qua ipse nauiget: hoc est, vt rempublicam euertat, cũ qua sit etiã ipsi pereundũ. Aristophanes in Vespis* ἀεὶ τῆς πόλεως χαὶ ἐσὶ, τῶ σκάφους ὅλε. i. *de ciuitate est, naue de tota puta. Est autem familiare poëtis à nauibus ad Rempublicã similitudinẽ mutuari. Pro eodem Seneca lib. epist. 3: Non sum tam improbus, vt curationes æger obeam, sed tanquã in eodẽ valetudinario iaceam, de communi malo tecum loquor: dicitur autem Senecæ valetudinariũ, locus vbi ægroti iacent & curantur, quod Græcis μυσοκομεῖον. Corn. Tacit. de Orat. Qui in eodem valetudinario, hæc ossa, & hanc maciem probant.*

ΩΚΥΠΟΥΣ. OCYPVS.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Ωκύπους, Ποδαλλείρε & Ασωσίας υἱὸς ἐγλύεθ, καὶ μὴ & ὁπωσμὴ Δλφέσων, γυμνασίων τε καὶ κωμησίων μὴ ἀμελῶν. πολλάκις

λάκις ὃ θεωρῶν τὰς ἐχομένας ὑπὸ τῆ ἀτυχίᾳ Ποδάγρας, καταγέλα, φάσκων μηδὲν ὅλως εἶναι τὸ πάθος. ἡ δὲ ὀργίσθη ἀναπηδᾷ, καὶ λαβοῦσα ποδῶν ἐπιτρέχει, τοῦτ' ἐστίνας φέρουσας, καὶ ἀρνεμβύη, ὅπλιον ὅλας πήδησιν ἡ θεός. Ἡ μὲν σκιὴ δὲ δράματος ὑποκρίνεται ἐν Θήβαις. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων ποδαγρῶν, συνελεγχόντων τὸν Ὠκύπορον. Τὸ δὲ δράμα τῆ πάνυ ἀστείων. Τὰ δὲ δράματος πρόσωπα, Ποδάγρα, Ὠκύπορος, Τροφός, Ἰατρός, Πόνος, Ἄγγελος.

OCypus Podalirij & Aſtaſiæ filius fuit, pulchritudine ac viribus præſtans, gymnaſiorumq; & venationū in primis ſtudioſus. Hic cùm ſæpe videret eos q à rigida Podagra detinerētur, irridere illos cœpit, dictitās nihil eſſe prorſum, cur illi tantos dolores præ ſe ferrent. Indignatur itaq; dea, ac pedes illius inuadit. Qui cùm ab initio cōſtanter ferret, ac morbū detrectaret, tandē à dea totus proſternitur, & ſupinus decūbit. Scena quidē, ſiue actio fabulę apud Thebas eſſe intelligitur. Chorus autem ex popularibus eius loci podagricis conſtituitur, qui omnes Ocypum pariter coarguunt. Fabula eſt ex ijs quæ pro valde vrbanis habentur. Interlocutores fabulæ ſunt: Podagra, Ocypus, Nutritor, Medicus, Labor, Nuncius. Proloquitur autem Podagra. Poëma imperfectum & mendoſum eſt, &, vt Eraſmus addit, ne micam quidem Lucianici ſalis habens.

Προλογίζει ἡ Ποδάγρα.

Δεινὰ μὲν ἐν βροτοῖσι, καὶ
ἀνοσώνυμον
Ποδάγρα ἰώκημα,
ἀλγεινὸν ἀνθρώποις·
ἀσυμῶ δ' νευρίνοισι τοὺς πόδας
βρόχοις, (μένη.
ἄρθροισιν ἀσφαμῶσα, μὴ νοσ

Ingreſſa clàm ſub artuum compagines.

GRauis hominibus, & inauſpicati nomīnis
Podagra vocor, mortalibus dirum malum:
Quæ vinculis adſtrīngo neruorum, pedes,

γελῶ δὲ τοὺς πληγέντας ὑπ' ἐμοῦ,
καὶ μὴ λέγοντας ἀτρεκῆ τῆς συμφορᾶς·
ἀλλ' εἰς ματαίαν πρόφασιν ἐξησκημένους·
ἅπας γὰρ αὐτὸν βουκολεῖ ψευδοστομῶν,
ὡς ἐνσεσεικὼς, ἢ προκόψας τοι βάσιν,
λύγει φίλοισι, μὴ φράσας τὴν αἰτίαν.
ὃ μὴ λέγει γὰρ, ὡς δοκῶν λαθεῖν τινὰς,
χρόνος δέ γ' ἕρπων μηνύει, κἂν μὴ θέλῃ·
καὶ τότε δαμασθεὶς, ὀνομάσας μου τοὔνομα,
πᾶσι θρίαμβος, ἐμβεβάστακται φίλοις,
πόνος δέ μοι συνῆγός ἐστι τῶν κακῶν·
ἐγὼ γὰρ οὐδέν εἰμι τούτου δίχα, μόνη.
τοῦτ' οὖν δάκνει με, καὶ φρενῶν καθάπτεται.
ὅτι τὸν ἅπασιν αἴτιον πόνον κακῶν,
οὐδεὶς κακούργοις λοιδορεῖ βλασφημίαις,

Ridere verò soleo eos quos torqueo,
Dum proloqui veram mali causam haud volunt,
Aliamq́ fictam in promptu habent, quase tegant.
A Quilibet enim se decipit mendacio,
Luxatum alicubi, aut grauiter allisum pedem
Dum dictitat, veramq́ causam supprimit.
B Quod enim ipse celat, & latére alios cupit,
Hoc tempus inuito arguit eo pòst tamen:
Ac tum domitus, veroq́ nomine me vocans,
Gestatur ab amicis, triumphus omnibus.
At verò ad hanc rem adiutor est Labor mihi.
Neque enim sine hoc ego sola quicquam potuero.
Proinde mordet me illud, & præcordia
Tangit mihi, quòd cùm ille causa sit omnibus
Malorum, & omnes excruciet: nemo tamen
Incessat ipsum maleficis conuicijs,

Sed

ἀλλὰ κατὰ ἐμοῦ πέμπουσι δυσφήμους ἀρὰς,	Sed ab omnibus (ita est dementia)
ὡς δεινὸν ἐλπίζοντες ἐκφυγεῖν ἐμόν.	Me prosequuntur imprecationibus,
Τί ταῦτα φλυαρῶ, κοὐ λέγω τίνος χάριν	Quasi hoc mea modo effugere possint vincula.
πάρεμι, μὴ φέρουσα τὴν ἐμὴν χολὴν;	Verùm quid ista nugor, & non protinus
ὁ γὰρ Δόλων γενναῖος, ὁ θρασὺς Ὠκύπους	Qua gratia huc aduenerim ad vos, proloquor,
φρονεῖ καθ' ἡμῶν, μηδὲν εἶναι μέ τι λέγων,	Iram euomens hanc intus omnem, vt est, meam?
ἐγὼ δ' ἐπ' ὀργοῦς, ὡς γυνὴ δεδηγμένη,	Nam cursor hic (si dijs placet) generosus,
ἀντέδακα τοῦτον ἀθεραπεύτων σεσόχως,	Elatus animo præter alios Ocypus
ὡς ἦν ἔσος μοι, κοὐδὲν δὲ πόδος τυχεῖν.	Contemnit, & nullam esse me demens ait.
ἤδη δ' ὁ δεινὸς πόνος ἔχει λεπτὸν ὄπον,	C Ego autem, vt mulier, ira acerbè percita,
καὶ τὴν βάσιν νυγμοῖσι τρυπᾷ τὴν κάτω,	Illum vicissim acerbo & immedicabili
ὃ δ' ὡς ῥόμοισιν ἢ πάλῃ πλήξας ἦνος,	Adorta malo, vt mos est meus,
πλανᾷ γέροντα, παιδαγωγὸν ἄθλον,	Ictu illicò talum pedis certo petens.
καὶ	Ac nunc quidem dirus labor locum eum tenet,

Plantamq́ terebrat infimam stimulis suis.
At ille, ceu cursu aut palæstra offenderit
Pedem, magistrum decipit, miserum senem,

καὶ κλεψίχολον πόδα τιθεὶς ἰχνευμένον,	*Sed biliosum ægrè mouens captum pedem*
δύσκινος αὐτὸς ἐκ δόμων προσέρχεται.	*Progreditur infelix dono ipsius huc forás.*
Ωκ. πόθεν δ' ὁ δεινὸς κατὰ ποδῶν οὗτος πρῶν,	OCYP. *Vnde autem acerbus iste per pedes mihi*
ἀπραυμάτιστος, ἄβατος, ἄστατος πόνος;	*Sine vulnere* D *improuisus accidit dolor,*
τείνω δὲ νεῦρον, οἷα τοξότης ἀνὴρ,	*Qui neq; gradi me, neque loco stare patitur?*
βέλος προπέμπων, καὶ λέγειν βιάζεται,	*Intendo verò neruum, & arcum olim solet*
τὸ τῶν πονούντων ἔσχατον στοιχεῖ χρόνῳ.	*Iaculator, inde dum sagittas emouet:*
Τρο. ἔπαιρε σαυτὸν, ὦ τέκνον, καὶ κούφιτον,	*Cogitq; tandem vis iniqua proloqui.*
μή πως με πίπτων καταβαλῇς σὺ χωλὸς ὤν.	*Cedit dolentium ultimum iam tempori.*
Ωκ. ἰδοὺ κρατῶ σε δίχα βάρους, καὶ πείθομαι,	NVTR. *Attolle te ipsum quæso, fili, & aleua,*
καὶ τὸν πονοῦντα πόδα τιθῶ, καὶ κρατῶ·	*Ne fortè concidens pro eo atq; claudus es,*
νεωτέρῳ γὰρ αἶσχος ἐν παισὶν ἀεὶ,	*Tecum pariter & me trahas pronum solo.*
ὑπηρέτης ἀδύνατος, γογγύζων γέρων.	OCYP. *En teneo te absque pondere, & ibi pareo:*
Τρο.	*Aegro pedi insistens dolo-*

remque opprimens.

Nanq; iuniori turpe, pueros inter, est
Obmurmurans minister, inualidus senex.

NVTR.

Τρο. μὴ, μή μ' ἅπτου, μωρὲ, μή μ' ἀφτόμ.
μή μ' ὡς νέῳ λόμπαξι, τῦτ' ἀθλίως, ὅτι
ἐν ταῖς ἀνάγκαις πᾶς γέρων δὴ νέῳ.
πάθε λέγοντι, τὸ πέρας ἂν ἀποσπάσω,
ἕστιν ὁ πρέσβυς, σὺ δ' ὁ νέῳ πίπλευς χαμαί.
Ωκ. σὺ δ' ἂν σφαλῇς, πίπτω κἀπου ὦν γέρων.
πεθυμία γὲ ἐν γέρουσι παρέπεται, (ζωῦ.
πρᾶξις δ' τοῖς δυνατὸν ὄντ' ὦν
Τρ. τί μοι θορύβῳ, πὸ λέγεις, οἵῳ τρόπῳ
πόνῳ πεῦλθε σὸ ποδὸς λοίσθιον βάσιν;
Ωκ. ἐρόμοισιν ἀσκῶν, λῦφον ὡς τιθῶ πόδα,
πρίχων ἕσεσθαι, ἢ σωτμίχθω πόνῳ.
Τρ. πάλιν πρίχ' ὅπως ἔπορ, ἢ καθήμῃ (λγόμενος.
πάγωνα τίμᾳ λυρίων ἀπ' ὦν-

NVTR. *Ne ne quid huius, ſtulte, ne mihi obijce,*
Ne faſtuoſe me laceſſe vti
E *iuuenis,*
Illud ſciens, quòd iuuenis eſt quiuis ſenex,
F *Quoties neceſsitas & opus hoc poſtulant:*
Ac crede dicenti, vltimum hoc ſi ſubtraham,
Stabo ſenex, at tu iuuenis cades humi.
OCYP. *At tu, parùm ſi offenderis, ſenex, cadis,*
Et hoc, dolor cùm nullus etiam te premit.
G *Siquidem parata in ſene voluntas ſemper eſt,*
Sed res & opus haudquaquam in eo itidem vigẽt.
NVTR. *Quid hæc* H *ſophiſticãdo ineptias agis?*
Quin potiùs vnde morbus hic cauam pedis
Aduſque plantam venerit tibi, diſſeris?

OCYP. *Dum curſitando exerceo me, atq; tibi leuem*
Pono pedem, currens retorſi, atq; incidi
In hoc malum, implicitus dolore quo vides.
NVT. I *Denuò igitur curre, vti monebat qui ſedet*
Barbamq; ſub tonſore vellit hiſpidus.

OCYP.

Ωκ. οὐκοῦν παλαίων, ὡς θέλων
παρεμβολὴν
βαλεῖν, ἐπλήγην· τοῦτο δὴ πίστευέ μοι.
Τρο. ποῖος στρατιώτης γέγονας, ἵνα πρεμβολὴν
βάλλων σὺ πληγῇς; περικυκλοῖς ψευδολογῶν,
τὸν αὐτὸν ἡμεῖς εἴχομεν λόγον ποτὲ
μηδενὶ λέγοντες τὴν ἀλήθειαν φίλων.
νῦν δ' εἰσορᾷς ἅπαντα ἐξ
ὃ πόνος δ' ἐλελίξας ἐμμελῶς
δασρέφει.
Ια. ποῖ, ποῖ καθεύρω κλεινὸν
Ωκύπουν φίλοι,
τὸν πόδα πονοῦντα, καὶ βάσιν
πρειμένον;
ἰατρὸς γὰρ ὢν ἔκλυον ἐπὸ φίλου
τινὸς,
πάσχοντα δεινὰ τοῦτον ἀστάτῳ πάθει
ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ἐγγὺς ὀμμάτων ἐμῶν,

κεῖται

OCY. *Ergo vbi palæstra exerceor; K parembolam*
Dum iacere luctando volo, hanc plagam tuli.
Hoc vtique tandem credere volo te mihi.
NVTR. *At qualis ipse miles es, cedo, vt iacens*
Parembolam, percussus hāc plagam feras?
Mendacium nectendo, falsa prædicas.
Eadem ista diximus aliquādo nos quoq;
Fatendo veritatem amico nemini
At nunc vides vt cuncta
Quassansq; facilè intorquet huc illuc labor.
MED. *At vbi, vbi reperiam inclytum Ocypum, viri,*
Ex pede laborantem, & vacillantem gradu.
Medicus enim cùm sim, ex amico quopiam
Audiui eum vehementer affici malè
Dolore, qui consistere pede ipsum haud sinit.
Sed ipsus hic propè iacet ante oculos meos

Stratus

κεῖται κατ' εὐνοῦς ὕπτιος βεβλημένος.	*Stratus supino per cubile corpore.*
ἀσπάζομαί σε πρὸς θεῶν, καὶ σὸν *	*Saluere iubeo per deos te, ac tuum.*
τί τοῦτο, λέξον Ωκύπου τάχα. *	*Quid istud, Ocype? dic mihi forsan*
ἃ γὰρ πάθοιμι τυχὸν, ἴσως ἰάσομαι	*Si fortè enim cognôro, forsan remedium*
τὸ δεινὸν ἄλγος, τοῦ παθοῦς τὴν συμφοράν.	*Adhibebo tam sæuo dolori, atq; istius*
Ωκυ. ὁρᾷς με σωτὴρ, καὶ πάλιν σωτήριχε,	*Tantum mali causam leuabo scilicet.*
σάλπιγγος αὐτὸ ὄνομ' ἔχων, σωτήριχε,	OCYP. *At me vides,* L *ô Soter, & Soteriche,*
δεινὸς πόνος με τοῦ ποδὸς δακνεῖ κακῶς,	*Tubæ ipsius nomen gerens, Soteriche.*
δειλὸν δὲ βῆμα, κοὐχ ἁπλοῦν τι θῶ ποδί.	*Sæuus dolor pedem mihi arrodit malè,*
Ια. πόθεν; τί παθὼν; μήνυσον, ἢ ποίῳ τρόπῳ;	*Gressumq; timidè facio, & haud planum pede.*
μαθὼν γὰρ ἀλήθειαν ὁ ἰατρὸς ἀσφαλῶς,	MED. *Vnde, aut quid accidit expedi, aut quibus modis?*
ἀρεῖττον πρόσεισι, σφαλλεται δὲ μὴ μαθών.	*Nam* M *medicus audiens rem vt est, dempto metu*
Ωκ. δρόμον τιν' ἀσκῶν καὶ τέχνην γυμναστικὴν,	*Meliùs adit: non audiens, errat feré.*
δεινῶς ἐπλήγην ἑπὸ φίλων ὁμηλίκων.	OCYP. *Dum genere cursus nescio quo exerceor*

Ια.

N *Arti studens gymnasticæ, plagam tuli*
Percussus à quodam O *meorum æqualium.*

MED.

Ια. πῶς οὖν ἀκλὴς οὐ παύρεσι φλεγμονὴ,
τόπου κατ' αὐτοῦ, κοὐκ ἔχεις τίν' ἐμβροχήν;
Ωκ. οὐ γὰρ στέγω τὰ δεῦμα τῶν ἐριδίων,
εὐμορφίαν ἄχρηστον εἰς πολλοὺς καλήν.
Ια. τί οὖν δοκεῖ σοι, κατακνήσω σου τὸν πόδα;
ἂν γὰρ παράσχῃς μοι, γιγνώσκειν σὲ χρὴ,
ὡς ταῖς τομαῖσι πλεῖστον αἷμά σου κενῶ.
Ωκ. ποίησον, εἴ τι καινὸν ἐξευρεῖν ἔχεις,
ἵν' εὐθὺ δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσῃς πόνον.
Ια. ἰδοὺ σιδηρόχαλκον ἐπιφέρω τομὴν,
ὀξεῖαν, αἱμόδιψον, ἡμιστρόγγυλον.
Ωκ. ἔα, ἔα.
Τρο. σῶτρ τί ποιεῖς; μὴ τύχοις σωτηρίας,
τολμᾷς σιδηρόσπρτον ἐπιβαλεῖν πόνον,

μηδὲν

MED. *Cur tristis igitur cessat inflammatio*
Locum per ipsum? aut cur neq; impositas habes
Tinctas salubri fascias aspergine?
OCYP. *Quoniam haud amo ex lana illigata vincula,*
Vt quæ afferant deformitatem inutilem.
MED. *Quid ergo tibi videtur? Pincidam pedem?*
Nam si hoc feres, scias licet quamplurimùm
Exhauriam tibi secãdo sanguinem.
OCYP. *Fac quicquid inuenire nunc nouum potes,*
Vt me hoc pedum dolore quàm citò liberes.
MED. *Et sectionem acutam, & æriferream,*
Cruoribibulam, semicuruã infero tibi.
OCYP. *Heus, sine, sine.*
NVTR. *Soter quid agis? vt ne tibi Soteria*
Contingat vlla, qui facinus istud facis.
Adhibere ferrisatum laborem sustines?

Ma-

μηδὲν κατειδὼς, πεσφέρεις κακὸν ποσί.	*Malumq́ nil planè ſciens, infers pedi?*
ψευδὴς γὰρ ἔκλυσε, ὧν ἀκήκοας ἔργον·	*Falſus etenim audîſti opera quæ audîſti modò.*
οὐ γὰρ παλαισιν ἢ δρόμοισιν, ὡς λέγει,	*Nam neq́ palæſtra iſte, neq́ curſu, vt dictitat,*
ἀσκῶν ἐπλήγη. τοῦτο γοῦν ἄκουέ μου.	*Certando læſus eſt. id ex me ergo audias.*
ἦλθεν μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὑγιὴς ἐν δόμοις,	*Principiò enim ſaluus quidem venit domum,*
φαγὼν δὲ πολλὰ, καὶ πιὼν ὁ δυσυχὴς,	*Pòſt autem* Q *edens multùm, & bibens miſer,*
κλίνης ὕπερθε καταπεσὼν, ὑπνοῖ μόνος,	*Solus, ſuper lectum cadens, ſomnum capit:*
ἔπειτα νυκτὸς διυπνίας, ἐκραύγασεν,	*Ac deinde noctu expergefactus occipit*
ὡς δαίμονι πληγεὶς, καὶ πάντα φόβον λαβεῖν.	*Clamare quaſi* R *perculſus aliquo dæmone,*
ἔλεξε δ' οἴμοι, πόθεν ἔχω κακὴν τύχην;	*Vt omnibus clamore eo incuteret metum.*
δαίμων τάχα κρατῶν ἔξω ποδός.	*Dicebat autem, Vnde hoc malum mihi? heu miſer.*
πῶς ταῦτα, νυκτὸς ἀνακαθήμενος μόνος.	*Fortaſſe dæmon potitur aliquis pede.*
ὁποῖα κοῦρυξ ἐξεθρηνεῖτον πόδα.	*Noctu inſuper ſolus quoque reſidens toro,*
ἐπεὶ δ' ἀλέκτωρ ἡμέραν ἐσάλπισεν,	S *Ceu præco, lamentando proſequitur pedem.*
οὗτος προσῆλθε, χεῖρα θεὶς ἐμοὶ πικρὰν,	*Aſt* T *vbi diem iam gallus intonat tuba,*

Acceſsit, & triſtem mihi impoſuit manum,

Plorans,

θρηνῶν, πυρέσσων, ἐπ' ἐμοί βάζων.
ἃ πρὶν δέ σοι κατεῖπε πάντ' ἐψεύσατο,
τὰ δεινὰ κρύπτων τῆς νόσου μυστήρια.
Ωκ. γέρον μὲν ἀεὶ τοῖς λόγοις ὁπλίζεται,
καυχώμενος τὰ πάντα, μηδὲ ἓν σθένων.
ὁ γὰρ πονῶν τε, καὶ φίλοις ψευδῆ λέγων,
πεινῶντ' ἔοικε μαστίχην μασσωμένῳ.
Τρο. πλανᾷς ἅπαντας, ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων λέγεις,
λέγων πονεῖν μὲν, ὁ δὲ πονεῖς, οὔπω λέγεις.
Ωκ. πῶς οὖν φράσω σοι τοῦ παθους τὴν συμφοράν;
πάσχων γὰρ, οὐδὲν οἶδα, πλὴν πονῶ μόνον.
Ια. ὅταν ἀφορμῆς δίχα πονῇ τις τὸν πόδα,
πλάσσει τὸ λοιπὸν, οὓς θέλει, κενοὺς λόγους,
εἰδὼς τὸ δεινὸν, ᾧ συνέζευκται κακῷ.

Plorans, febricitans, corpori innitens meo.
Tibi verò, quæ dixit priùs, mentitus est,
Sæua hæc volens morbi tegere mysteria.
OCYP. V Verbis senex armatus omnis semper est,
X Nil iactitans non, est opere præstans parum.
Nam qui dolet, falsumq; amicis disserit,
Y Similis edenti mastichen famelico est.
MED. Deludis omnes tu, aliaq; alijs implicas,
Dicens dolere te, ast vbi doleas, tacens.
OCYP. Quónam ergo pacto edisseram causam tibi
Huiusce morbi, qui doleo grauiter quidem,
Verùm nihil scio, nisi quòd doleo modò?
MED. Atenim absque causa cùm dolet aliquis pedem,
Posthac inania verba fingit, vt lubet,
Sciens graue illud, quo implicatus est malo.

Ac nunc

καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἶς. *
ἐπὰν δὲ καὶ τὸν ἕτερον ἀλγή=
σῃς πόδα,
στρόων δακρύεις, ἓν δέ σοι φρά
σαι θέλω,
τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο, κἂν θέλῃς,
κἂν μὴ θέλῃς.
Ωκ. τί δ' ἐστ' ἐκεῖνό γ', εἰπὲ, καὶ
τί κληίζεται;
Ια. ἔχει μὲν ὄνομα, συμφορᾶς,
γέμον διπλῆς.
Ωκ. οἴμοι, τί τοῦτο; λέξον, ὦ,
δέομαι, γέρων.
Ια. ἐκ τοῦ τόπου μὲν, οὗ πονεῖς,
ἀρχὴν ἔχει.
Ωκ. ποδὸς μὲν ἀρχὴν ὄνομ' ἔχει, καθὼς λέγεις.
Ια. τούτῳ σὺ πρόσθεν ἐπὶ τέλει
δεινὴν ἄγραν.
Ωκ. καὶ πῶς με τὸν δύστηνον
ἔτι;
Ια. δεινήπερ οὖσα· φείδεται γὰρ
οὐδενός.
Ωκ. σωτὴρ τί λέγεις, τί δέ
με;
Ια. ἄφεν με μικρὸν ἠλόγημαι
σοῦ χάριν.
Ωκ. τί δ' ἐστὶ δεινὸν, ἢ τί συμ=
βέβηκέ σοι;

Ac nunc quidem consistis in acie mali:
Vbi verò & alterum pedem inuadet dolor,
Flebis gemens. at dicere vnum tibi volo,
Hoc illud est, nolis, velis, hoc illud est.
OCYP. *Quod illud autē? quódve nomē habet? cedo.*
NVTR. *Z Nomen quidem habet è duplici factum malo.*
OCYP. *Hei mihi, qd hoc? dic obsecro te, dic senex.*
NVT. *Ab eo loco principiū habet, vbi nunc doles.*
OC. *Pedis igitur principiū habet, quantum dicis.*
NVTR. *Huic adde sæuæ nomen Agræ, Doricum.*
OCYP. *Quo me ergo pacto miserum adhuc?*
NVTR. *Est sæua nempe: namque parcit nemini.*
OCYP. *Soter, quid ais? quid me autem?*
MED. *Sine me parùm, stulte, tui ego gratia.*

OCYP. *Quid hoc mali autem, aut quid tibi accidit graue?*

Ια. εἰς λεπτὸν διαχάσκουσιν πόνον κλῶθός ποδός.

Ωκ. ἀκοῦν μι δεῖ πρόχωλον ἐξαντλεῖν πόνων;

Ια. χωλὸς μ' ἄρ' ἦς ὑδγύ δι μὴ φοβῆ.

Ωκ. τί δ' ἦν χέρον;

Ια. ἀμφοῖν ποδοῖν σι συμπο διῶδῶαι μγέα.

Ωκ. οἴμοι, πόθγν μοι καινὸς ἐσῆλθγν πόνος

ποδὸς δι' ἄκρυ, διά μι συμπάσχ διακῶς;

ἢ πῶς ὅλως ἀίπηγα, μιταβῆναι θέλων;

λελάνομαι δὲ ποσὶ μιτασῆσαι πόδα,

νύπι, οἵοῖα βρίφ, ἄφνω φοβδμφ.

ἀλλ' ἄγ τοι διά σι θεῶν, Σωτήριχι,

ἅπιρ τέχνη σὴ διώσαι, μηδὲν φθονῶν,

θιράπωσόν μ' ἃς μὴ διοίχομαι·

πάσχω γὰρ ἀφανῶς, διατὰ ποσὶν τοξεύομαι.

Ια. ζυς μὲν πλανήτας πιριλὼν λόγυς ἐγὼ,

ζυς

MED. *In graue malum incidisti & incurabile.*

OCYP. *Proin claudicantem viuere hinc neceſſe me eſt?*

MED. *At eſſe claudum, nihil erat, néve hoc time.*

OCYP. *Quid peius autem?*

MED. *Iacére vtroque te impeditum pede etiam.*

OCYP. *Heu, vnde nouus inuaſit hic mihi dolor*

Etiam alterũ pedem, huicq; compatitur malé?

Quóve penitùs modo obrigui vt ire hinc volo?

Formido verò dimouere pedem nimis,

Stultus, quaſi infans derepentè exterritus.

Sed obſecro te per deos, Soteriche,

Vt ſi quid ars poteſt tua, nihil inuidens

Medeâre mihi: ſin minùs, ego pereo funditùs.

Namque intùs excrucior, do leoq; per pedes.

Tanquam ſagitta fixus ex arcu leui.

Hos

MED. *Equidem remota ambage verborum procul*

Hæc,

τοὺς τῶν ἰατρῶν τῶν ὁμιλούντων μόνον,	*Hac, qua medici alij solent vti modò,*
ἔργῳ δὲ μηδὲν εἰδότων σωτήριον,	*Ipsáq; re nullam salutis ferre opem,*
τὰ πάντα σοι πάσχοντι, συντόμως φράσω·	*Cuncta patienti breuiter exponam tibi:*
ἄφευκτον ἦλθεν πρῶτον ἐς πάθος κακόν·	*Principiò ineuitabile in malum miser*
οὐ γὰρ σιδηρόπλαστον ὑπεδύσω βάσιν	*Planè incidisti: nō enim compactilem*
ὃ τοῖς κακούργοις εὑρέθη τεκμήριον,	*Ferróq; fictam pede subîsti compedem,*
δεινὴν δὲ, καὶ κρυφαίαν, εἰς πάντας κακὴν,	*Sed sæuam & abditam omnibus prorsus malam,*
ἧς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος ἀνθρώπων φύσις.	*Cuius hominum natura non tulerit onus.*
Ωκ. αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, οἴμοι, οἴμοι,	OCYP. [aa] *Eheu miser, væ væ mihi,*
πόθεν μοι τρυπᾷ τὸν πόδα κρυπτὸς πόνος;	*Vnde hic mihi tacitus pedè terebrat dolor?*
δέξασθε χεῖρας τὰς ἐμὰς πρὸ τῆς πεσεῖν,	*Suscipite me manibus priusquam concidam,*
ὁποῖα Σάτυροι βακχίους ὑπ' ὠλένας.	*Perinde vti* [bb] *Satyri sub vlnas* [cc] *Bacchicos.*
Τρ. γέρων μέν εἰμι, πλὴν ἰδού, σοι πείθομαι,	NVTR. *Equidē senex sum: at ecce tibi pareo tamen,*
καὶ τὸν νέον σε χειραγωγῶ, πρέσβυς ὤν.	*Iuuenemq; te longæuus ipse manu rego.*

Cætera deficiunt.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

INducitur hîc podagrosus iuuenis, qui tamen affectabat videri ὠκύπους, *id est*, celeripes. Is rogatus à sene, vnde accidisset pedis dolor, respondet se, cùm magna celeritate curreret, distraxisse talum, atq; hinc esse cruciatum. Quicunque author est huius fabulæ de Ocypo ex Senecæ epistola 54. sumpsisse argumentum videtur. Pedes, inquit Seneca, dolent, articuli punctiunculas sentiunt, adhuc dissimulamus, & aut talum extorsisse nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio & incipiente morbo, queritur nomen, qui vt talaria cœperit intendere, & vtrosque pedes ferierit, necesse est podagram fateri. Idem epistola 79: Podagra & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, & neruorum q; interquiescit, cùm illa quæ torquebat, hebetauit, omnium istorum prima, verminatio vexat, impetus mora extinguitur, & finis dolendi est obtorpuisse.

A QVILIBET enim se decipit mendacio.] γνώμη. *Veram causam supprimens, aliam fictam in promptu habet. Adeò nulli tam est impudens mendacium, quod testè vel prætextu aliquo careat, vt inquit Plin. lib. 8. cap. 22.* *B* Quòd ipse celat, & latére alios cupit, Hoc tempus inuito arguit eo pòst tamen.] *Tertullianus in Apologetico contra Ethnicos: Benè autem, inquit, quod omnia tempus reuelat, testibus etiam vestris prouerbijs, atque sententijs. Erasmus noster in Adagio: Tempus omnia reuelat; in hanc sententiam citat quosdam veterum Poëtarum versus, in primis Sophoclis, Pindari, & aliorũ.* *C* Ego autẽ, vt mulier, ira percita.] *Hebræorum sententiæ negant vllam iram atrociorem esse ira muliebri. Irritabile enim ac vindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam veræ magnitudinis est, quasdam iniurias negligere, neque quoſuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier, quum ad sexus vitium accedit senectus.* *D* Improuisus dolor.]

lor.] *Repentè enim oriri solet, vt in Gallicis prouerbijs est, etiam non expectatum.* E Iuuenis est quiuis senex.] *Senectus viri fortis ac strenui præstantior est iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenum. Huc pertinet illud Euripidis ex Andromacha:* πολλῶν μεῶν γὰρ, κἂν γέρων ἐν ψυχῷ κρείσσων. i. *Gnauus senex & iuuenibus compluribus præstat. Ingenium enim docti senis & exercitati ingenio parum eruditi iuuenis præfertur. Aristophanes alicubi:* Ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον ἢ πολλῶν κικίνους νεανιῶν. i. Meam senectam præferendam existimo Compluriũ comis adulescentium. *Ausonius Chilonis sententiam his versib. conclusit:*

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentute.
Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

F Quoties necessitas.] *Vt enim necessitas, dicente Q. Curtio, ignauiam acuit, ita & senem excitat. Extat apud Græcos versus prouerbialis:*

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα.

In seruitutem cuncta agit necessitas. G Siquidem parata in sene voluntas.] *Huc pertinet illud Euripidis ex Ione:*

Τὸ τοῦ ποδὸς μὲν βραδὺ, τὸ δὲ νοῦ ταχύ.

Tardus quidem pes, animus est velox tamen.

Est enim senectus cruda viridisque, animique viribus adhuc pollens. H Sophisticando.] *Sophistas imitando, qui περὶ ὄνου disciplinam omnẽ suam ostentant, ac omnium ignari, quódque peius est, indociles, de re nihili semper altercantur, inanes nugas, & cauillosas verborum argutias argumentorumque decipulas in naturæ viribus indagãtes.* I Denuò igitur curre.] *Alumnus hic admonet Celeripedem Podalirij filium, podagram qua discruciabatur inficiantem, vt cursu malum dissimularet, aut pateretur sibi remedium adhiberi. Quem locum sic vertit Hadrianus Iunius: Vel desidens euelle barbam sub tonsorum brachijs. Porrò vide de hoc loco Erasmum in prouerbio: Curre denuó.* κουρίων *participium à verbo* κουρίαν, *quod est hirsutum esse, & tonsoris egere, vt sit sensus: Curre denuò quemadmodum aliquis dixit, qui sedens in tonstrina vellit barbam, quam habet hirsutam sub alis.* K Parembolam.] *Quid Parembole inter Palæstritas propriè sit, alibi non repe-*

rio. Videtur tamen æquiuocatione hic vti, & priore loco tacitam & subdolam luctantium interstitionem pedum significare: posteriore autem vel vallum, vel cohortem aut manum subsidiariam, quæ in ipsa pugna cæteris omnibus inseritur: de qua significatione Suidas et Hesychius meminerũt, et Pollux quoq;.

L O' Soter.] *Id est, Saluator: sic enim demulcendi causa medicum vocat, & Soterichus à Soter deductitium est, aliàs quoq; proprium.* σωτῆρος *nonnulli seruatores, alij salutares, alij sospites interpretati sunt. Sed nos quanto hoc rectius cognomine Iesum Christum Dominum nuncupamus, qui nos suo benignus cruore in veram æternæ vitæ libertatem asseruit. Cicero lib. 4. in Verrem: Itaque C. Verrem non solùm patronum istius insulæ, sed etiam* σωτῆρος *inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est ita magnum, vt Latino vno verbo exprimi non possit. Isnimirũ* σωτὴρ *qui salutem dedit.* M Medicus audiens rem vt est.] *Morbos ab ægro prudens medicus percontando explorare debet, vt docet Galenus, fidus Hippocratis interpres in principio lib. 2. Prædictionũ Hippoc. & lib. 2. Prognost. & lib. 1. de Crisi. Cornel. Celsus lib. 3. cap. 6. Periti medici, inquit, est, non protinùs vt venit, apprehendere manu brachium, sed primùm residere hilari vultu, percunctariq; quemadmodum se habeat, & si quis eius metus est, cum probabili sermone lenire, tũ deinde eius corpori manum admouere. Neque in tenebris, neque à capite ægri debet residere, sed illustri loco aduersus eum, vt omnes notas ex vultu quoque cubantis perspiciat. Rectè prætereà Damascenus in suis Aphorismis ait: De ægritudinibus non facilè proferas iudicium, nec vrinam habeas, nisi post quã, ægrum videris in præsenti, & de singulis eum interrogaueris, & examinaueris. Cui Rasis medicus Arabs his verbis perbellè in Aphorismorum suorũ lib. 6. astipulatur: Decet medicum, ægrum interrogare, vt causam ægritudinis interiorẽ cognoscat, vt postmodùm rationale iudiciũ præstare possit: nec erubescat ægrum interrogare, vt sciat an ægritudo intra vel extra venas subsistat.*

N Arti studens gymnasticæ.] *Id est, disciplinæ exercitationis. Plato lib. 7. de Legib. Gymnasticæ nomine, exercitationes bellicas cõtineri docet, eamq; diuidit in saltationẽ & luctationem. Aristoteles præcipit lib. 8. Polit. Adolescentes gymnasticæ*

nasticæ & pædotribicæ vacare debere: vt ita fiãt exercitatiores firmioresque. Plautus in Rud. Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico, vt Palæstrico. *Terent. in Eunucho:* Fac periculum in literis, in palæstra, in Musicis. *Virgilius lib. 6. Aeneid.*

Pars in gramineis exercent membra palæstris.

Id est, luctationibus, & corporis agitationibus. Hæc corporis exercitatio, à Cicerone palæstra, à Græcis à manuum gestu χειροονμία dicta est, qua præceptores & pædotribæ ingenuos pueros motus gestusq; corporis docebant, ne corporis status indecorus, aut manus & brachia ineptè proferrentur, & ne caput & oculi ab alijs corporis partibus dissiderẽt, & pedes appositè proferrentur. Horum ignaras ἀπαλεστους: id est, apalæstritas siue à palæstra alienos nominabant. O Meorum æqualium.] *Palæstræ sodalium. P* Incidam pedem.] *Morborum sanè omnium seu præsentium, seu imminentium, qui ex sanguinis vbertate, aut quauis illius eruptione atque coacernatione nasci consueuerunt, propria ac prima curatio sanguinis detractione perficitur, cuiusmodi sunt synochi febres omnes, caliduæque arthritides, podagræ, ischiades, & quæcunque denique similis formæ inueniuntur ægritudines aliæ, de quibus Ioannes Fernelius Ambianus.* Q Edens multùm & bibens.] *Podagra dolor pedum, chiragra manuum, ischias coxarum, & in genu gonagra, in corporis articulis multis partibus affligẽs cruciatus arthritis: comites ferè sunt intemperantis & incontinentis vitæ, artuum singularis infirmitatis, quæ vel à parentib. hæreditaria successione, vel vitæ libidine & incontinentia ocióque immoderato contrahitur.*

Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Hippocrates 6. Aphoris. 26. & 30: Nec pueri ante Veneris vsum, nec Eunuchi temerè, nisi intemperantia vitæ desidiaque maiorem in modum deliquerint, nec mulier facilè, nisi cui menses confluxerint, aut temulenta & incontinens insigniter fuerit, podagra laborat. Tanta primũ Veneris, tũ ignauiæ mox intemperantiæ ad podagrã, & quamuis arthritidẽ procreandam vis est & efficacia. At olim, dum apud Romanos & Lacedæmonios

mulieres abstemiæ & sobriæ viuerent, erant morborum arthritidis expertes, quæ modò ob crapulam iure, lege consortij, viris compatiuntur & condolent. Podagra autem ex crapula & quiete, poterit sanari per longam abstinentiam & exercitationem quacunq; ætate, vt legitur apud Porphyrium in vita Plotini de senatore Romano. R Perculsus aliquo dæmone.] *δαιμονιζόμενος & à dæmonibus agitatus, seu vexatus. vel δαιμονοφόρητος*, id est, *dæmoniacus.* S Ceu pręco.] *Id est, alta voce. Aristoph. τάδε κηρίσσω πατρὶ*: id est, *nuntio patri alta voce. Sic fæciales, caduceatores, legati, buccinatores. Vt præco qui magistratus iussu publicè aliquid denunciat ore, & aliquando auctionem facit, & audientiam in theatris indicit.*

T Vbi diem iam gallus intonat tuba.] *Gallus à prima mediæ noctis inclinatione explaudentibus, vt Lucret. ait, alis:*

Auroram clara consuetus voce vocare,

matutino crepusculo, matutinis astris Deum itidem plaudentibus quotidie commodulatur. Et orto Galliarum aduersus Neronem tumultu, Romæ passim columnis adscriptum est, Galli te cantando excitârunt, aptè scilicet ad eiusdem nominis gentem nuncupatione deflexa. Gallus autem tribus interuallis canit, prænuncians diem. Qua de re Plinius libro 10. *capite* 21. *Erasmus noster in Adagio: Priusquam gallus iterum cecinerit. Nos porrò in Luciani Gallo.* V Verbis senex.] *Nestorem facit Homerus loquaciorem, qualem & Catonem seniorem fuisse accepimus. Senes enim loquaciores ferè sunt, quàm qui vigent ætate, siue id accidat ob rationis inopiam, siue quia natura linguę promptitudine pensat, quod viribus detractum est. Hesychius indicat γλωσσάσπιδας dictos, qui pro armis lingua vterentur. Heraclius ad Hermodorum: ἐν ταῖς γλώτταις ἔχετε τὰ ὅπλα, ἀπεστερηκότες χρήματα.* id est, *In linguis habetis arma, posteaq̃ abstulistis pecunias. De his eleganter apud Liuiũ dictum lib. ab Vrbe condita* 7. *In castris feroces, in acie pauidi. Apuleius verbo festiuiter nouato, Verbigerari dixit, pro verbis digladiari, Causidicorũ ac Rhetorum est, γλώσσαν πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι*: id est, *linguis bellare atque pugnare.* X Nil iactitans non, ast opere præstans parum.] *Adest quidem nutritor verbis, non re, consolatur & adest oratione, cũ auxilio sit o-*

sit opus. γ Similis edenti mastichen.] *Quæ contrariis qualitatibus prædita est. Alexander Aphrodisæus lib. 1. problē. 104 quærit, qua ratione fiat, vt in vno simplici medicamento contrariæ subsistere vires possint: Mastix, inquit, & abstergit & digerit ac firmat, Rheubarbarum aluum laxat & constringit, acetum calefacit & infrigidat. & Galen. lib. 3. & 7. de Facultatibus simpl. medic. candida quidem & Chia, astringit simul emollitq;,* &c. *Rheubarbarum quippe & mirobalanos flauam & atram in dysenteria expurgare bilem ab aluo videmus, & fluorem alui, quā exonerārunt sistere & roborare.* ζ Nomen quidem habet.] *Podagræ notatio, quæ in articulis pedum primò accidit, vnde nomē habet, quasi ποδὸς ἄγρα: id est, pedis captura, siue laqueus, pedica.* aa Eheu miser.] *Exclamantis est cum dolore αἰ αἰ geminatum. Idem in dialogo, cuius titulus, Φιλόπατρις: αἰ αἰ αἰ αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων, ὁ vanas spes.* bb Satyri.] *Humano capite, sed cornuto, toto corpore villoso, syluarum latebris gaudentes.* cc Βακχίους.] *Bacchantes ebrios furore correptos.*

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ. *DE SYRIA dea.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

ARgumentum operis ipse titulus indicat. Describit enim Syriæ deæ & templum, & sacra, & effigiem quoque, facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum sacrorumque quæ in Syria sunt. Ac primùm quidem in genere commēdat templum deæ huius à sanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde speciatim commemorat & de origine eius, quando videlicet, & à quibus conditum tradatur, & quænam ipsa dea esse à plerisque putetur. Post hæc de æde templi, à quibus ea extructa fuerit, quæ eius forma, qui situs

sit. Item de signis ac statuis quæ tum intra ædem, tum extra visantur. Postremò autem & de sacerdotibus deæ, de lacu & piscib. sacris, ad quos simulachra deorum veluti per pompam quādam visendi causa quotannis exeunt. Præterea & de Panegyricis conuentibus qui ibi celebrentur, de Gallis, & eorum ceremonijs, deque sacrificandi ritu ac legibus, insertis suo loco & Antiochi & Combabi historijs, quorum alter Stratonicen nouercam amauit: alter ob cuitandam eiusdem rei suspicionem sibijpsi virilia præcidit. Atque in his nōnulla, vt videlicet illa de arca Noë (quem Lucianus, vt cæteri Græci quoque, Deucalionem hic vocat) de Gallorum & sacerdotum purificatione, de vetito porcorum esu, & id genus alia ita traduntur, vt propemodum credi possit ex Iudæorum obseruationibus ac sacris pleraque illa transsumpta, sed tempore postea vsuque adulterata ac deprauata fuisse, siue hoc populorum vicinitate atque commercio factum demus, siue Barbari isti ad eorum exempla quæ à Iudæis tunc cùm in Assyria captiui erant, videbant fieri, suos quoque ritus conformārunt. Assyriorum enim & hæc ciuitas fuit, in qua tam prodigiosa dea culta est, ea parte quæ Cœlesyria à Plinio dicitur, condita: cuius nomen Stephanus quidem Hieram, hoc est, sacram absolutè, Strabo autem & Plinius iuncta voce Hierapolin vocant, quod hîc Lucianus Ionica dialecto, qua per totam hanc descriptionem vtitur, in polin Hieram, hoc est, ciuitatem sacram, per tmesin diuisit. Eādem autem & Bambycem ijdem, & Edessam, quod posterius nomen Strabo addit, & à Syris ipsis Magog, vt Plin. habet, appellari tradunt, ipsamq; deam quam Lucianus simpliciter Syriam vocat, proprio nomine Atergatin, & à Græcis Derceto quoq; nominari scribunt. Cæterùm de Atergatide non alienum opinor fuerit etiam illa huc apponere, quæ apud Athenæum leguntur, quando & ipsa ad vberiorem intellectum eorum quæ hìc à Luciano dicuntur, nonnihil facere videntur.

videntur. Verborum eorum sententia hæc est: Antipater Tarsensis, inquit, professione Stoicus, libro περὶ δεισιδαιμονίας, hoc est, de religione quarto, dici à quibusdam tradit, quòd Gatis Syrorum regina ita gulæ dedita fuerit, vt per præconem edixerit, ne quis piscem aliquem absque Gatide comederet. Per ignorantiam igitur pleroſque Atergatim ipsam vocare, atque à piscibus abstinere. Mnaseas autem in secundo de Asia ita ait: Mihi quidem Atergatis videtur regina adeò intolerabilis fuisse, ac multa duriter populis suis imperâsse, ita vt lege quoque caverit illis, ne quem piscem ederent, sed ad ipsam afferrēt, eò quòd hoc cibi genere delectaretur. Atque inde etiam in sacrificijs solenne hoc mansisse, vt quoties deam precarentur, pisces illi argenteos aut aureos offerrent. Sacerdotes verò etiam tota die veros deæ pisces in mensa paratos ac coctos apponere, elixos pariter & assatos, quos ipsi postea sacerdotes deæ absumant. Ac paulò pòst idem addit: Atergatis autem, quemadmodum Xanthus ille Lydus tradit, à Mopso quodam Lydo capta vnà cū filio Ichthye, in lacu Ascalone contumeliæ causa submersa, & à piscibus deuorata est. Hæc Athen. lib. 8. Præterea neque illud omittendum videtur quòd Edessam tradit Volaterranus eam esse vrbem, in quam Tobias olim filium suum ad Gabelum quēdam, apud quem pecuniam depoſuerat, misit. Quòd si verè ab illo traditur, eademq; Edessa & Hierapolis dicitur, vt Straboni placet: manifestum iam ex eo apparet, & Iudæos ibi captiuos vixisse, & illorum obseruationum vestigia quoque quædam eodem loco hæsisse. Sed hæc in medio relinquamus.

Esp



ΕΣτιν ἐν Συρίῃ πόλις, οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρὴ, καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ασσυρίης· δοκέει δέ μοι, τόδε τὸ ὄνομα, οὐκ ἅμα τῇ πόλει οἰκεομένη ἐγένετο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον ἄλλο ἦν, μετὰ δὲ σφισι, τῶν ἱρῶν μεγάλων γιγνομένων, ἐς τόδε ἡ ἐπωνημίη ἀπίκετο. περὶ ταύτης ὦν τῆς πόλεος ἔρχομαι ἐρέων, ὁκόσα ἐν αὐτῇ ἐστί· ἐρέω δὲ καὶ νόμους. τοῖσι ἐς τὰ ἱρὰ χρέονται, καὶ πανηγύριας, τὰς ἄγουσι, καὶ θυσίας, τὰς ἐπιτελέουσι. ἐρέω δὲ, ὁκόσα καὶ περὶ τῶν τὸ ἱρὸν εἰσαμένων μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηὸν, ὅκως ἐγένετο. γράφω δὲ Ασσύριος ἐὼν, καὶ τῶν ἀπηγέομαι, τὰ μὲν αὐτοψίῃ μαθὼν, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην, ὁκόσα ἐόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω.

Πρῶτοι



ESTα in Syria ciuitas non longè ab Euphrate flumine: β vocatur autem Sacra, & est quoq; sacra Iunonis Assyriæ: cæterùm nomen hoc videtur mihi non statim ab initio vrbi, cùm condita est, impositum fuisse, sed antiquitùs quidem aliud fuisse: postea verò cùm sacra ibi magna subinde peragerentur, in hoc cognomentum euasisse. De hac igitur ciuitate venio dicturus, quæcunq; videlicet in ipsa sunt. Dicam autem & leges quibus in sacris vtuntur, & solennes conuentus quos celebrant, & sacrificia quæ peragunt. Dicam autem & quæcunque de illis traduntur, qui templum hoc consecrârunt, & de æde ipsa quo pacto condita fuerit. Scribo autem Assyrius ipse existens: & eorum quæ narro, alia quidem ipse coràm vidi, alia verò à sacerdotibus edoctus sum. Quæcunque igitur antiquiora me sunt, ab ijs narrationem incipiam.

γ Primi

Πρῶτοι μὲν ὧν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἴσασθαι, καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀπρόλεξαι. πρῶτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν, μετὰ δὲ οὐ πολλοστῷ χρόνῳ, παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ασσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἐστήσαντο. τὸ δὲ παλαιὸν, καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν. καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ, οὐ παραπολὺ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα, τῶν ἐγὼ πλεῖστα ὄπωπα. τό γε τοῦ Ηρακλέος, τὸ ἐν Τύρῳ, οὐ τούτου τοῦ Ηρακλέος, τὸν Ελλήνων ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω, πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ Τύριος ἥρως ἐστί. ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα. τὸ Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ασάρτης ἐστί. Ασάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σε

ληναίην

γ Primi itaque hominum, quos nos scimus, Aegyptij, dicuntur & deorũ notitiam percepisse, & templa constituisse, lucosq́ & conuentus solennes edidisse. Primi autem & nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Deinde verò non multo tempore pòst, ab Aegyptijs Assyrij doctrinam de dijs acceperunt, & sacra templaq́ erexerunt, in quibus & simulacra posuerunt & statuas dedicârunt. Antiquitùs autem etiam apud Aegyptios absque simulacris & statuis templa erant. Et sunt in Syria quoq́ templa non multò Aegyptijs ætate posteriora, quorum ego plurima ipse vidi. Herculis vtique æquæuum est illud videlicet quod Tyri est: non huius Herculis quem Græci carminibus celebrãt: sed quem ego dico, multò vetustior est, & Tyrius heros. Est autem & aliud templum in Phœnicia, magnum, quod Sidonij celebrant, & Astartæ, vt quidem ipsi dicunt. Astarten autem ego puto Lunam

λιναίων ἔμμεναι. ὡς δὲ μοί τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ἐστὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεής. ταύτην δ' ἐοῦσαν Αγήνορος τοῦ βασιλῆος θυγατέρα ἐπειδήτε ἀφανὴς ἐγεγόνεε, οἱ Φοίνικες τῶν νηῷ ἐτιμήσαντο καὶ λόγον ἱρὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν Ζεὺς ἐπόθεε, καὶ τὸ εἶδος ἐς ταῦρον ἀμειψάμενος ἥρπασε, καί μιν ἐς Κρήτην φέρων ἀπίκετο. τάδε μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον· καὶ τὸ νόμισμα τῶν Σιδώνιοι χρέονται, τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῶν ταύρῳ τῶν Διί· τὸν δὲ νηὸν οὐχ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἔμμεναι. ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱρὸν, οὐκ Ασσύριον, ἀλλ' Αἰγύπτιον, τὸ ἐξ Ηλιουπόλιος ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκετο. ἐγὼ μέν μιν οὐκ ὄπωπα, μέγα δὲ καὶ τόδε, καὶ ἀρχαῖόν ἐστι. εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρὸν Αφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Αδωνιν ἐπιτελέουσι·

nam esse. Cæterùm vt mihi ex sacerdotibus quidam narrauit, ε Europæ illud est, Cadmi sororis. Hanc autem fuisse ferunt Agenoris regis filiam: & postquam ampliùs non comparuit, Phœnices ipsam templo honorârunt, & sermonem de ea sacrum euulgârunt, quòd videlicet pulchra cùm esset, Iupiter amore eius captus fuerit, & mutata in taurum forma, rapuerit eam, & in Cretam inde abiens deportârit. Atque hæc quidem etiam à cæteris Phœnicibus audiui: & nomisma quoque quo Sidonij vtuntur, Europam habet insidentem tauro, Ioui videlicet. Cæterùm ipsam ædē non omnes confitentur Europæ esse. Habent autem & aliud templum Phœnices, non Assyrium, sed Aegyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam peruenit: quod ego quidem ipse non vidi, sed tamen magnum etiam hoc & peruetustum est. Porrò & Bybli vidi templum magnum Veneris Bybliæ cognomento, in quo & ritus quosdam in ſ Adonidem peragunt,

λέουσι· ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. λέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἀδώνιν, ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι καὶ μνήμην τοῦ πάθεος, τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καί σφισι μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. ἐπεὰν δὲ ἀπτύψονταί τε, καὶ ἀπκλαύσονται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυι, μετὰ δὲ, τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ, ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὴν ἤερα πέμπουσι, καὶ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι, ἀπθανόντος Απιος. γυναικῶν δὲ, ὁκόσαι οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τοιήνδε ζημίην ἐκτελέουσι. ἐν μιῇ ἡμέρῃ ἐπὶ πρήσει τῆς ὥρης ἵστανται, ἡ δὲ ἀγορὴ μούνοισι ξείνοισι παρακέαται· καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Ἀφροδίτην θυσίη γίγνεται. εἰσὶ δὲ ἔνοιο Βυβλίων, οἳ λέγουσι παρὰ σφίσι τεθάφθαι τὸν Οσιειν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τὰ

peragunt. Cognoui autem & ipse ritus eos. Dicunt igitur factum illud quo ab apro percussus Adonis fuit, in sua terra contigisse, & in memoriam rei verberantur annis singulis, & ꝛ lamentantur, & ritus solennes peragunt, ac ipsis magni adeò luctus per totam regionem indicuntur. Postquam autem iam verberandi ac deplorãdi finis factus est, principiò quidem inferias Adonidi peragunt, perinde ac mortuo tum existenti, postea autem sequenti die & viuere ipsum dictitant, & in aërem sursum mittunt, & θ capita detondent, quemadmodum Aegyptij, quando apud ipsos Apis mortuus est. Ex mulieribus autem quæcunque tonderi non volunt, talem pœnam exoluunt: vnum quidem diem ad quæstum corpore faciendum prostant. forum autem illud solum peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex Byblijs nonnulli qui dicunt apud sese humatum esse ι Osirim Aegyptium, luctúsque & ritus hosce

πένθια, καὶ τὰ ὄργια, οὐκ ἐς τὸν Ἀδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Ὀσιριν πάντα πρήσσεσθαι. ἐρέω δέ, ὁκόθεν καὶ τάδε σφι ἐς δοκέουσι. κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται, πλέουσα τὸν μὲν ταχὺν πλόον ἑπτὰ ἡμερέων, καὶ μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείη ναυτιλίη, πρήσσεται δὲ οὐδαμᾶ, ἀλλ' ἐς μέντοι τὴν Βύβλον ἀπικνέεται, καὶ ἔστι τὸ σύμπαν, θωῦμα. καὶ τοῦτο ἑκάστου ἔτεος γίγνεται, τὸ καὶ ἐμοῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο, ἡ τὴν κεφαλὴν ἐθηησάμην Βυβλίην. ἔνι δὲ καὶ ἄλλο θωῦμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ ὄρεος ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ· οὔνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις ἐπίκειται. ὁ δὲ ποταμὸς ἑκάστου ἔτεος ἁμάσσεται, καὶ τὴν χροιὴν ὀλίσας, ἐσπίπτει ἐς τὴν θάλασσαν, ἡ φοινίσσει τὸ πολλὸν τοῦ πελάγεος, καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθια. μυθέονται δέ, ὅτι τῶν σφετέρων τῇσι ἡμέρῃσι, ὁ Ἄδωνις ἀνὰ τὸν Λίβανον τιτρώσκεται, καὶ

hoſce non Adonidi, ſed Oſiridi omnes fieri. Dicam autem & vnde fidem eius rei ſibi faciant. Caput vnoquoque anno ex Aegypto Byblũ defertur, ſeptẽ diebus, quantum ſpacij ex illa in hanc eſt enatans. Ac venti ipſum ferunt diuina quadam remigratione. Vertitur autẽ nuſquam aliò, ſed ſolùm Byblũ perfertur, & eſt in ſumma mirum quiddam. Et hoc quouis anno fit, quemadmodum & me præſente tum Bybli factum eſt, & caput ipſum ſpectaui è papyro effigiatum. Eſt autem & aliud miraculoſum in terra Bybliorum. fluuius quidam ex Libano monte in mare defertur: fluuio nomen eſt Adonis. Hic quotãnis cruore inficitur, & colorem amittit, & in mare exiens, ipſum quoque pelagus magna ex parte purpureum efficit, Byblijſq; lugendi tempus indicat. Fabulantur autem quòd illis tum dieb. Adonis per Libanũ ſaucietur,

&

καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρχό-
μενον, ἀλλάσσει τὸν ποταμὸν,
καὶ τῷ ῥόῳ τλὴ ἐπωνυμίλν
δίδοῖ. ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ
λέγουσι, ἐμοὶ δέ τις ἀνὴρ Βύ-
βλιος, ἀληθέα λοκίων λέ-
γειν, ἐτέρλν ἀπηγέετο τοῦ
πάθεος ἀτέλλν. ἔλεγε δὲ ὧδε·
ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς, ὦ ξεῖνε,
ἀπὸ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται, ὁ δὲ
Λίβανος καρταξανθόλιός ἐ-
στι. ἄνεμοι ὧν πρηέες ἐκείνη-
σι τῆς ἡμέρησι ἐς ἄμβλοι, τλὴ
γλῆ τῷ ποταμῷ ἐπιφέρουσι,
ἐοῦσαν ἐς τὰ μάλιστα μιλ-
τώδεα, ἡ δὲ γῆ μιν αἱμώ-
δεα τίθησι, καὶ τοῦ δὲ τοῦ
πάθεος οὔ τὸ αἷμα, τὸ λέγε-
σι, ἀπ' ἡ χώρη ἀτέη. ὁ μὲν
μοι Βύβλιος τοσαῦτα ἀπη-
γέετο. εἰ δὲ ἀτρεκέως ταῦτα ἔ-
λεγε, ἐμοὶ μὲν λοκέει κάρτα
θεῖα καὶ τοῦ ἀνέμου ἡ σωτη-
ρίη. ἀνέβλν δὲ καὶ ἐς τὸν Λί-
βανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέ-
ρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖ-
ον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι,
τὸ Κινύρης ἔσαζε· καὶ εἶδον τὸ
ἱρὸν,

& cruor illius in aquam delatus, fluminis colorem mutet, eidémque nomen præbeat. Atque hæc quidem vulgo dictitant: cæterùm mihi vir quidam Byblius, qui vera dicere visus est, aliam quãdam huius rei causam narrauit. Dicebat autem hoc pacto: Fluuius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur. Libanus autem ipse terram habet admodum rubeam. Venti igitur vehemẽtiores illis tum diebus exorientes, terram in fluuium deferunt, quæ tum maximè minio similis est. ea postea illum cruentum videri facit. Atque ita rei huiusce causa haudquaquam cruor est, vti ferunt, sed terra. Ac Byblius quidem tantum narrabat. Quòd si autem vera ista dixit, mihi quidem videtur diuinus adeò etiam venti iste tum ortus indicere. Cæterùm ascendi & in Libanum ex Bybli, itinere vnius diei, cùm audîssem ibi antiquum templum Veneris esse, quod Cinyras dedicasset. Ac vidi sanè

ἱρὸν, καὶ ἀρχαῖον ἦν. τάδε μὲν ἐστὶ τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα καὶ μεγάλα ἱρά. τοσούτων δὲ ἐόντων, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλος ἁγιώτερος, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱροτέρη. ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θωύματα, καὶ ξόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέσι. ἱδρώει γὰρ δὴ ὦν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ κινέεται καὶ χρησμηγορέει. καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ νηῷ, κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν. ναὶ μὴν καὶ ὄλβου πέρι, ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα, πρῶτόν ἐστι· πολλὰ γὰρ αὐτοῖσι ἀπικνέεται χρήματα, ἔκ τε Αραβίης, καὶ Φοινίκων καὶ Βαβυλωνίων, καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης, τὰ δὲ καὶ Κίλικσι φέρουσι, τὰ δὲ Ἀσσύριοι, εἶδον δὲ ἐγὼ καὶ τὰ ἐν τῷ νηῷ λάθρῃ ἀπρκέαται, ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ

templum, eratque peruetustum. Atque hæc quidem in Syria sunt templa antiqua, & magna. Quæ cùm multa adeò sint, nullum tamen, quantum mihi videtur, maius eo est quod in Sacra ciuitate habetur, neque etiam ædes alia sanctior, aut terra magis sacra vspiam est. Sunt autem & opera in eo preciosa, & donaria antiqua, & miraculosa multa, & statuæ religiosæ, & dij quoque ex ipsis manifestam adeò sui significationē dantes. Siquidem & sudorem ipsis emittunt statuæ, & mouentur, & oracula edunt, & clamor sæpenumerò in æde coortus est cùm templū iam clausum esset, multiquè audierunt. Iam verò & diuitijs inter ea quæ quidem ipse vidi, primū atque præcipuum est. Nam multæ afferūtur ipsis opes tum ex Arabia, tum à Phœnicibus & Babylonijs, & aliæ item ex Cappadocia, & quæcunque Cilices afferunt, & quæcunque Assyrij. Vidi autem ego etiam ea quæ secretò in æde posita sunt, vestes videlicet multas, & alia

καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐς ἀργύριον ἢ ἐς χρυσὸν ἀπεκέκριται. ἑορταὶ μὲν γὰρ καὶ πανηγύριος οὐδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσαίδε ἀπεδεδέχαται. ἱστορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσα τῶν ἱρῷ εἶη, καὶ τὴν θεὸν αὐτοὶ, ἥν τινα δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο· τῶν οἱ μὲν ἱροὶ, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες, καὶ ἄλλοι βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τοὺς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δέκομαι δὲ οὐδαμᾷ. οἱ μὲν ὦν πολλοὶ Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα τὸ ἱρὸν εἴσασθαι λέγουσι, τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο· Δευκαλίωνος δὲ πέρι λόγον ἐν Ἕλλησι ἤκουσα. τὴν Ἕλληνες ἐπὶ αὐτῶν λέγουσι. ὁ δὲ μύθος ὧδε ἔχει· ἥδε ἡ γενεὴ, οἱ νῦν ἄνθρωποι, οὐ πρῶτοί ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ, πάντες ὤλοντο, οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσὶ, τὸ αὖ-

τις

alia quæcunque argento aut auro seorsim deputata sunt. Nam festa quidem & solennes conuentus haud vllis alijs hominibus æquè multûm peraguntur. Porrò inquirẽti mihi de annis, quàm diu templum hoc durâsset, & de dea, quámnam ipsi eam esse putarent, multi sermones ferebantur, quorum alij sacri tradebantur, alij aperti ac plani erant, alij contrà valde fabulosi: rursum alij Barbari, alij cum Græcis consentientes: quos ego omnes quidem referam, haudquaquam autem approbo. Complures igitur Deucalionem Scytham illum tradunt templum hoc consecrâsse, eum puta Deucalionem, cuius temporib. aquarum diluuium fuit. Cæterùm de Deucalione inter Græcos sermonem quem illi de eo referunt, audiui. κ Habet autẽ sermo ille hoc pacto: Hanc hominum generationem quæ nunc est ab initio haudquaquam fuisse, sed eam quæ tum fuit, totam interijsse. Hos aũt homines qui nũc sunt, secũdi generis esse, eius quod

τις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πλη-
θὺν ἀπίκετο. ἐκείνων δὲ πε-
ρὶ τῶν ἀνθρώπων, τάδε μυ-
θέονται, ὑβρισταὶ κάρτα ἐόν-
τες, ἀθέμιστα ἔργα ἔπρασ-
σον. οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασ-
σον, οὔτε ξείνους ἐδέκοντο,
οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀντ'
ὧν σφίσι ἡ μεγάλη συμφορὴ
ἀπίκετο, αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν
ὕδωρ ἐκδιδοῖ, καὶ ὄμβροι με-
γάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ ποτα-
μοὶ κατέβησαν μέζονες, καὶ
ἡ θάλασσα ἐπὶ πολλὸν ἀνέ-
βη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγέ-
νοντο, καὶ πάντες ὄλοντο,
Δευκαλίων δὲ μοῦνος ἀνθρώ-
πων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέ-
ρην, εὐβουλίης τε καὶ τοῦ εὐσε-
βέος εἵνεκα. ἡ δὲ οἱ σωτηρίη
ἥδε ἐγένετο· λάρνακα μεγά-
λην, τὴν αὐτὸς ἔχε, ἐς ταύτην
ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυ-
ναῖκας ἑωυτοῦ, ἐσέβη. ἐσβαί-
νοντι δὲ οἱ ἀπίκοντο σύες
καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γέ-
νεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα
ἐν

rursus à Deucalione in tantam multitudinem excreuit. De illis autem hominibus, huiusmodi quædam traduntur: Cùm contumeliosi admodum essent, nefaria opera eos perpetrâsse. Neque enim iusiurandum obseruâsse, neque hospites recepisse, neque supplicium misertos esse. Ob eam rem, maximam calamitatem ipsos mox consecutam esse. Statim enim & tellus multam aquam effudit, & imbres magni fuerunt, & flumina solito maiora decurrerunt, & mare quoque in multum ascendit eò vsque, dum omnia aquis inundarentur, atque omnes perirent. Deucalion autem solus hominum relictus fuit, in secundam videlicet generationem, prudentiæ simul & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: Arcam quandam magnam, quam ipse habebat, impositis in eam & liberis & vxore sua conscendit. Cæterùm cùm ipse ingrederetur, venerunt eodem & apri, & equi, & leonum genera, & serpentes, aliáque quæcun-

ἐν γῇ νέμονται, πάντα ἐς ζεύγεα. ὁ δὲ πάντα ἐδέκετο, καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλά σφισι μεγάλη Διόθεν φιλίη ἐγένετο, καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντεσι ἔπλευσαν, ἔς τε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ, χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ τὸ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίων δὲ, ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο, καὶ νηὸν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἅγιον ἐστήσατο. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρὸν, εἰ μὲν ὦν πάλαι καὶ μέγα ἐὸν, νῦν τοιόν δὲ ἐγένετο, οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστι· σῆμα δὲ τῆς ἱστορίης τόδε πρήσσουσι, δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ

quæcunque tellure pascuntur, bina ex vnoquoque genere cuncta. Ille autem recepit ad se omnia, atque ea ipsum haudquaquam lædebant, sed magna inter eos, Ioue ita dispensante, concordia erat, vnáque in arca omnes nauigabāt quamdiu aqua superabat. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt. De ijs autem quæ mox consecuta sunt, fertur alius quidam sermo ab ijs qui Sacram incolunt ciuitatem, magna certè admiratione dignus: quòd in ipsorum videlicet terra hiatus quidam factus fuerit, ac totam illam aquā absorbuerit. Deucalion autem, vbi hæc ita facta sunt, & aras constituit, & ædem supra hiatum illum Iunoni sacram erexit. Ego verò etiam hiatum vidi, & est sub æde illa, admodum exiguus quidam. Vtrum aūt antiquitùs etiam maior fuerit, & nunc in tam paruum redactus sit, equidem nescio. Is vtiq; quem ego vidi, paruus est: signum autem quo fidem historiæ huic faciant, hoc peragunt: Bis vno quoque anno ex mari

ὕδωρ ἐς τὸ νηὸν ἀπικνέεται. φέρουσι δὲ οὐχ ἱρέου μοῦνον ἀλλὰ πᾶσα Συρίη καὶ Ἀραβίη. καὶ πέριθεν τοῦ Εὐφρήτεω, πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχοντες, καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι. τὸ πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι, μετὰ δὲ ἐς τὸ χάσμα κατέρχεται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος χρῆμα πολλόν. τὰ δὲ ποιέοντες, Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρωτόν δὲ νόμον θέσθαι λέγουσι, συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι. ὁ μὲν ὦν ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τοῦ ἱροῦ τοιός δέ ἐστι. ἄλλοι δὲ Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόδε τὸ ἕδος εἴσασθαι νομίζουσι, οὐκ Ἥρῃ δὲ εἴσασθαι, ἀλλὰ μητρὶ ἑουτῆς, τῆς Δερκετὼ οὔνομα. Δερκετοῦς δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθηησάμην, θέημα ξένον. ἡμισέη μὲν, γυνὴ, τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀπετείνεται· ἡ δὲ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει,

aqua in ædem defertur. Ferunt autem illam nõ sacerdotes modò, sed tota Syria, & Arabia, & qui trans Euphratem incolunt, multi homines ad mare descendunt, atq; omnes inde aquam afferunt. Ac primò quidem in æde effundunt illam, postea autem in hiatum defluit, recipitq; lacus ille quãuis exiguus, immensam vim aquæ. Atq; hæc ita facientes, Deucalionem ritũ ac legem templi istam instituisse ferũt, ad testandam cladis pariter & beneficij memoriam. Vetustior igitur sermo de templi origine talis quidem fertur. Alij autẽ λ Semiramidẽ Babyloniam illam, cuius multa passim opera per Asiam extant, etiã hanc sedem consecrâsse putant, cæterùm non Iunoni, sed matri suæ, cui nomẽ Derceto fuit. Dercetus aũt imaginem in Phœnicia vidi spectaculũ planè peregrinum, altera quidem parte mulierem, altera verò quantũ à femorib. ad imos pedes protenditur, in piscis caudam desinentem. At hæc quæ in Sacra

ciuita-

πόλει, πᾶσα γυνή ἐστι. πίστιν δὲ τοῦ λόγου αὐτοῖσι οὐ κάρτα ἐμφανέα. ἰχθύας, χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι. καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους σιτέονται, περιστερὴν δὲ μούνην οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι ἅδε ἱρή. τὰ δὲ γινόμενα λοιπὰ αὐτοῖς ποιέεσθαι Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμι ἕνεκα, τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει, τὸ δὲ, ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο. ἀτὰρ ἐγὼ τὸν μὲν νηὸν, ὅτι Σεμιράμιος ἔργόν ἐστι, τάχα κου λέγομαι, Δερκετοῦς δὲ τὸ ἱρὸν ἔμμεναι, οὐδαμῇ πείθομαι. εἰκὸς καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἔνιοί εἰσι, οἳ ἰχθύας οὐ σιτέονται, καὶ τάδε οὐ Δερκετοῦ χαρίζονται. ὡς δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἱρὸς, τὸν ἐγὼ σοφοῦ ἀνδρὸς ἤκουσα· ὅτι ἡ μὲν θεὰ, Ῥέη ἐστί, τὸ δὲ ἱρὸν, Ἄττεω ποίημα. Ἄττης δὲ γόος

ciuitate est, tota mulier est. Porrò argumenta quibus huic narrationi fidem faciunt, non ita clara habent. Pisces rem sacram existimant, neque vnquam pisces attingunt. Deinde & aues, alias quidem edunt, columbam autem solam non edunt, sed hæc sacra ipsis est. Et quòd hæc ita fiunt, placet ipsis Dercetus & Semiramidis gratia fieri: alterum quidem, quòd Derceto piscis formam habet: alterum autem, quòd Semiramis ad postremum in columbam versa est. At ego ipsam quidem ædem Semiramidis opus esse, fortassis permiserim, Dercetus autem sacram esse haudquaquam credo: quando & apud Aegyptios nonnulli sunt qui piscibus non vescuntur, idque in gratiam Dercetus minimè faciunt. Fertur autem & alius sermo sacer, quem ego à sapiente quodã viro audiui: quòd videlicet ipsa dea Rhea sit, templum autem Attæ opus. Porrò Attes

γήν & Λυδὸς μὲν ἦν τὸ γένος, πρῶτος δὲ τὰ ὄργια τὰ εἰς Ῥέαν ἐδίδαξατο, καὶ τὰ Φρύγες καὶ Λυδοὶ καὶ Σαμόθρακες ἐπιτελοῦσι, Ἄττεω πάντα ἔμαθον. ὡς γάρ μιν ἡ Ῥέα ἔτεμε, βίου μὲν ἀνδρηίου ἀπεπαύσατο, μορφὴν δὲ θηλείην ἡμάψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναικείην ἐνεδύσατο, καὶ ἐς πᾶσαν γῆν φοιτέων, ὄργιά τε ἐπετέλει, καὶ τὰ ἔπαθε, ἀπηγέετο, καὶ Ῥέην ἤειδε, ἐν τοῖσι καὶ ἐς Συρίην ἀπίκετο, ὡς δὲ οἱ πέρην Εὐφρήτεω ἄνθρωποι ἔτι αὐτὸν οὔτε ὄργια ἐδέκοντο, ἐν τῷ δὲ τῷ χώρῳ τὸ ἱρὸν ἐποιήσαλο. σημήια δ' ἦν θεὸς τὰ πολλὰ ἐς Ῥέην ἀπικνέεται· λέοντος μὲν γὰρ φέρουσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πυργοφορέει, ὁκοίην Ῥέην Λυδοὶ ποιέουσι, ἔλεγε δὲ καὶ Γάλλων πέρι, οἳ ἔασι ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι Γάλλοι Ἥρῃ μὲν οὐ λαμᾶ, Ῥέῃ δὲ τιμωνται, καὶ Ἄττιν μιμέονται.

genere quidem Lydus fuit, primus autem sacrorum ritus quibus Rhea coleretur, tradidit. Ac quibus Phryges & Lydi & Samothraces in sacris utuntur, ea omnia ab Atte acceperunt. Postquam enim ipsum castrauit Rhea, vitam quidem virilem agere desijt, formâ autem fœmineâ assumpsit, vestemq; muliebrem induit. Atque ita per omnem terram obambulans, & sacra peragebat passim, & quæ passus esset, narrabat, Rheamq; celebrabat. Inter quæ & in Syriam venit. Cæterùm cùm illi qui trans Euphratem incolunt homines neque ipsum, neque sacra eius receperint, hoc in loco templum constituit. Ac multa signa adsunt deæ, quæ ipsam Rheam videri faciunt. Nam & leones ipsam ferũt, & tympanum habet, & coronã in capite turritam gestat, qualem & Lydi Rheam effigiant. Dicebat autem & de Gallis idem qui in templo sunt, quòd Galli Iunoni quidem haudquaquã, Rheæ autem castrari soleant, & v Atten imitentur.

μέονται. τὰ δέ μοι εὐπρεπέα μὲν δοκέει ἔμμεναι, ἀληθέα δὲ οὔ, ἐπεὶ καὶ τῆς τομῆς ἄλλην αἰτίην ἤκουσα πολλὸν πιστοτέρην. ἀνδάνει δέ μοι τὰ λέγουσι τοῦ ἱροῦ πέρι, τοῖσι Ἕλλησι τὰ πολλὰ ὁμολογέοντες· τὴν μὲν θεὸν, Ἥρην δεκέοντες, τὸ δ' ἔργον Διονύσου τοῦ Σεμέλης ποίημα· καὶ γὰρ δὴ Διόνυσος ἐς Συρίην ἀπίκετο, καὶ ἐνὶν ὁδὸν, τὴν ἦλθε ἐπ' Αἰθιοπίην. καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου ποιητέω σήματα, ἐν τοῖσι καὶ ἐσθῆτες βάρβαροι, καὶ λίθοι Ἰνδοὶ, καὶ ἐλεφάντων κέραα, τὰ Διόνυσος ἐξ Αἰθιόπων ἤνεικε. καὶ φαλλοὶ δὲ ἑστᾶσι ἐν τοῖσι πεπυλαίοισι, δύο κάρτα μεγάλοι, ἐπὶ τῷ ἐπίγραμμα τοίον δὲ ἐπιγέγραπται·

Τούς δε Φαλλοὺς Διόνυσος
Ἥρῃ μητρυῇ ἀνέθηκα.

Ἐμοὶ μὲν ὧν καὶ τὰ δε ἀρκέει. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλο, τί ἐστι ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄργιον.

Φαλλοὺς

tentur. Cæterùm hæc mihi conuenientia quidem videntur esse, vera autē non, quoniam de castratione aliam quoque audiui causam, multa hac fide digniorem. Placent verò mihi hæc, quæ de templo dicūt, in quibus cum Græcis consentiunt, deam quidem Iunonem putantes esse, ipsum autem opus Dionysii, eius qui ex Semele natus fuit. Nam & Dionysius in Syriam venit, eo videlicet itinere, quo in Aethiopiam est profectus. Et sunt multa in templo eius indicia, quæ ipsum auctorē comprobant: inter quæ & vestes Barbaræ, & lapilli Indici, & Elephantorum cornua, quæ ille ex Aethiopia tulit. Etiam Priapi stant in vestibulis, duo admodū magni, qui tali Epigrammate inscripti sunt:

Hos posui Bacchus tibi
Iuno nouerca Piapos.

Ac mihi quidem vel ista sufficiunt. Cæterùm dicam & aliud, quo ritu videlicet Dionysii sacra in æde peragant.

Φαλλὸς Ἕλλησιν Διονύσῳ ἐγείρουσι, ἐπί τῶν καὶ τοιόν δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα ἀνδρεῖα ἔχοντας, καλοῦνται δὲ τάδε νευρόσπαστα. ἔστι δὲ καὶ τόδε, ἐν ᾧ ἱρῷ, ἐν δεξιᾷ τοῦ νηοῦ κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ χάλκεος, ἔχων ἀνδρεῖον μέγα. τοσάδε μὲν ἀμφὶ τῶν οἰκισίων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. ἄδυτα δὲ ἱρὸν καὶ τοῦ νηοῦ πίσσει. θεσπίος τις, ὅκως ἐγένετο, καὶ ὅς τις μὲν ἐποίησε. λέγουσι τὸν νηὸν τὸν πρὶν ἐόντα, μὴ ἔμμεναι τὸν τῶν ἀρχαίων γενόμενον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν καθυπερθῆναι χρόνῳ ὕστερον, τὸν δὲ νῦν ἐόντα, Στρατονίκης ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέος. δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνου ἔμμεναι, τῆς ὁ πρόγονος ἤρασε, τὸν ἤλεγξε τὸ ἱητροῦ ἐπιτοίη· ὡς γὰρ μὲν ὑπὸ συμφορῆς καταλαβεῖ ἀμηχανέων ᾧ νοσέῳ, ἀσχαλόντι δὲ οὐκέτι,

Priapos Græci (quos § Phallos ipsi dicunt) Dionysio erigunt, in quibus & tale quiddam portant, viros puta exiguos, ex ligno effigiatos, magna virilia habentes. Vocantur autē o Neurospasta hæc. Est igitur & hoc in templo illo. Nam ad dextram ædis partem sedet exiguus vir ex ære factus, habens virile magnum. Ac tantùm de illo quod ad conditores templi attinet, tradunt. Iam verò & de æde dicam, & de situ eius, quo pacto ædificata sit, & quisnam illam ædificauerit. Dicunt igitur ædem illam, quæ à principio fuit, haudquaquā eam esse, quæ nunc est, sed antiquiorem illam quidem successu temporum collapsam esse, hanc autem quæ nunc est, Stratonices opus esse, vxoris regis Assyriorum. Videtur autem mihi Stratonice illa esse, quæ à priuigno amata fuit, cuius amorem medici industria deprehēdit. Postquam enim ipsum ægritudo hæc inuaserat, dubius animi, propterea q illi malū

hoc

κέοντι, καθ' ἡσυχίην ἐνόσει. ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδὲν, καὶ οἱ ἥτε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο, καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. ὁ δὲ ἰητρὸς, ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωσέοντα, ἔγνω τὴν νοῦσον, ἔρωτα ἔμμεναι. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέσι, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα. μαθὼν δὲ, ταῦτα ἐποίει, χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ ἔχε τὸ νεηνίσκου τὴν καρδίην. ἐκάλεε δὲ τοὺς ἀνὰ τὴν οἰκίην πάντας. ὁ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐσιόντων πάντων, ἐν ἠρεμίῃ μεγάλῃ ἦν, ὡς δὲ ἡ μητρυὴ ἀπίκετο, τήν τε χροιὴν ἠλλάξατο, καὶ ἱδρώειν ἄρξατο, καὶ τρόμῳ ἔχετο, καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο. τὰ δὲ γιγνόμενα, ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ τὸν ἔρωτα ἐποίει. καί μιν ὧδε ἰήσατο, καλέσας τὸν νεηνίσκου τὸν πατέρα

hoc turpe videretur, silentio rem premens, morbo decumbebat. Iacebat autem nullo quidem certo dolore affectus, veruntamen & color eius omninò immutabatur, & corpus indies marcescebat. π Medicus autē vt ipsum aspexit, nullum manifestum morbi indicium præ se ferentem, amorem esse morbum cognouit. Amoris autem occulti multa indicia sunt: oculi videlicet languentes, & vox, & color, & lachrymæ. Quæ omnia cùm ille in hoc animaduertisset, huiusmodi quædam facit. Manu quidem dextera adolescentuli cor tenebat: eos verò qui in domo erant, omnes intrò in cubiculum, vbi ille decumbebat, vocabat. Ille igitur cæteris quidem ingrediētibus omnibus cum summa quiete iacebat: at vbi nouerca adueniebat, tū demùm & colorem mutare, & sudorem emittere incipiebat, tremoreq; corripiebatur, & ei cor subsultabat. Quæ cùm ita fierent, manifesta amoris indicia medico præbebant. Ac ipsum hoc pacto sanitati restituit. Aduocato adolescentis pa-

τέρα, κάρτα ὀῤῥωδέοντα· ἥδε ἡ νοῦσος, ἔφη, τὴν ὁ παῖς ὅδε ἀῤῥωστέει, οὐ νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη· ὅδε γάρ τοι ἀλγέοι μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. ἐπιθυμέει δὲ, τῶν οὐδαμᾷ τεύξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. ὁ μὲν ὦν τοιᾷδε σοφίῃ ἐψεύδετο. ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίσσετο, πρός τε σοφίης καὶ ἰητρικῆς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς· οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ συμφορῇ ἔσχετο, ἀλλὰ οἱ ἡ νοῦσος ἀεκουσίη, τῶν σὺ μηδαμᾷ ζυλοτυπέων, πείθος ἔγειρε πάσῃ βασιληίῃ, μηδὲ ἰητρὸς ἐὼν, φόνον πεξενέεις ἰητρικῇ. ὁ μὲν, ὧδε ἀγνὼς ἐὼν, ἐδέετο. ὁ δέ μιν αὖτις ἀμείβετο, ἀνόσια σπεύδεις, γάμον ἐμὸν ἀπαιρεόμενος, οὐ δὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος. σὺ δὲ κῶς ἂν αὐτὸς ἔπρηξας, εἴ τοι σὴν γυναῖκα ἐπόθεε, ἐμεῦ τάδε

tre, qui admodum tum filij causa solicitus erat: Hic morbus, inquit, haudquaquam morbus est, sed iniuria quædam. Nam ille quidem dolore neutiquam premitur, sed amor ipsum & vecordia tenent. Expetit autem ea quæ illi haudquaquam assequi licet. Vxorem enim meam amat, quam ego minimè dimissurus sum. Atque hac ille tum prudentia mentiebatur. Pater autem continuò precari cœpit: Per prudentiam ego te tuam, perq; ipsam medicinā obtestor, ne mihi perditum eas filiū. Non enim sua sponte hoc malo tenetur, sed morbus illi inuito hic accidit. quare tu nequaquam æmulando velis luctum toti regno conciliare, nêve, medicus cùm sis, hanc homicidij notā inurere medicinæ. Atq; hoc pacto ignarus ille, tamen precabatur. Alter autem respōdens ei rursum: Nefaria, inquit, moliris, coniugem meam à me auferre quærens, & homini medico vim faciens. Tu verò quónam pacto ipse affectus esses, si quis vxoris tuæ desiderio teneretur, quando nunc

τάδε δεόμενος; ὁ δὲ πρὸς τάδε ἔλεγε, ὡς οὐδ' αὐτὸς ἄν ποτε γυναικὸς ἐφείσατο, οὐδὲ παιδὶ σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καί τοι μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι, γαμετὴν ἢ παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, τί τοι, ἔφη, ἐμὲ λίσσεαι; καὶ γάρ τοι σὴν γυναῖκα ποθέει· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔην ψεύδεα· πείθεται μὲν τουτέοισι, καὶ τοῦ μὲν παιδὶ λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιληίην, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκετο, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῦ Εὐφρήτῃ ἐπώνυμον ἑωυτοῦ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο. ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο. ἥδε δὴ ὦν ἡ Στρατονίκη, ἔτι τοῦ πρότερον ἀνδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοιόν δε ἐθηήσατο, ὥς μιν ἡ Ἥρη ἐκέλευε ἐγεῖραί οἱ τὸν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει νηὸν, εἰ δὲ ἀπειθέοι, πολλὰ οἱ, καὶ κακὰ ἀπείλεε. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐδὲ μίαν

nunc ista à me postulas? Tũ ille ad hæc respondit, quòd neq; ipse vxori vnquam parsurus fuisset, neque filio salutem inuideret, etiamsi nouercæ desiderio teneretur. neque enim parem iacturam esse, vxorem, ac filium amittere. Quæ cùm medicus audîsset: Quid igitur me, inquit, obtestaris? Etenim tuæ ille vxoris desiderio tenetur. Et quæ ego tibi modò dicebam, omnia falsa fuêre. Adducitur itaq; hisce pater, ac filio quidem & vxorem relinquit & regnum: ipse verò in terram Babyloniam abijt, & ciuitatem supra Euphratem, cognominem ipsi, condidit, vbi & mortem posteà obijt. Atque hoc quidem pacto tum medicus amorem cognouit, & curauit. Stratonice verò hæc, cùm adhuc priori marito cohabitaret, somnium tale vidit: Visa est ei Iuno iubere ædem illam in Sacra ciuitate extruere sibi, & si minùs paréret, multa malaque ipsi comminari. Illa verò principiò quidem nullam somnij

μίαν ὤρην ἐποιέετο, μετὰ δὲ, ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τὴν ὄψιν ἀπηγήσατο, καὶ τὴν Ηρην ἱλάσκετο, καὶ στήσειν τὸν νηὸν ὑπεδέξατο. καὶ αὐτίκα ὑγιέα γενομένην ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε, σὺν δὲ οἱ καὶ χρήματα, καὶ στρατιὴν πολλὴν, τοὺς μὲν οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ τοῦ ἀσφαλέος εἵνεκα. καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτοῦ φίλων νεηνίην, κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος· ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Κομβάβε, ἐσθλὸν ἐόντα, φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν, καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε, καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τὴν δὴ ἐπεδέξαο. νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστηος, τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἑσπόμενον. ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι, καὶ ἱρὰ τελέσαι, καὶ στρατιῆς ἐπικρατέειν· οἱ δὲ ἀπικομένῳ ἐξ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσεται. πρὸς δὲ τάδε ὁ Κομβάβος

somnij huius rationem habuit: posteà autem vt ipsam grauis morbus corripuit, & viro visionem exposuit, & Iunonem placare cœpit, ædémque se illam conditurам esse promisit. Ac statim vbi conualuit, maritus ipsam in Sacram ciuitatem misit, cum ipsa autem vnà & pecunias, & exercitum magnum, partim ædificandi causa, partim etiam securitatis gratia. Vocato autem quopiam ex amicis, homine adolescente admodum formoso, cui nomen erat Combabo: Ego te, inquit, Combabe, vtpotè probum, ex omnibus amicis diligo maximè, & cùm ob prudentiam, tum ob beneuolentiam erga me tuam, quam & præstitisti, laudo in primis. In præsentia autem opus mihi est magna fide: quare te volo cũ vxore mea hinc profectũ, & ædificium absoluere mihi, & sacra peragere, & exercitui præesse. Cæterùm vbi reuersus fueris, magnis à nobis honoribus afficieris. Ad hæc igitur Combabus,

βάβος αὐτίκα λύσσετο, πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν, μηδὲ πιστεύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτοῦ μέζονα χρήματα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἔργον ἱρόν. τὰ δὲ ὀρρώδεε, μήκοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὴν Στρατονίκην γένοιτο, τὴν μοῦνον ἀπάξειν ἔμελλε ὡς δὲ οὐδαμᾷ ἐπείθετο· ὁ δὲ ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοιῶαί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων, μετὰ δὲ, ἀπρεπέλαί μιν τελέσαντά τι, τῶν μάλιστα ἐδέετο. τυχὼν δὲ ῥηιδίως, ἐς τὸν ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται, καὶ πεσὼν χαμάζε, τοιάδε ὠδύρετο· ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι; τὸ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀπρθήσομαι. τῶν μεχρῆν μέγα ἔργον ἀπρτελέσαι, τό μοι παντα φόβον ἰήσεται. τάδε

babus, statim precari cœpit, multis obtestans Regem, ne se mitteret, néve sibi crederet pecuniam multò suis facultatibus maiorem, deinde & vxorem, & opus sacrum. Cæterùm illud formidabat, ne quando progressu temporis zelotypia erga Stratonicen ipsi pareretur, vt quam solus inde abducturus erat. Cæterùm vbi illum haudquaquam permouit, supplicare iterum cœpit, quo sibi spatium septem dierum permitteret, ac deinde vbi ea perfecisset, quibus maximè opus haberet, ablegaret. Quod cùm facilè impetrâsset, domum suam abit, & procidens in terram, huiuscemodi quædam cum fletu eiulauit: O me miserũ, quò mihi hac fide? quò mihi autem via ista, quam nunc postremùm aspiciam? Adolescens equidem ego, & cum muliere formosa proficiscar. Hæc mihi magna verò calamitas erit, nisi omnem mali causam à me amoueam. Quare necesse est magnum peragere me facinus, quod mihi metũ omnem hunc subleuet ac curet.

Hæc

τάδε εἰπὼν, ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ ταμὼν τὰ αἰδοῖα, ἐς ἀγγήιον μικρὸν κατέθετο, σμύρνῃ τε ἅμα καὶ μέλιτι, καὶ ἄλλοισι θυώμασι, καὶ ἔπειτα σφηγίδι, τὴν ἐφόρεε, σημηνάμενος τὸ τρῶυμα ἰῆτο. μετὰ δὲ, ὥς μιν ὁδοιπορέειν ἐδόκεε, ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα, πολλῶν παρεόντων, διδοῖ τε ἅμα τὸ ἀγγήϊον, καὶ λέγει ὧδε· ὦ δέσποτα, τὸ δέ μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἀπεκέατο, τὸ ἐγὼ κάρθα ἐπόθεον. νῦν δὲ, ἐπεὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, παρὰ τοὶ τόδε θήσομαι, σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν· τόδε γάρ μοι χρυσοῦ βέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον, εὖτ' ἂν δὲ ἀπίκωμαι, σῶον αὖτις ἀποίσομαι. ὁ δὲ δεξάμενος, ἑτέρῃ σφηγίδι ἐσημαίνετο, καὶ τοῖσι ταμίῃσι φρουρέειν ἐνετείλατο. Κομβάβος μὲν ὦν, τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἀσφαλέα ὁδὸν ἤνυε. ἀπικό-

Hæc ita effatus, se ipsum inutilem ac mancum reddidit, amputatisq; virilibus, in angustum quoddam vasculum ea inclusit, myrrha pariter & melle, alijsq; odoramentis additis. Deinde vbi & annulo, quem gestare solebat, obsignâsset illud, vulnus curabat. Posteà verò cùm ipsi iam tẽpus videretur vt proficisceretur, ad regem veniens; multis alijs præsentibus dat illi pariter & vasculum, & dicit in hunc modum: Hoc ego vasculum, Domine, inter preciosissima domi repositum habui, idque in primis amabam. Nunc autem, quando magnum adeò iter ingredior, apud te deponam. Tu verò fac vt tutum ac custoditum mihi præstes. nam hoc auro potiùs mihi est, eodemq; precio cum anima ipsum æstimo: vt postquam rediero, saluum & incolume iterũ recipiam. Ille verò acceptum altero quoq; annulo obsignauit, & quæstoribus asseruandũ & custodiendũ tradidit. Combabus igitur post illa securũ iter peragebat.

Cæterùm

ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν, σπουδῇ τὸν νηὸν οἰκοδόμεον· καὶ σφισι τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο, ἐν τοῖσι ἀπέβαινε τάπερ ὁ Κομβάβος ὀρρώδεε, ἡ Στρατονίκη γὰρ χρόνον ἐπὶ πολλὸν συνόντα μιν ποθέειν ἄρχετο, μετὰ δὲ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο, καὶ λέγουσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, τὴν Ἡρὴν τουτέων αἰτίην ἐθέλουσαν γενέσθαι, Κομβάβον ἐσθλὸν μὲν ἐόντα λαθέειν μηδαμᾷ, Στρατονίκην δὲ τίσασθαι, ὅτι οὐ ῥηιδίως τὸν νηὸν ὑπέσχετο. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε, καὶ τὴν νοῦσον ἔκρυπτε· ὡς δὲ οἱ τὸ κακὸν μέζον ἡσυχίης ἐγένετο, ἐς ἐμφανὲς ἐντρύχετο κλαίεσκέ τε δι' ἡμέρης, καὶ Κομβάβον ἀνακαλέετο, καὶ οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. τέλος δὲ, ἀμηχανέουσα τῇ συμφορῇ, εὐπρεπέα ἱκεσίην ἐδίζετο. ἄλλῳ μὲν ὦν τὸν ἔρωτα

Cæterùm cùm iam ad Sacram ciuitatem venissent, ædem summa cura extruxerunt: atque ipsis dum in opera sunt, anni tres elabuntur, intra quos illa quæ Combabus tantoperè metuerat, euenêre. Nam Stratonice pòstquam ille multò iam tempore cum ea conuersaretur, amare illũ cœpit, mox etiam grauiter in illum ex amore insanijt. Et ferunt, qui Sacrã ciuitatem incolunt, Iunonem eius rei causam extitisse: ac Combabum quidem vt bonum virum haudquaquam latuisse: Stratonicen autem vltam esse, eò quòd non statim ac facilè ædem illam promisisset. Porrò illa principiò quidem modestè ac temperanter se gerebat, morbumq́ celabat: posteà verò vbi malum illi hoc in maius quàm vt tegi silentio posset, accreuit, manifestè adeò conficiebatur, flebatq́ continuè, ac Combabum vocabat. Atque illi tum omnia Combabus erat. Postremò autem cùm inopia consilij nullum huic malo remedium inueniret, honestam atq́ idoneam compellandi illius viam quærere cœpit. Proinde cũ alteri quidê vlli amo-

τα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ δὲ ἐπιχειρέειν ᾐδέετο, ἐπινοέει ὧν τοιάδε, οἴνῳ ἑωυτὴν μεθύσασα, ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν. ἅμα δὲ οἴνῳ ἐσιόντι παῤῥησίη τε ἐσέρχεται, καὶ ἡ ἀρτυχίη οὐ μάρτα αἰσχρὴ, ἀλλὰ τῶν πρησσομένων ἕκαστα ἐς ἀγνοιίην ἀναχωρέει. ὡς δὲ οἱ ἐδόκει, καὶ ἐποίει ταῦτα. καὶ ἐπεὶ ἐκ δείπνου ἐγένοντο, ἀπικνεομένη ἐς τὰ οἰκήια, ἐν τοῖσι Κομβάβος αὐλίζετο, λίσσετό τε, καὶ γούνων ἅπετο, καὶ τὸν ἔρωτα ὡμολόγεε. ὁ δὲ τόν τε λόγον ἀπηνέως ἀπεδέκετο, καὶ τὸ ἔργον ἀναίνετο, καὶ οἱ τὴν μέθην ἐνεκάλει. ἀπειλούσης δὲ μέγα τι κακὸν ἑωυτὴν ἐργάσασθαι, δείσας, πάντα οἱ λόγον ἐξέφηνε, καὶ πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην ἀπηγήσατο, καὶ τὸ ἔργον ἐς ἐμφανὲς ἔνεικε. ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη, τὰ οὔποτε

rem fateri abhorreret, ipsa autem aggredi illum coràm verecundia prohiberetur, huiuscemodi quædam animo cogitare cœpit, vt postquam videlicet vino sese inebriasset, in colloquium cum illo veniret. ρ Pariter autem cum vino ingrediente, & loquendi fiducia accedit, & non impetrasse quod postularis, non ita magnus pudor est, sed eorũ quæ aguntur, singula in obliuionem retrò abeunt. Postquam igitur apud se ista constituerat, faciebat quoque: & cùm cœna peracta discessissent, ad ædes, in quibus Combabus diuertebatur, veniens, obtestabatúrque illum, & genua eius prehensabat, & amorem fatebatur. Ille autẽ orationem eius ægrè ac difficulter admittebat, ipsumq́ opus detrectabat, deniq́ & ebrietatẽ illi exprobrabat. At verò cùm illa nescio quod magnũ malum in se ipsam facturam esse se minitaretur, adductus metu, totam illi rem manifestã fecit, & quicquid à se ipse passus esset, enarrauit, ipsumq́ opus in lucem protulit. Videns igitur Stratonice ea quæ nunquam

ποτε ἔλπετο, μανίης μὲν ὅ=
τω ἐκείνης ἔσχετο, ἔρωτος δὲ
οὐδαμᾷ ἐλήθετο, ἀλλὰ πάν=
τα οἱ συνεοῦσα, ταύτην πα=
ραμυθίην ἐποιέετο ἔρωτος
ἀπρήκτοιο. ἔστι ὁ ἔρως οὗτος
ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, καὶ ἔτι νῦν
γίγνεται, γυναῖκεν Γάλλων
ἐπιθυμέουσι, καὶ γυναιξὶ Γάλ=
λοι ἐπιμαίνονται, ζηλοτυπέει
δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ σφισι τὸ χρῆ=
μα κάρτα ἱρὸν νομίζεται.
τάδ' ὧν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει ἀμφὶ
τὴν Στρατονίκην οὐδαμᾷ τὸν
βασιλῆα λέληθε, ἀλλὰ πολλοὶ
ἀπικνεόμενοι κατηγόρεον, καὶ
τὰ γιγνόμενα ἀπηγέοντο. ἐ=
πὶ τοῖσι περιαλγέων, ἐξ ἀτε=
λέος τοῦ ἔργου Κομβάβον με=
τεκάλεε· ἄλλοι δὲ λέγουσι λό=
γον οὔτε ἀληθέα, τὴν Στρατο=
νίκην, ἐπειδὴ ἀπέτυχε τῶν ἐ=
δέετο, αὐτὴν γράψασαν ἐς τὸν
ἄνδρα, τοῦ Κομβάβου κατη=
γορέειν, πείρην οἱ ἐπικαλέου=
σαν.

quam futura putaret, à fu=
rore quidem illi in præsens
ita destitit, amoris autem
haudquaquam oblita est, sed
per omnia conuersando illi
hanc quasi quandam conso=
lationem amoris, cuius affe=
ctum consequi nequiuerat,
quærebat. Est autem amor
hic in Sacra ciuitate, & e=
tiam nunc durat, vt Gallos
quidem concupiscant mu=
lieres, & vicissim Galli in
mulieres depereant, neque
tamen quisquam zelotypia
siue æmulatione aliqua com
moueatur, sed ipsis res hæc
in primis sacra censetur.
Porrò hæc in sacra ciuita=
te circa Stratonicen ita ge=
sta, regem haudquaquam
latuêre, sed complures ve=
nientes, accusabant illos, &
quæ facta essent, commemo=
rabat. Quocirca dolore ac=
census, ab opere, quanquam
adhuc imperfecto Combabũ
reuocauit. Alij autem sermonem quendam neutiquam verum
recensent, quòd videlicet Stratonice postquam ea consequi,
quæ expetiuerat, non potuisset, ipsa ad virum scribens, Com=
babum vltrò accusârit, tanquam qui ad stuprum ipsam soli=

σαν. καὶ τὸ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι λέγουσι, καὶ Φαίδρης τῆς Κνωσσίης, ταυτὶ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρατονίκην μυθολογέουσι. ἐγὼ μὲν ὦν οὐδὲ Σθενεβοίην πείθομαι, οὐδὲ Φαίδρην τοιάδε ἐπιτελέσαι, εἰ τὸν Ἱππόλυτον ἀτρεκέως ἐπόθεε Φαίδρη. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐχέτω ὅκως καὶ ἐγένετο. ὡς δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο, ἔγνω τὲ ὁ Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τὲ ἤϊε, ὅτι οἱ ἡ ἀπολογίη οἴκοι ἐλίπετο. καί μιν ἐλθόντα ὁ βασιλεὺς αὐτίκα μὲν ἔδησέ τε, καὶ ἐν φρουρᾷ ἔχε. μετὰ δὲ, παρεόντων οἱ τῶν φίλων τοὶ καὶ τότε πεμπομένῳ τῶν Κομβάβω παρεγένοντο, παραγαγὼν ἐς μέσον, κατηγορέειν ἄρχετο. καί οἱ μοιχίην τὲ καὶ ἀκολασίην προὔφερε, κάρτα δὲ δεινοπαθέων, πίστιν τε καὶ φιλίην ἀνεκαλέετο, λέγων τρισσὰ Κομβάβον ἀδικέειν, μοιχόντε ἐόντα, καὶ ἐς πίστιν ὑβρίσαντα, καὶ ἐς

citasset. Et quod Græci de Sthenebœa dicunt, & de Phædra Cretensi, hoc idem & Assyrij de Stratonice confitentur. Ego quidem igitur neque Sthenebœam credo, neque Phædram talia perpetrasse, si modò Hippolytum Phædra verè amauit. sed hæc in medio, ita vt sunt, relinquamus. Cæterùm vbi nuncius in Sacram ciuitatem peruenit, Combabus & causam reuocationis agnouit, & animo fidente ad regem abijt: nam illi defensio domi relicta erat. Ac venientem ipsum cõtinuò rex comprehendi iussit, & in custodia tenuit. Posteà autem præsentibus amicis, qui tum quoque vnà adfuerant, quando Combabus emittebatur, adductum illum in mediũ accusare cœpit, adulteriumq; & intemperantiam vitæ obiecit. Admodum autem grauiter commotus & fidem inuocabat & amicitiam, dicens tripliciter Combabum iniuriam fecisse, vt qui & adulterium commisisset, & fidem fregisset, & in

ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ ἔργῳ τοιάδε ἔπρηξε. πολλοὶ δὲ παρεστεῶτες ἠλέγχον, ὅτι ἀναφανδὸν σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον. πᾶσι δὲ τέλος ἐδόκεε, αὐτίκα θνήσκειν Κομβάβον, θανάτου ἄξια εἰργασμένον. ὁ δὲ τέως μὴ ἑστήκεε, λέγων οὐδέν· ἐπεὶ δὲ ἤδη ἐς τὸν φόνον ἤγετο, φθέγξατό τε, καὶ τὸ μειμήλιον ἤντεε, λέγων ὡς ἀναιρέει μιν οὐχ ὕβριος, οὐδὲ γάμων εἵνεκα, ἀλλὰ ἐκείνων ἐπιθυμέων, τά οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο. πρὸς τὰ δὲ ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην, ἐκέλευε ἐνεῖκαι, τά οἱ φρουρέειν ἔδωκε. ὡς δὲ ἔνεικε, λύσας τὴν σφρηγῖδα ὁ Κομβάβος, τά τε ἐνεόντα ἐπέδειξε, καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα ἐπεπόνθεε, ἔλεξέ τε· ὦ βασιλεῦ τὰ δέ τοι ἐγὼ ὀρρωδέων, εὖ τε μετάνην ὁδὸν ἔπεμπες, ἀέκων ἤιον. καὶ ἐπεί με ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε

in deam impius fuisset, in cuius opere huiuscemodi ꝑpetrasset. Multi autem adstantes coarguebant ipsum, quòd videlicet manifestè vidissent ipsos mutuò congredientes. Omnibus itaq; postremò videbatur quamprimùm morte afficiendus esse Combabus, vt qui capitalia peregisset. Ille verò hactenus quidem stabat, nihil dicens, postquam autem ad supplicium & cædem iam ducebatur, tum demùm loqui cœpit, & depositum vasculum repoposcit, illud addens, quòd nõ contumeliæ aut nuptiarum causa interficeret ipsum rex, sed quòd ea quæ abiens apud illum deposuisset, hoc pacto retinere cuperet. Ad hæc igitur rex, vocato quæstore, iussit afferre ea quæ custodienda ei tradidisset. Ille vbi attulit, resignato Combabus sigillo, ea quæ inclusa fuerant, commonstrauit, & quæ ipse passus esset, exposuit, atque ita dixit: Nimiùm ista, ô rex, veritus ego quando me primùm ad hoc iter suscipiendum mittebas, inuitus ibam: ac postquam magna necessitate à te compulsus fui,

τοιάδε ἐπετέλεσα, ἐσθλὰ μὲν ἐς δεσπότεα, ἐμοὶ δὲ οὐκ εὐτυχέα, τοιός δε μέν τοι ἐὼν, ἀνδρὸς ἐπ' ἀδικίην ἐγκαλέομαι. ὁ δὲ πρὸς τάδε θαμβώσας, περιέβαλε τέ μιν, καὶ δακρύων ἅμα ἔλεγε, ὦ Κομβάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο; τί δὲ σεωυτὸν ὅτω ἀεικέλιον ἔργον μοιῶς ἀνδρῶν ἔπρηξας; τὰ οὐ πάμπον ἐπαινέω, ὦ σχέτλιε, ὃς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθέειν, μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε· οὐ γάρ μοι ταύτης ἀπολογίης ἔδεε. ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤθελε, πρῶτα μέν σοι τίσις ἐξ ἡμέων ἔσεται, αὐτέων συκοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλη δωξεὴ ἀπίξεται, χρυσός τε πολλὸς καὶ ἄργυρος ἄπλετος, καὶ ἐσθῆτες Ἀσσύριαι, καὶ ἵπποι βασιλήιοι. ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος, οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος. οὐ δ' ἦν γυναικὶ ἅμα εὐνάζομαι. τάδε

talia peregi, vtilia quidem domino, mihi verò non ita felicia ac bona. At verò talis cùm sim, tamen contumeliæ in virum coniugem accusor. Ille autem ad hæc stupefactus, amplexatus pariter ipsum est, & dixit: O Combabe, cur magnum hoc malum perpetrâsti? cur autem teipsum indigno adeò facinore solus virorum deformâsti? Non ita prorsum laudo hæc, ô infelix, qui talia quidem sustinuisti, qualia vtinam neque te pati, neque me aspicere vnquam contigisset. Neque enim ista apologia mihi opus erat. Veruntamen quando Deus quispiam hæc ita voluit, principiò quidem tibi vltio à nobis erit, mors videlicet ipsorum sycophantarum: postea autem maxima dona tibi venient, aurumq; multum, & argentum immensum, & vestes Assyriæ, & equi regij. Accedes autem ad nos inuocatus, neq; te quisquam à nostro conspectu prohibebit, ne si cũ vxore quidem vnà concumbã.

Atque

τάδε εἶπέ τε ἅμα, καὶ ἐ=
ποίεε. καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἐς
φόνον ἤγοντο· τοῦ δὲ τὰ δῶ=
ρα ἐδέδοτο, καὶ ἡ φιλίη μέ=
ζων ἐγεγόνεε. ἐδόκεε δὲ οὐδεὶς
ἔτι Ασσυρίων, Κομβάβῳ σο=
φίην καὶ εὐδαιμονίην εἴκελος.
μετὰ δὲ, αἰτησάμενος ἐκτε=
λέσαι τὰ λείποντα τοῦ νηῷ, ἀ=
τελέα γάρ μιν ἀπολέλοιπε,
αὖτις ἐπέμπετο, καὶ τόν τε
νηὸν ἐξετέλεσε, καὶ τὸ λοιπὸν
αὐτοῦ ἔμενε. ἔδωκε δὲ οἱ ὁ
βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐερ=
γεσίης ἕνεκα, ἐν τοῦ ἱρῷ ἑστά=
ναι χάλκεον. καὶ ἔστι ἐς τι=
μὴν ἐν τοῦ ἱρῷ Κομβάβος
χάλκεος, Ερμοκλέους τοῦ Ρο=
δίου ποίημα, μορφὴν μὲν ὁκοίη
γυνὴ, ἐσθῆτα δὲ ἀνδρηίην ἔ=
χει. λέγεται δὲ τῶν φίλων τοὺς
μάλιστα οἱ εὐνοέοντας, ἐς πα=
ραμυθίην τοῦ πάθεος, κοι=
νωνίην ἑλέσθαι τῆς συμφορῆς·
ἔτεμον γὰρ ἑωυτοὺς, καὶ δίαι=
ταν

*Atque hæc quidem dixit pa=
riter & fecit. Ac illi qui=
dem continuò ad suppli=
cium & cædem ducebantur, huic autem dona daban
tur, amicitiáque hæc ma=
xima conciliata fuit. Vide=
batur autem nullus Assy=
riorum ampliùs Combabo
neque sapientia, neque feli=
citate similis esse. Postea ve=
rò cùm postulasset vt sibi
liceret ædem, quantum eius
reliquum erat, absoluere,
imperfectam enim ipsam re=
liquerat, rursum mittebatur: ac ædem quidem ille
absoluit, & reliquam ætatem ibi peregit. Dedit au=
tem illi rex, virtutis pari=
ter & beneficentiæ causa,
vt æreus in templo statue=
retur. Stat itaque præmij
& honoris causa in templo
Combabus æreus, Hermo=
clis Rhodij opus, forma
quidem mulieri similis, ve=
stitum autem virilem gerens. Feruntur autem & amici il=
lius, ij qui maximè erga ipsum beneuolentia affecti fuêre, in
solatium eius, quod passus ille fuit, eiusdem affectionis so=
cietatem vltrò sibi elegisse. Nam & seipsos castrârunt, &*

ταν τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ διαιτίουτο. ἄλλοι δὲ ἱερολογέουσι ἐπὶ τῷ πράγματι, λέγοντες, ὡς ἡ Ηρη φιλέουσα Κομβάβον, πολλοῖσι τὴν τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλε, ὅκως μὴ μοιῶ ἐπὶ τῇ ἀνανδρίῃ λυπέοιτο. τὸ δὲ ἔθος τοῦτο, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐγένετο, ἔτι καὶ νῦν μένει. καὶ πολλοὶ ἑκάστου ἔτεος ἐν τῷ ἱρῷ τάμνονται, καὶ θηλαίνονται, ἔστι Κομβάβον παραμυθεόμενοι, ἔστι καὶ Ηρῃ χαριζόμενοι. τάμνονται δ' ὧν, ἐσθῆτα δὲ οἵδε οὐκ ἔτι ἀνδρήιην ἔχουσι, ἀλλὰ καὶ ἱματά τε γυναικήια φορέουσι, καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι. ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουον, ἀνακέαται καὶ τουτέων ἐς Κομβάβου ἡ αἰτίη· σωφρονέχθη γὰρ οἱ καὶ τάδε. ξείνη γυνὴ ἐς πανήγυριν ἀπικομένη, ἰδοῦσα καλόν τε ὄντα καὶ ἐσθῆτα ἔτι ἀνδρήιην ἔχοντα, ἔρωτι μεγάλῳ ἔσχε. μετὰ δὲ μαθοῦσα

eandem cum illo viuendi consuetudinem tenuerunt. Alij autem inter sermones sacros de hoc facto ita tradunt dicentes, quòd Iuno quum amaret Combabum, multis castrandi cupiditatem in mentem immiserit, ne videlicet solus ille ob virilitatem amissam lugeret. Cæterùm consuetudo illa postquam semel cœpit, etiam nunc manet, & multi quotannis in templo hoc castrantur & emasculantur, siue Combabum hoc facto consolantes, siue etiam Iunoni gratificantes. Castrantur autem illi, vestitum verò virilẽ amplius non habent, sed & muliebria induméta gerunt, operaq; mulierum perficiunt. Cæterùm, vt ego audiui, refertur & huius rei causa in Cõbabũ. Nam illi etiam hoc accidisse traditur. Peregrina quædam mulier ad solennem conuentum veniens, cùm vidisset & corpore formosum esse, & vestem præterea virilem habere illum, magno eius amore capta est. Postea autem vbi cognouit euiratum atque

σα ἀτελέα ἐόντα, ἑωυτὴν δι=
ειργάσατο. ἐπὶ τοῖσι Κομβά=
βος ἀθυμέων, ὅτι οἱ ἀτυχέως
τὰ ἐς Αφροδίτην ἔχει, ἐσθῆ=
τα γυναικηίην ἐνεδύσατο, ὅ=
κως μηκότι ἑτέρη γυνὴ ἴσα
ἐξαπατέοιτο. ἥδε αἰτίη Γάλ=
λοισι στολῆς θηλείης. Κομβά=
βου μέν μοι πέρι τοσάδε εἰ=
ρήσθω. Γάλλων δὲ αὖτις ἐγὼ
λόγῳ ὑστέρῳ μεμνήσομαι, το=
μῆς δὲ αὐτέων, ὅκως τάμνον=
ται, καὶ ταφῆς, ὁκοίην θάπτον),
καὶ ὅτου εἵνεκα ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ
ἐσέρχονται. πρότερον δέ μοι
θυμὸς, εἰπεῖν θέσιός τε πέρι τοῦ
νηοῦ καὶ μεγάθεος, καὶ δῆτα ἐρέω.
ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ἐν τῷ τὸ ἱ=
ρὸν ἵδρυ), λόφος ἐστὶ, κέαται δὲ
κατὰ μέσον μάλιστα τῆς πόλιος,
καὶ οἱ τείχεα δοιὰ περικέα=
ται. τῶν δὲ τειχέων τὸ μὲν ἀρ=
χαῖον, τὸ δὲ οὐ πολλὸν ἡμέων
προσβύτερον. τά δὲ πρόπυ=
λαια τοῦ ἱροῦ ἐς ἄνεμον βορέην
ἀπρέκεινται, μέγαθος ὅσον
τε ἑκατὸν ὀργυιέων. ἐν τούτοισι
τοῖσι

atque inutilem esse, sibi ipsi mortem consciuit. Ob quæ Combabus mœrore affectus quòd ea quæ ad Venerẽ pertinent, infeliciter illi cederent, vestem muliebrem induit, ne qua mulier posthac eodẽ modo deciperetur. Et hæc causa est cur Galli veste muliebri vtuntur. Ac de Cambabo quidem tantum mihi dictum sit. σ De Gallis autem iterum in sequentibus mentionem faciam, puta de castratione ipsorum, quo pacto execentur, & de sepultura, quali sepeliãtur: præterea & cuius gratia in templum non ingrediantur. Priùs autẽ animus mihi est & de positu ædis dicere, & de magnitudine. Atque igitur dicam. Locus quidem ipse in quo templum consecratum est, modicus quidam collis est. Iacet aũt in media quasi ciuitate, cingiturq́ muro duplici, quorũ alter quidem vetustus est, alter aũt nõ ita multò ante nostram ætatem factus. Vestibula verò templi versus Aquilonem ventũ seorsim directa sunt, altitudine centum propè passuum. In his &

τοῖσι πεπυλαίοισι καὶ οἱ φαλλοὶ ἑστᾶσι, τοὺς Διόνυσος ἑστήσατο, ἡλικίην καὶ οἵδε τριηκοσίων ὀργυιέων. ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν ἀνὴρ ἑκάστου ἔτεος δὶς ἀνέρχεται, οἰκέει τε ἐν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ χρόνον ἑστὰ ἡμερέων, αἰτίη δὲ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται· οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι, ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θεοῖσι ὁμιλέει, καὶ ἀγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέει, οἱ δὲ τῶν ἐπιχολέων ἀγχόθεν ἐπαίουσι. ἄλλοισι δὲ δοκέει καὶ τάδε Δευκαλίωνος εἵνεκα ποιέεσθαι, ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα, ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ οὔρεα, καὶ ἐς τὰ περιμήκεια τῶν δενδρέων ἤεισαν, τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀρρωδέοντες. ἐμοὶ μὲν ὦν καὶ τάδε ἀπίθανα, δοκέω γε μὲν Διονύσῳ σφέας καὶ τάδε ποιέειν. συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι φαλλοὺς ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι ἐν τοῖσι φαλλοίσι, καὶ ἄνδρας ξυλίνους καθίζουσι· ὅτου μὲν εἵνεκα, ἐγὼ οὐκ ἐρέω. δοκέει δ' ὦν μοι

Priapi ſtant, quos Dionyſius dedicauit, trecentorũ etiam iſti circiter paſſuum. In horum vnum vir quiſpiam ſingulis annis bis aſcendit, habitátque in ſummitate eius per tempus ſeptem dierum. Aſcenſus autem iſtius cauſa talis refertur: Complures quidem putant quòd in ſublimi cum dijs ſermones conferat, & toti Syriæ bona ab illis poſtulet. Nam illos ex propinquo preces faciliùs exaudire. Cæteris autem placet etiam hæc Deucalionis gratia fieri, in memoriam eius calamitatis, quãdo homines paſsim in montes & in altiſsimas arborum aſcenderunt, aquarum inundationem metuẽtes. Mihi quidem igitur etiam iſta nõ ſatis veriſimilia videntur. Exiſtimo enim certè Dionyſio ipſos etiam iſta facere. Coniecturam autem inde capio, Phallos ſiue Priapos quicũque Dionyſio erigunt, in ipſis etiam viros quoſdam ligneos collocant. cuius id autem gratia, in præſentia non dicam. Videtur mihi itaq; etiam hîc ad imita-

μοι καὶ ὅλη ἐς ἐκείνου μιμίσιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀνέρχεσθαι. οἱ δὲ ἀνοδὸν τοιήδε· σειρὴ μακρὴ ἑωυτόν τε ἅμα καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει, μετὰ δὲ ἐπιβάντες, ξύλων πρόσφυσιν τῷ φαλλῷ, ὁκόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδὸς, ἀνιὼν δὲ ἅμα ἀναβάτης τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθεν, ὅκως περ ἡνιοχέων. ἐπὶ δὲ τις τόδε μὴ οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί κου, οἶδε τὸ λέγω. ἐπειὰν δὲ ἐς τέλος ἵκηται τῆς ὁδοῦ, σειρὴν ἐτέρην ἀφεὶς, τὴν αὐτὸς ἔχει, μακρὴν ταύτην, ἀνέλκει τῶν οἱ θυμὸς ξύλα καὶ ἕματα καὶ σκεύεα· ἀπὸ τῶν ἑδρέων σανδίων, ὁκοίων καλέω, ἐξάνει, μίμνει τε χρόνον, τὸν ἔπορ. ἀμυρίων πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἵ δ' χαλκὸν κομίζουσι, ἔστ' ἀφῇσι ἐκείνου

imitationem lignei illius viri ascendere. Porrò ascensus iste in hunc modum illi fit: Catena longa seipsum pariter & Priapum circundat: deinde ascendit in ligna quædam ex ipso Priapo prominentia, spacio, quantum ad summum capiendum pedem sufficit. Ascendens autem pariter & catenam vtrinque attollit, hanc perinde vt auriga habenas, moderans. Quòd si verò quispiam istud non vidit, vidit autem eos qui palmas conscendunt, siue in Arabia, siue in Aegypto, siue alio aliquo loco, intelligit facilè quod dico. Cæterum postquam ad summum peruenit, aliam quandam catenam, quam ipse secum habet, demittens, longam quidem illam, attrahit sursum quæcunq; libet, ligna videlicet, & vestes, & vasa: ex quibus sedem componens, perinde ac nidum aliquem, in illa se collocat, manetq; ad id tempus dierum quod dixi. Multi autem venientes, aurum q; & argentum, quidam etiam æs afferunt, deinde ante illum

appositis

ἐκείνου πρόσθε κείμενα, ἀπιᾶσι, λέγοντες τὰ οὐνόματα, ἕκαστος. παρεστεὼς δὲ ἄλλος ἄνω ἀγγέλλει. ὁ δὲ δεξάμενος τοὔνομα, εὐχωλὴν ἐς ἕκαστον ποιέεται. ἅμα δὲ εὐχόμενος προτέει ποίημα χάλκεον, τὸ ἀείδει μέγα καὶ τρηχὺ, κινεόμενον, εὔδει δὲ οὐδαμᾷ· ἢν γάρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ, σκορπίος ἀνιὼν ἀνεγείρει τε, καὶ ἀεικέα ἐργάζεται, καὶ οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέαται. τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱράτε καὶ θεοπρεπέα, εἰ δὲ ἀτρεκέα ἐστὶ, οὐκ ἔχω ἐρέειν. δοκέει δέ μοι, μέγα ἐς ἀγρυπνίην συμβάλλεται καὶ τῆς πτώσιος ἡ ὀῤῥωδίη φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσαῦτα ἀρκέει. ὁ δὲ νηὸς ὁρέει μὲν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα, εἶδος δὲ καὶ ἐργασίην ἐστὶ, ὁκοίους νηοὺς ἐν Ιωνίῃ ποιέουσι. ἕδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκ τῆς, μέγαθος ὀργυιέων δυοῖν, ἐπὶ τὸ νηὸς ἐπικέαται,

appositis atque ibi relictis illis abeunt, vnusquisque nomen suum edentes. Adstans autem alius quidam, sursum renunciat. Ille igitur accepto nomine, preces pro vno quoque facit. precando autem pariter & æreum quoddam tintinabulum pulsat, quod motum, grauiter atque asperè sonat. Dormit autem haudquaquam. nam si somnus ipsum capiat aliquando Scorpius ascendens excitat ipsum, atque indignè afficit. & hæc illi pœna somni proposita est. Quæ igitur de scorpio tradunt, sacra quidem sunt, & dijs conueniẽtia: vtrum autem vera sint, dicere nõ possum. Cæterùm quantum mihi videtur, non parùm ad vigilantiam conducit & cadendi metus. Ac de conscensoribus Priapi tantum dixisse satis est. Porrò τ ædes ipsa ad solem quidem aspicit orientem; forma autem & opere talis est, quales sunt quas in Ionia ædes ædificant. Basis magna protenditur, altitudine duorũ passuum, supra quam ædes posita est.

κίαται, ἄνοδόν τε ἐς αὐτὸν λίθου πεποίηται, οὐ κάρτα μακρήν. ἀναθόντι δὲ θῶμα μὲν καὶ ὁ πρόνηος μέγα παρέχεται, θύρησί τε ἥσκηται χρυσίοισι. ἔνδοθι δὲ ὁ νηὸς χρυσοῦ τε πολλοῦ ἀπολάμπεται, καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσίη, ἀπό γε δὴ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη, ὁκοίη λέγεται τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης, καί σοι τηλόθεν ἀνιόντι πρόσθεν πνοιὴν κάρτα ἀγαθὴν, καὶ ἦν αὖτις ἀπίῃς, οὐδαμᾶ λείπεται, ἀλλά σοι τά τε ἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὸν πνοιὴν, καὶ σὺ ἐς πάμπαν αὐτῆς μνήσεαι. ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς οὐκ ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐς τοῦτον θάλαμος ἄλλος πεποίηται, ἄνοδος, καὶ ἐν αὐτῷ ὀλίγη, θύρησι δὲ οὐκ ἥσκηται, ἀλλ' ἐς ἀντίον ἅπας ἀναπέπλαται. ἐς μὲν ὧν τὸν μέγαν νηὸν πάντων ἐσίρχονται, ἐς δὲ τὸν θάλαμον οἱ ἱρέων μοῦνον, οὐ μέν τοι πάντων ἱρέων, ἀλλὰ

est. Ascensus autem in ipsam lapideus est, non ita longus: verùm vbi ascenderis, admirationem quidem & porticus ante ædem non paruam præbet, ianuisque exornata aureis est. Intus autem ipsa ædes auro multo resplendet, & tectum totum aureum est. Odorem autem effragrat diuinum quendam, qualis fertur & terræ Arabiæ esse. Ac tibi à longè ascendenti auram aspirat admodum suauem, & si rursus inde abeas, haudquaquam cessat: sed & vestes tuæ in longum vsque eandem retinent, & tu in perpetuum quasi quandam memoriam eius tecum referes. Cæterùm ipsa ædes intus simplex non est, sed & penetrale quoddam alterum intra se factum habet, in quod & ipsum ascensus modicus est. Foribus autem exornatum non est, sed exadversò totum patet. In magnam igitur ædem omnibus ingredi licet, vt in penetrale autẽ siue cellam illam solis sacerdotibus, neque verò ijs omnibus,

sed

ἀλλὰ τοὶ μάλιστα ἀγχίθεοι τέ εἰσι, καὶ τοῖσι πᾶσα ἐς τὸ ἱερὸν μέλεται θεραπείη. ἐν δὲ τῷ δὲ εἴαται τὰ ἔδεα, ἥτε καὶ Ηρη τὸν αὐτοὶ, Δία ἐόντα, ἑτέρῳ οὐνόματι Ιληίζουσι. ἄμφω δὲ χρύσεοι τέ εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται. ἀλλὰ τὴν μὲν Ηρην λέοντες φορέουσι, ὁ δὲ ταύροισι ἐφέζεται. καὶ δῆτα τὸ μὲν τοῦ Διὸς ἄγαλμα ἐς Δία πάντα ὁρῇ, καὶ κεφαλὴν καὶ ὄμματα καὶ ἕδρην, καί μιν οὐδὲ ἐθέλων ἄλλως εἰκάσεις. ἡ δὲ Ηρη σκοπέοντί τοι πολυειδέα μορφὴν ἐκφανέει, καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα, ἀπρεκέει λόγῳ Ηρη ἐστί· ἔχει δέ τι καὶ Αθηναίης, καὶ Αφροδίτης, καὶ Σεληναίης, καὶ Ρέης, καὶ Αρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. χειρὶ δὲ, τῇ μὲν ἑτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἑτέρῃ δὲ ἄπρακτον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει καὶ πῦργον καὶ κεστὸν, τῷ μούνην τὴν Οὐρανίην

sed illis tantùm, qui diuini maximè sunt, quibusque omnis cura & studium in templum impenditur. In hoc autem adyto simulacra deorum posita sunt, Iunonis videlicet, & quem Iouem existentem ipsi alio nescio quo nomine appellant. Ambo autem aurei sunt, amboq́; sedentes finguntur. Sed Iunonem quidem leones portant, Iupiter autem tauris insidet. Atque adeò & Iouis quidem simulacrum per omnia Ioui assimilatum est, & capite, & oculis & sedendi habitu: neq; ipsum alteri, ne si velis quidem, assimilare potueris: Iuno autem, si propiùs contempleris, haudquaquam vnius speciei formam præ se fert. Nam in vniuersum quidem, quod verè dixeris, Iuno est: cæterùm habet quippiam & Mineruæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemesis, & Parcarum. Ac altera quidem manu sceptrum tenet, altera aũt colum, & in capite radios gerit, & turrim, & cestum habet, quo solam Venerem

νίλῳ κοσμέουσι· ἔκτοσθε δὲ οἱ χρυσός τε ἄλλος περικέαται, καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες, τῶν οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ ὑδατώδεες, πολλοὶ δὲ πυῤῥώδεες. ἔτι δὲ ὄνυχες οἱ Σαρδῶοι πολλοὶ, καὶ ὑάκινθοι καὶ σμάραγδοι, τὰ φέρουσι Αἰγύπτιοι, καὶ Ινδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ Μῆδοι, καὶ Αρμένιοι, καὶ Βαβυλώνιοι. τὸ δὲ δὴ μέζονος λόγου ἄξιον, τοῦτο ἀπηγήσομαι· λίθον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται, οὔνομα δὲ οἱ τοῦ ἔργου ἡ συντυχίη. ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ἀπὸ δὲ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας οἷον ἀπὸ λύχνοισι φαείνεται, ἐν ἡμέρῃ δὲ, τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει, ἰδέην δὲ ἔχει κάρτα πυρώδεα. καὶ ἄλλο θωυμαστόν ἐστι ἐν τῷ ξοάνῳ, ἦν ἑστεὼς ἀντίος ἐσορέῃς, ἐς σὲ ὁρῇ, καὶ μεταβαίνοντι τὸ βλέμμα ἀκολουθέει, καὶ ἦν ἄλλος ἑτέρωθεν ἱστορέῃ, ἴσα

rem cognomento cœlestem exornant: foris autem & aliud illi aurum circumpositũ est, & lapilli valde preciosi, quorum alij quidem candidi, alij autem cærulei, multi verò etiam rufi. Præterea autem & Sardonyches multi, & Hyacinthi & Smaragdi: quæ omnia afferunt Aegyptij, & Indi, & Aethiopes, & Medi, & Armenij, & Babylonij. Quod igitur maximè memorabile est, id dicam: Lapidem in capite gerit, qui Lychnis vocatur. Nomen autem illi dedit operis effectus respondens. Ab hoc multus fulgor noctu resplendet, totáque ædes ab eo perinde atque lucernis collucet. Interdiu autem ipsum quidem lumẽ amarcescit, speciem autem præ se fert admodum igneam. Iam verò & aliud admiratione dignum in ipso signo deæ est. Si ex aduerso steteris, ad te aspicit. quod si inde transeas, visu te sequitur, & si alius quispiam aliunde ipsam intuetur, eadem erga illum quoque facit.

Porrò

ἴσα καὶ ἐς ἐκεῖνον ἑκτέλεα. ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσεον, οὐδαμᾷ ζοῖσι ἄλλοισι ξοάνοισι ἄεικελον, τὸ δὲ μορφὴν ἰδίλω οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τῶν ἄλλων θεῶν εἴδεα. καλέεται δὲ σημήιον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ασσυρίων, οὐδέ τι οὔνομα ἴδιον αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' οὐδὲ γενέσιος αὐτοῦ φάτιν καὶ εἶδος λέγουσι. καί μιν οἱ μὲν ἐς Διόνυσον, ἄλλοι δὲ Δευκαλίωνα, οἱ δὲ ἐς Σεμίραμιν ἄγουσι· καὶ γὰρ δὴ ὧν ἐπὶ τῇ κορυφῇ αὐτοῦ περιστερὴ χρυσέη ἵζεσκε, τοιόνδε δὴ μυθέονται, Σεμιράμιος ἔμμεναι τόδε σημήιον. ἀφορμέεται δὲ δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐς θάλασσαν, ἐς κομιδλὴν, τοῦ ἔπορ, ὕδατος. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ νηῷ, ἐσιόντων ἐν ἀριστερῇ κέαται πρῶτα μὲν θρόνος ἠελίου, αὐτὸς δὲ εἶδος οὐκ ἔνι· μούνη γὰρ ἠελίου καὶ σελήνης, ξόανα οὐ δεικνύουσι, ὅτου δὲ εἵνεκα ὧδε νομίζουσι, ἐγὼ καὶ τόδε ἔμαθον. λέγουσι τοῖσι μὲν ἄλλοισι θεοῖσι

Porrò in medio inter vtrumque, aliud quoddam simulacrum stat aureum, cæteris haudquaquam simile: formam quidem propriam non habet, aliorum autem deorum species gerit. Vocatur autem signum etiam ab ipsis Assyrijs, neque illi nomen aliquod proprium posuêre: sed neque de generatione ipsius, neque de specie quicquam dicunt. Atque ipsum alij quidē ad Dionysium, alij ad Deucalionem, alij ad Semiramidem referunt. Quando enim & in vertice eius columba aurea insidet, ob eam videlicet rem tradunt Semiramidis illud signū esse. Proficiscitur autem bis quotannis ad mare, ad afferendam aquam eam de qua dixi. In ipsa autem æde ad sinistram ingredienti, stat principiò solium Solis, ipsius autem effigies non adest. Solius enim Solis & Lunæ simulacra non exhibēt: cuius aūt gratia faciendū ita putent, didici id quoq; ego. Nam cæteris quidē dijs fas esse

θεοῖσι, ὅσιον ἔμμεναι, ξόανα ποιέεσθαι· οὐ γὰρ σφέων ἐμφανέα πάντεσι τὰ εἴδεα, ἠέλιος δὲ καὶ σελήναιη, πάμπαν ἐναργέσσι, καί σφεας πάντες ὁρέουσι. κοίου ὦν αἰτίη ξοανουργίης τοῖσι ἐν τῷ ἠέρι φαινομένοισι; μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον κέαται ξόανον Ἀπόλλωνος, οὐκ οἷον ἐώθεε ποιέεσθαι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες Ἀπόλλωνα νέον τε ἥγηνται, καὶ πρωθήβην ποιέουσι, μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενεήτεω ξόανον δεικνύουσι. καὶ τά δὲ ποιέοντες, ἑωυτοὺς μὲν ἐπαινέουσι, Ἑλλήνων δὲ κατηγορέουσι, καὶ ἄλλων, ὁκόσοι Ἀπόλλωνα παῖδα θέμενοι ἱλάσκονται. αἰτίη δὲ δοκέει αὐτέοισι, ἀσοφίη μεγάλη ἔμμεναι, ἀτελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι τὰ εἴδεα, τὸ δὲ νέον, ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι. ἐν δὲ καὶ ἄλλο τῷ σφετέρῳ Ἀπόλλωνι καινουργέουσι, μοῦνοι Ἀπόλλωνα εἵμασι κοσμέουσι. ἔργον δὲ αὐτοῦ πέρι πολλὰ

esse aiunt simulacra fieri: neque enim illorum species aut formas manifestas omnibus apparere: Solem autem & Lunam omnibus esse manifestas, neque quenquam illos non videre. Quare quámnam causam illorum effigiandorum esse, cùm in aëre appareant? Ac post solium hoc, signum Apollinis positum est, non quale vulgo consueuit fieri. Nam cæteri quidem omnes Apollinem & iuuenem putant, & cum prima lanugine effingunt: soli autem isti φ Apollinis barbati simulacrum effigiant. Atque hoc facientes, sibi ipsi laudi ducunt, Græcos autem reprehendunt, & alios quicunque Apollinem puerum fingunt & colunt. Causa verò ipsis videtur inscitia magna esse, cur imperfectæ deorum formæ ac species fingantur. Nam iuuenem esse ipsi adhuc imperfectum existimant. Cæterùm & aliud quiddam nouum Apollini suo affingunt. Soli enim Apollinem vestibus exornant. De operibus autem ipsius multa quidem

λὰ μὲν ἔχω εἰπεῖν· ἐρέω δὲ, τὸ μάλιστα θωυμάζειν ἄξιον. πρῶτα δὲ τοῦ μαντηόου ἐπιμνήσομαι. μαντηία πολλὰ μὲν παρ' Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι, τὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ ἐν τῇ δὲ Ἀσίῃ πολλά ἐστι· ἀλλὰ τὰ μὲν οὔτε ἱρέων ἄνευ οὔτε προφητέων φθέγγονται, ὅδε δὲ αὐτός τε κινέεται, καὶ τὴν μαντηίην ἐς τέλος αὐτουργέει. τρόπος δὲ αὐτῆς τοιός δέ· εὖτ' ἂν ἐθέλῃσι χρησμηγορέειν, ἐν τῇ ἕδρῃ πρῶτα κινέεται, οἱ δέ μιν ἱρέων αὐτίκα ἀείρουσι, ἢν δὲ μὴ ἀείρωσι, ὁ δὲ ἱδρώει, καὶ ἐς μέζον ἔτι κινέεται. εὖτ' ἂν δὲ ἐποδιῶτον φέρωσι, ἄγει σφέας, πάντῃ περιδινέων, καὶ ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων. τέλος, ὁ ἀρχηερεὺς ἀντιάσας, ἐπρέεταί μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων, ὁ δὲ, ἤν τι μὴ θέλῃ ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει

dicere possim, sed tamen ea modò dicam, quæ maximè admiratione digna sunt. Principiò itaque oraculi mentionem faciam. Atque oracula quidem multa tum apud Græcos, tum apud Aegyptios sunt, multa autem & in Africa, & in Asia item multa: sed illa quidem neque absque sacerdotibus neque absque interpretibus responsa dant: hic autem Apollo & ipse per se mouetur, & vaticinia ad plenum vsque per se peragit. Modus autem eorum talis est. Postquam illi placitum est vaticinari, in sede sua primùm mouetur, sacerdotes autem ipsum continuò in sublime attollunt: quòd si non attollant, ille & sudorem emittit, & se in medium etiam emouet. At postquam illi subeuntes portant ipsum, tum & illos secum agit, circumcircà vertendo sese, & ab alio in alium subinde transilit. Postremò princeps sacerdotum supplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille verò si quid non vult fieri, retrò recedit:

χωρίε, λῶ δὲ τι ἐπαινίῃ, ἄπ-
ειμι ἐς τὸ πρόσω ζῦς πεσφέ-
ροντας, ὅκως περ ἐμὶ οχίωρ.
οὕτω μὲν σωφρονέουσι τὰ θέ-
σφατα, καὶ οὔτε ἱρὸν πρῆ-
γμα οὐδὲν, οὔτε ἴδιον τέτου
ἄνευ ποιέουσι. λέγει δὲ καὶ
τοῦ ἔτι τε πέει καὶ τῶν ὡ-
ρίων αὐτοῦ πασίων, καὶ ὁ-
κότι οὐκ ἔσονται. λέγει δὲ καὶ
τοῦ σημήιου πέει, κότε χρή-
μιν ἀπολημέην, τὸν ἔπορ ἀ-
ποδημίω. ἱρὸν δὲ καὶ ἄλλο, τὸ
ἐμοῦ παρέοντος ἔπρηξε· οἱ
μὲν μὲν ἱρέων ἀείροντες φέ-
ρον, ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐν γῇ λεί-
πων ἔλιπε, αὐτὸς δὲ ἐν ὠδὶ ἀέ-
ρι μόνος ἐφορίτο. μετὰ δὲ τὸν
Ἀπόλλωνα ξόανόν οἱ Ἄτλαν-
τος, μετὰ δὲ, Ἑρμέω καὶ Εἰ-
λειθυίης. τὰ μὲν ὦν ἐντὸς τῦ
νηοῦ ὧδε κεκοσμέαται, ἔξω δὲ
βωμός τε κέαται μέγας, χάλ-
κεος. ἐν δὲ καὶ ἄλλα ξόανα
μυεία, χάλκεα, βασιλέων
τε καὶ ἱρέων. καταλέξω δὲ,
τῶν μάλιστα ἄξιον μνήσθαι.

dit: contrà autem si quid ap-
probat, agit in anteriorem
partem gestantes, perinde
ac si currus habenas mode-
raretur: atque ita illi colli-
gunt oracula, & neque sa-
cram rem ullam neque pri-
uatam absque hoc gerunt.
Prædicit autem illis & de
anno & de tempestatibus
omnibus, & quando am-
plius futuri non sint. Præ-
dicit item & de signo illo,
quando proficisci illud o-
porteat profectionem eam
de qua dixi. Dicam autem
& aliud, quod me præsen-
te fecit: Sacerdotes attol-
lentes ipsum ferebant: ille
autem illos quidem in terra
infrà reliquit, ipse verò in
aëre solus ferebatur. Porrò
autem post Apollinem simu-
lacrum Atlantis est, deinde
Mercurij, & Lucinæ. atque
hæc quidem intra ædem i-
ta exornata sunt: foris au-
tem ara quoque posita est
magna ærea, atque ibi etiam
alia simulacra innumera ærea regum & sacerdotum. Re-
censebo autem quæ mihi maximè memoratu digna videntur.

ἐν ἀριστρῇ τῶν νεὼ, Σεμιράμιος ξόανον ἕστηκε, ἐν δεξιῇ τὸν νηὸν ἐπιδεικνύουσης. ἀνέστη δὲ αἰτίην τοιήνδε· ἀνθρώποισι, ὁκόσοι Συρίην οἰκέουσι, νόμον ἐποιέετο, ἑωυτῶν μὲν, ὅκως θεὸν ἱλάσκεσθαι, θεῶν δὲ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτῆς Ἥρης ἀλογέειν· καὶ ᾧδε ἐποίεον. μετὰ δὲ, ὡς οἱ θεόθεν ἀφίκοντο νοῦσοί τε καὶ συμφορὴ, καὶ ἄλγεα, μανίης μὲν ἐκείνης ἀπεπαύοντο, καὶ θνητῶν ἑωυτῶν ὁμολόγεε, καὶ τοῖσι ὑπηκόοισι αὖτις ἐκέλευε ἐς Ἥρην τρέπεσθαι. τεύνεκα δὴ ἔτι τοιήνδε ἀνέστηκε, τοῖσι ἀπικνεομένοισι τὴν Ἥρην ἱλάσκεσθαι δεικνύουσα, καὶ θεὸν οὐκ ἔτι ἑωυτῶν, ἀλλ' ἐκείνην ὁμολογέουσα. εἶδον δὲ καὶ Ἑλένης αὐτόθι ἄχαλμα, καὶ Ἑκάβης καὶ Ἀνδρομάχης, καὶ Πάριδος, καὶ Ἕκτορος, καὶ Ἀχιλλέως· εἶδον δὲ καὶ Νιρέως εἶδος τοῦ Ἀγλαίης, καὶ Φιλομήλην, καὶ Πρόκνην, ἔτι γυναῖκας, καὶ αὐτὸν Τηρέα ὄρνιθα· καὶ ἄλλο ἄγαλ-

Ad sinistram ædis, Semiramidis signum stat, ædem ipsam dextera demonstrantis. Stat autem talem ob causam. Hominibus quicunque Syriam incolunt, legem illa tulerat, vt se ceu deam colerent, cæterorum autem deorum, atque ipsius etiam Iunonis nullam rationem haberent. Atque illi tum ita faciebant. Postea autem vbi deorũ indignatione & morbi venerunt, & clades, aliaq; mala, ab insania destitit, seseq; mortalem agnouit, ac subditis iterum præcepit vt ad Iunonem conuerterentur. Ob eam igitur causam adhuc tali specie stat, indicans aduenientibus Iunonem colendam esse, seq; ipsam nõ ampliùs deam esse, sed illam confitens. Vidi autem & Helenæ simulacrum ibi, & Hecubæ, & Andromaches, & Paridis, & Hectoris, & Achillis. Vidi itidem & Nirei formam, filij Aglaiæ, & Philomelam, & Prognen, adhuc dum mulieres, & ipsum Tereum in auem iam conuersum. Præterea & aliud

ἄγαλμα Σεμιράμιος, καὶ Κομβάβου, τὸ κατέλεξα, καὶ Στρατονίκης, κάρτα καλὸν, καὶ Αλεξάνδρου αὐτῶν ἐκείνῳ εἴκελον. παρὰ δὲ οἱ Σαρδανάπαλος ἕστηκε, ἄλλῃ μορφῇ, καὶ ἄλλῃ στολῇ· ἐν δὲ τῇ αὐλῇ ἄφετοι, νέμονται βόσιν μεγάλοι, καὶ ἵπποι, καὶ ἀετοὶ, καὶ ἄρκτοι, καὶ λέοντες, καὶ ἀνθρώπους οὐδαμᾷ σίνονται, ἀλλὰ πάντες ἱροί τέ εἰσι, καὶ χειροήθεις. ἱρέες δὲ αὐτοῖσι πολλοὶ ἀπαδεδέχαται, τῶν οἱ μὲν τὰ ἱρήια σφάζουσι, οἱ δὲ σπονδὴν φορέουσι ἄλλοι δὲ πυρφόρει καλέονται, καὶ ἄλλοι παραβώμιοι. ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πλείονες καὶ τριηκοσίων ἐς τὴν θυσίην ἀπικνέοντο· ἐσθὴς δὲ αὐτέοισι πᾶσα λευκὴ, καὶ πῖλον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσι. ἀρχιερεὺς δὲ ἄλλος ἑκάστου ἔτεος ἐπιγίγνεται, πορφυρέην δὲ μοῦνος οὗτος φορέει, καὶ τιάρῃ χρυσέῃ ἀναδέεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων

aliud Semiramidis simulacrum, & Combabi, id de quo iam antea dixi, & Stratonices, admodum pulchrum, & Alexandri, ipsi illi simile. Iuxtà autem & Sardanapalus stabat, alia quadam forma, aliaq; etiam veste exornatus. Intra septa autem templi, liberi ac dijs consecrati pascebantur boues magni, & equi, & aquilæ, & χvrsi, & leones: atque illi homines haudquaquam lædunt, sed omnes & sacri sunt, & mansueti. Sacerdotes autem ipsis multi eliguntur, quorum alij quidem hostias mactant: alij autem libamenta ferunt, rursus alij flammiferi vocantur, & alij aræ ministri. Mea autem ætate plures etiam trecentis ad sacrificia ventitare solebant. ψ Vestis autem illis tota candida est, & pileum in capite gestant. Summus autem sacerdos alius ac nouus vnoquoque anno surrogatur, solúsque hic ω purpuream vestem gerit, & A tiara aurea redimitur. Est autem & alia multitudo homi-

πων ἱερῶν, αὐλητῶν τε καὶ συριστῶν καὶ Γαλλων, καὶ γυναικῶν ἐπιμανῶν τε καὶ φρυαβλεβῶν. θυσίαι δὲ δὶς ἑκάστης ἡμέρας ἐπιτελεῖται, ἐς τὸν πάντων ἀπικνέονται. Διὶ μὲν οὖν καθ' ἡσυχίαν θύσει, ὅτι ἀσιόντων ὅτι αὐλεόντων. εὖτ' ἂν δὲ τῇ Ἥρῃ κατάρχωνται, ἀείδουσί τε καὶ αὐλέουσι, καὶ λιβάνοτα ἐπικροτέουσι· καί μοι δοκεῖ ἐνθάδε ἀπᾶν ἐλλιμενῶν. ἔστι δὲ καὶ λίμνη αὐτόθι, οὐ πολὺν ἑκὰς τοῦ ἱροῦ, ἐν τῇ ἰχθύες ἱροὶ τρέφονται πολλοί, καὶ πολυαδεῖς· γίνονται δὲ αὐτέων ἔνιοι καὶ μεγάλοι, οὔζοι δὲ καὶ ὀνόματα ἔχουσι, καὶ ἔρχονται καλεόμενοι. ἐπὶ μεσῳ δέ, τις ἔλαιος αὐτοῖσι χρυσοφορέων, ἐν τῇ πίτυρα δὲ ποίημα χρύσεον αὖτιον ἀνακέαται, καί μιν ἐγὼ πολλάκις ἐθηησάμην, καὶ ἔχει τὸ ποίημα. βάθος δὲ τῆς λίμνης πολὺν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπαύρεθεν. λέγουσι δ' ὧν καὶ ἄλλοι

num sacrorum, tibicinum videlicet, & fistulatorum, & Gallorum, & prætereà mulieres furibundæ, ac mente captæ. Sacrificium autem bis quotidie peragitur, ad quod omnes veniunt. Iovi quidem igitur cum silentio sacrificant, neque cantantes, neque tibia modulantes. At postquam Iunoni primitias celebrant, & voce modulantur, & tibijs canunt, & tintinabula pulsant. Ac de ea re planiùs mihi dicere nihil potuerunt. Est autem lacus ibi non ita longè à templo, in quo pisces sacri aluntur, multi ac varij. nascuntur autem ipsorum nonnulli admodum magni, atque ij nomina quoque habent, & cùm vocantur, præstò veniunt. Meis autem temporibus erat quidam inter ipsos aurum ferens: cæterùm in pinna opus istud aureum ipsorum suspendebatur: atque ego illum sæpenumerò vidi & habebat opus illud. Altitudo autem lacus magna est, quanquam ego experimentũ eius non ceperim. Dicunt autem etiã

ducen-

διηκοσίων ὀργηέων πλέον ἔμμεναι· κατὰ μέσον δὲ αὐτῆς, βωμὸς λίθου ἀνέστηκε, δοκέοις ἂν ἄφνω ἰδὼν πλώειν τέ μιν, καὶ τῶν ὕδατι ἐποχέεσθαι· καὶ πολλοὶ ὧδε νομίζουσι. ἐμοὶ δὲ δοκέει στύλος ἐφεστεὼς μέγας ἀνέχειν τὸν βωμόν. ἔστεπται δὲ ἀεὶ, καὶ θυόματα ἔχει. πολλοὶ δὲ καὶ ἑκάστης ἡμέρης κατ' εὐχὴν ἐς αὐτὸν νηχόμενοι, στεφανηφορέουσι. γίγνονται δὲ αὐτόθι καὶ πανηγυρίς τε μέγιστα, καλέονται δὲ ἐς τὴν λίμνην καταβάσιον, ὅτι ἐν αὐτῇσι ἐς τὴν λίμνην τὰ ἱρὰ πάντα κατέρχεται. ἐν τοῖσι ἡ Ἥρη πρώτη ἀπικνέεται τῶν ἰχθύων εἵνεκα, μὴ σφέας ὁ Ζεὺς πρῶτος ἴδηται· ἢν γὰρ τόδε γένηται, λέγουσι ὅτι πάντων ἀπόλλυνται. καὶ δῆτα ὁ μὲν ἔρχεται ὀψόμενος, ἡ δὲ πρόσω ἰσθαμένη, ἀπείργει τέ μιν, καὶ πολλὰ λιπαρέουσα, ἀπέπεμπε. μέγιστα δὲ αὐτοῖσι πανηγυρίσι, τὰ ἐς θαλασσαν νομίζονται, ἀλλ'

ducentorum ampliùs passuum esse. Cæterùm in medio ipsius ara lapidea stat. Putares autem si ex improuiso videres, & natare illam, & in summa aqua vehi: & multi ita existimant. Mihi verò videtur columna subesse magna, arámque sustinere. Semper autem sertis coronata est, & odoribus crematur. Ac multi quotidie precandi causa ipsam enatantes, coronas portant. Fiunt autem ibidem & conuentus solennes maximi, vocanturq; descensus in lacum, quoniam in ijs ad lacum deorum simulacra omnia descendunt: inter quæ Iuno prima aduenit piscium gratia, ne Iupiter illos primus aspiciat. Nam si hoc fiat, ferunt omnes illos emori. Atque ideo ille quidem vadit inspecturus, Iuno autem anteriore loco stans, & prohibet ipsum, & precibus obtestando dimittit. Maximi verò cõuẽtus ipsis illi sunt, quòd solenni instituto ad mare cõueniunt:

ἀλλ' ἐγὼ τετίμωρ πίεσ ἀφεὶς
ἀλλ' ἔχω εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἦλθον
αὐτὸς, οὐδὲ ἐπαρύθλω ταύ-
της τῆς ὁδοιποείης, τὰ δὲ ἐλ-
θόντις ποιήσει, εἶδον, καὶ ἀπε-
γνώθμαν. ἀγγεῖον ἔκας ὕ-
δατι σιφωμένον φέρουσι κυ-
ρῷ δὲ τὰδε σισήμαντα, ἰκά
μιν οὔτε αὐτοὶ νυσσόμφοι χέ-
οντα, ἀλλ' ἔστ ἀλίκτυπων ἱ-
ρὸς, οἰκία δὲ ἐπὶ τῇ λίμνῃ, ὃς
ἐπεὶ σφέων δέξιται τὰ ἀγ-
γήια, τλώ τι σφρηγῖδα ὀρῇ,
καὶ μισθὸν ἀρυσμῶ, ἀναλτ
λύει τὸν δεσμὸν, καὶ τὸν λυ-
τρὸν ἀπαιτέεται, καὶ ποικὰ
μνέων ἐκ τετίου ζῷ ἔργα ὡς
ἀλίκτυπόνι ἀγείρονται. ἔν-
θεν δὲ ἐς τὸν νηὸν αὐτοὶ ἐνέ-
καντες, σφάλασί τι, καὶ θύ-
ουτες, ὄπισω ἀφνοσέουσι.
ἑορτέων δὲ πασέων, τῶν οἶ-
δα, μεγίστω ζῷ ἔαρ ἀρ-
χομένου ἐπιτελέουσι. καὶ
μὲν οἱ μὲν πυρὶ, οἱ δὲ λαμ-
πάδα καλέουσι. θυσίω
δὲ ἐν αὐτῇ τοιάδε ποιέου-
σι· δρύφακα μεγάλα ἐκόψαν-
τες ἐν τῇ αὐλῇ ἑσᾶσι, μετὰ
δὲ

sed ego de illis certum ac planum aliquid dicere non possum: neque enim ipse eò veni, neque vnquam profectionis istius periculum feci. Quæ verò redeuntes faciunt, vidi, eáq; commemorabo. Vas vnusquisque aqua repletum portat, idq; cera obsignatur. Nemo autem suum ipse resoluens effundit, sed Gallus quidam sacer est, habitat autem ad lacum, qui postquam vasa illorum accepit, & sigillum inspexit, mercede quoque accepta & vinculum resoluit, & ceram reposcit. Et multæ adeò minæ ex hoc sacro Gallo accumulantur. Atque hinc in ædem ipsi ferentes, postquam libárunt ac sacrificárunt, retrò domum reuertuntur. Festorum autem omnium quæ noui, maximum incipiente vere peragunt, atque illud pyram alij, alij autem facem appellãt. Sacrificium autem in eo tale perficiunt: Arbo-

res magnas cædentes, intra septum templi collocant: postea autem

δὲ ἀγινέοντες αἶγάς τε καὶ ὄϊας, δὲ ἄλλα κτήνεα ζῶα ἐκ τῶν δενδρέων ἀπαρτέουσι, ἐν δὲ καὶ ὄρνιθες, καὶ εἵματα, καὶ χρύσεα, καὶ ἀργύρεα ποιήματα· ἐπεὰν δὲ ἐντελέα πάντα ποιήσωνται περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δενδρέα, πυρὴν ἐνιᾶσι τὰ δὲ αὐτίκα πάντα καίονται. ἐς ταύτην τὴν ἑορτὴν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀπικνέονται ἔκ τε Συρίης, καὶ τῶν πέριξ χωρέων πασέων, φέρουσί τε τὰ ἑωυτῶν ἱρὰ ἕκαστοι, καὶ τὰ σιμήια ἕκαστοι ἔχουσι ἐς τάδε μεμιμημένα. ἐν ῥητῇσι δὲ ἡμέρῃσι, τὸ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἀγείρονται· Γάλλοι δὲ πολλοί, καὶ τοὺς ἔλεξα, οἱ ἱροὶ ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ὄργια, τὰ μνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. πολλοὶ δέ σφισι πρεσεῶτες ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι, ἄλλοι δὲ ἀείδουσι ἔνθεα, καὶ ἱρὰ ᾄσματα. τὸ δὲ ἔργον ἐκτὸς τοῦ νηοῦ τόδε

autem adducentes capras & oues, aliáque animantia bruta ex arboribus illis suspendunt, inter hæc autem & volucres, & vestes, & aurea argenteáque opera collocant: ac postquam omnia perfectè ac ritè composuerunt, deorum simulacra circum arbores portant, atque exinde pyram accendunt, illa autem continuò omnia cremantur. Ad hoc festum multi homines adueniunt, cùm ex Syria, tum ex circumiacentibus oris omnibus, afferúntque & sua quique deorum simulacra, & signa quæ ad imitationem illorum singuli facta habent. Diebus autem hisce solennibus multitudo quidem ad templum congregatur, Galli autem frequentes, & ij quos dixi, homines sacrati peragunt sacrificia, vulnerantúrque cubitis, & in terga à se mutuò verberantur. Multi autem adstantes ipsis tibijs accinunt, & tympana pulsant, alij autem diuinitùs inspirata sacráque carmina cantant. Atque hoc opus extra ædem

τόδε γίγνεται, οὐδὲ ἐσέρχονται ἐς τὸν νηὸν, ὁκόσοι τάδε ποιέουσι. ἐν θαύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι καὶ Γάλλοι γίγνονται. ἐπεὰν γὰρ οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε, καὶ ὅρκια ποιέωνται, ἐς πολλοὺς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται. καὶ πολλοὶ οἱ ἐς θέην ἀπικόμενοι, μετὰ δὲ, τοιάδε ἔπρηξαν. καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι· ὁ νεηνίης, ὅτω τάδε ἀρκέαται, ῥίψας τὰ εἵματα, μεγάλῃ βόῃ ἐς μέσον ἔρχεται, καὶ ξίφος ἀναιρέεται· τὰ δὲ πολλὰ ἔτεα, ἐμοὶ δοκέει, διὰ τοῦτο ἕστηκε. λαβὼν δὲ αὐτίκα, τάμνει ἑωυτὸν θέει τε διὰ τῆς πόλιος, καὶ τῇσι χερσὶ φέρει, τὰ ἔταμε. ἐς ὁκόην δὲ οἰκίην τάδε ἀρρίψει, ἐκ ταύτης ἐσθῆτά τε θηλέην, καὶ κόσμον τὸν γυναικήιον λαμβάνει. τάδε μὲν ἐν τῇσι τομῇσι ποιέουσι, ἀρθανόντου δὲ Γάλλοι οὐκ ὁμοίην ταφὴν τοῖσι ἄλλοισι θάπτονται· ἀλλ' ἐὰν ἀρθάνῃ Γάλλος, οἱ ἑταῖροί

peragitur, neque ingrediuntur in ædem quicunque ista faciunt. Hisce diebus & Galli fiunt. Postquam enim cæteri tibijs canunt, & sacrificia peragunt, ad multos alios interea furor iste peruenit: & multi qui ad spectaculum solummodò venerant, postea eadem fecêre. Recensebo autem & quæ faciunt. Adolescens quicunque fortè ad hoc paratus venit, abiectis vestibus magna voce in medium progreditur, atque ensem distringit (hæc autem multis annis, vt mihi videtur, per hoc steterunt.) Accepto autem eo continuò seipsum secat, currítque per vrbem, & manibus ea quæ resecuit, portat. In quancunque autem domum hæc abijcit, ex ea & vestem fœmineam, & ornatum muliebrem accipit. Atque hæc quidem in castrationibus faciunt. Quando autem moriuntur Galli, haudquaquam eandem cum cæteris sepeliendi rationem habent: sed postquam Gallus quispiam mortuus est, socij sublatum

ροί μὲν ἀείροντες, ἐς τὰ πρόσω φέρουσι, θέμβροι ἢ αὖτ', καὶ τὸ φέρετρον, ᾧ ἐκόμιζον, ὑπὲρ δὲ λίθοις βάλλουσι, μὴ τάδε πρήξαντες, ὀπίσω ἀπονοστέουσι. φυλάξαντες ἢ ἑπτὰ ἡμερέων ἀριθμὸν, ὅτω ἐς τὸ ἱρὸν ἐσίρχονται, πρὶν δὲ τετάρων, ἢν ἐσέλθωσι, οὐχ ὅσια ποιέουσι. νόμοισι δὲ ἐς ταῦτα χρέωνται τοιῆδε· ἢν μή τις αὐτέων νέκυν ἴδηται, ἐκείνῳ τῷ ἡμέρῃ ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἀπικνέεται· τῇ ἐτέρῃ δὲ καθήρας ἑωυτὸν, ἐσέρχεται. αὐτῶν δὲ τῶν οἰκηίων τὸ νέκυος ἕκαστοι, φυλάξαντες ἀριθμὸν ἡμερέων πρήκοντα καὶ τὰς λιφαλὰς ξυραμένοι, ἐσίρχονται, πρὶν δὲ τάδε ποιῆσαι, ἄσεσι ἐσιέναι ὅσιον. θύουσι δὲ βόας ἀρσάς τε καὶ θήλιας καὶ ἄρνας καὶ ὄϊας, σφέας ἢ μοῦνον ἐναγέας νομίζοντες, ὅτι θύουσι, ὅτι σιτέονται. ἄλλοι δὲ ἢ σφέας ἐναγέας ἀπὸ ἱρὸν νομίζουσι. ὀρνίθων τε αὐτόθι σφι σιτέεται περιστερή, λοιπὰ δὲ οὐ, καὶ ἄλλα πολλὰ θηρία ἱρὰ νομίζουσι· ὗς δὲ οὐ θέμις σφι οὔτε θρέψασθαι οὔτε θύσασθαι οὔτε γεύσασθαι. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χώρῳ καὶ ἄλλα πολλὰ θαυμάσια ἐστί· ἐν γὰρ δὴ τῷ ἱρῷ ἐστὶ ἄγαλμα Διὸς, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ζεύς· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἥρης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἥρη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀθηναίης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀθηναίη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἡλίου, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἥλιος· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Σελήνης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Σελήνη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Διονύσου, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Διόνυσος· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀφροδίτης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀφροδίτη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἑρμοῦ, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἑρμῆς· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἄρεος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἄρης· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀσκληπιοῦ, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀσκληπιός· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἑκάτης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἑκάτη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀπόλλων· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀρτέμιδος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἄρτεμις· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἑρμοῦ, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἑρμῆς· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἄρεος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἄρης· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀσκληπιοῦ, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀσκληπιός· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἑκάτης, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἑκάτη· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἀπόλλων· ἐν δὲ τῷ ἱρῷ ἐστὶ καὶ ἄγαλμα Ἀρτέμιδος, ὃς ἐν τῷ Ἑλλάδι ἐστὶ Ἄρτεμις·

sublatum ipsum in suburbana efferunt. Ibi depositio ipso, & feretro quo elatus fuit, lapides supernè iniiciunt: atque hæc postquam fecerint, retrò domum abeunt. Observato autem septem dierum numero, exinde in templum ingrediuntur. Nam si antea ac citiùs ingrediantur, nephas faciunt. Legibus autem ad hæc vtuntur talibus: Si quis ipsorum cadauer aliquod aspexerit, illo die ad templum non accedit. Postero autem, vbi se ipsum purgando lustrauit, ingreditur. Eorum autem qui ex familia mortui sunt, vnusquisque non nisi post triginta dierum numerum, rasoq; capite, ingreditur. Antea verò quàm hoc fecerunt, fas illis introire non est. Immolant autem boues masculosq; & fœminas, præterea capras & oues: sues autem solos pro sceleratis habentes, neque sacrificant, neque manducant. Alij autem eos non sceleratos, sed sanctos existimant. Præterea ex auibus columba ipsis videtur

res

χῆμα ἱρόταλον, καὶ ἀλλ' ψαύειν μὲν αὐτῶν ἀγκαιῦσι, καὶ μὴν ἀίκουντες ἄψωντα, ἐναγίες τε κείνων τῶν ἡμέρων εἰσί. τόνικα δὲ αὐτοῖσι συνόμοιοι εἰσι, καὶ ἐς τὰ οἰκία ἰόντα χουται, καὶ τὰ ποιμνὰ ἐν χῆ νέμουται. λέξω δὲ καὶ τῶν παυηγυεικῶν, τὰ ἐκεῖνοι ποιέουσι· ἀνὴρ ἢν ἔς τῶν ἱερῶν πόλιν πρῶτον ἀσικνέηται, λιφαλῆν μὲν ὅδε καὶ ὀφρῦας ἐξύραλο, μετὰ δὲ, ἱρώων ὅσων, τὰ μὲν ἄλλα ἱρήκεται τε, καὶ ἀνοχέηται, τὸ δὲ νεκρὸν χαμαὶ θέμεν, ἐπὶ τότε ἐς γόνυ ἕζεται· πόλας δὲ καὶ λιφαλῆν τὸ ἑτέρωθι ἐπὶ τῶν ἑωυτὸ λιφαλῆν ἀναλαμβάνει, ἅμα δὲ ἀχόμενον αὐτέα, τῶν μὲν πρηὸν θυσίων δέκεσθαι, μέζω δὲ ἐσαῦθις ὑπισχνέεται. τελέσας δὲ ταῦτα, τῶν λιφαλῆν αὐτοῦ τε σφέτερα, καὶ τῶν ἄλλων, ὁκόσοι τῶν αὐτῶν ὁδὸν ἀπικνέονται. ἄρας δὲ, ἀπὸ τῆς ἑωυτὸ ὁδοιπορέα,

res sanctissima esse, & ne tangere quidem ipsam fas habent. Quòd si quando inuiti etiam attingunt, scelerati & execrabiles illo tum die habentur. Ob quam rem & compascuæ ipsis sunt, & ad domos ipsorum veniunt, & plerunque in terra pascuntur. Porrò autem & illa dicam quæ ab ijs qui ad cõuentus solennes veniunt factitantur. Vir quispiam quando primùm in Sacram ciuitatem abit, caput ille quidem & supercilia tondere solet, postea autem mactata oue, cetera quidem in frusta concidit, & conuiuatur, vellus autem humi sternens, super hoc in genua procumbit: pedes autem & caput animantis, suo ipsius capiti imponit, & simul precando postulat, vt præsens sacrificium acceptum sit, maiúsque aliud in posterum pollicetur. His ita peractis, caput suum corona induit, itidémque aliorum omnium qui eandem cum ipso viam proficiscuntur: atque ita attollens se, ex

ρέει, ὕδασί τε ψυχροῖσι χρεώμενος, λουτρῶν τε καὶ πόσιος εἵνεκα, καὶ ἐς παμπαν χαμοκοιτέων· οὐ γὰρ οἱ ἐνεῦς ἐπιβῆναι ὅσιον, πρὶν τὴν τε ὁδὸν ἐκτελέσαι, καὶ ἐς τὴν ἑωυτοῦ αὖτις ἀπικέσθαι. ἐν δὲ τῇ ἱρῇ πόλει ἐκδέκεταί μιν ἀνὴρ ξεινοδόκος ἀγνοέοντα· ῥητοὶ γὰρ δὴ ὧν ἑκάστης πόλιος αὐτόθι ξεινοδόκοι εἰσὶ, καὶ τόδε πατρόθεν οἴκοι δέκονται. καλέονται δὲ ὑπὸ Ασσυρίων οἵδε διδάσκαλοι, ὅτι σφίσι πάντα ἐπυγέονται. θύουσι δὲ, οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ, ἀλλ' ἐπεὰν παραστήσῃ τῷ βωμῷ τὸ ἡρήιον, ἐπισπείσας, αὖτις ἄγει ζῶον ἐς τὰ οἰκήια, ἐλθὼν δὲ κατ' ἑωυτὸν θύει τε, καὶ εὔχεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλης θυσίης τρόπος τοιός δε· στέψαντες τὰ ἱρήια ζῶα, ἐκ τῶν προπυλαίων ἀπιᾶσι, τὰ δὲ κατενειχθέντα, πίπτοντα θυήσκουσι. ἔνιοι δὲ καὶ παῖ-

se, ex terra sua proficiscitur vtens & frigidis aquis, lauandi causa pariter & potus, & omnino humi quoque dormiens. Neque enim fas illi est conscendere lectum, donec iter illud peregerit, domumq; suam reuersus iterum fuerit. In Sacra autem ciuitate recipit ipsum publicus hospes ignotum. Certi enim vniuscuiusque ciuitatis hospites ibi sunt, & quod ex patria cuiusque venit, id denuò apud se recipit. Appellantur autem ab Assyrijs isti doctores, quoniam ipsis omnia exponunt & enarrant. Sacrificant autem non in ipso templo, sed postquam adduxit ad altare hostiam, libatione insuper facta, rursus eandem domum ducit: deinde verò vbi redijt, secum ipse domi sacrificat, & precatur. Est autem & alius quidam sacrificandi ritus talis: Postquã animalia immolationi destinata coronârunt, ex vestibulis templi ea demittũt: illa verò præcipitata, ex casu moriuntur. Quidem autem & pueros

παῖδας ἑωυτῶν ἐντεῦθεν ἀπιᾶσι, οὐχ ὁμοίως τοῖς κτήνεσι, ἀλλ' ἐς πήρην ἐνθέμενοι, χειρὶ κατάγουσι, ἅμα δὲ αὐτέοισι ἐπικερτομέοντες, λέγουσι, ὅτι οὐ παῖδες, ἀλλὰ βόες εἰσί. στίζονται δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς καρπὸς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας· καὶ ἀπὸ τοῦδε, ἅπαντες Ασσύριοι στιγματηφορέουσι. ποιέουσι δὲ καὶ ἄλλο, μούνοισι Ελλήνων Τροιζηνίοισι ὁμολογέοντες. λέξω δὲ καὶ τὰ κεῖνοι ποιέουσι· Τροιζήνιοι τῇσι παρθένοισι καὶ τοῖσι νεθέοισι νόμον ἐποιήσαντο, μή μιν ἄλλως γαμον ἰέναι, πρὶν Ιππολύτῳ κόμας κείρασθαι, καὶ ὧδε ποιέουσι. τοῦτον καὶ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει γίνεται. οἱ δὲ νεηνίαι τῶν γενείων ἀπάρχονται, τοῖσι δὲ νέοισι πλοκαίμους ἱρὸς ἐκ γενετ' ἀπιᾶσι, τοὺς ἐπεὰν ἐν τῷ ἱρῷ γένονται, τάμουσί τε, καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες, οἱ μὲν ἀργύρεα, πολλοὶ δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ προσηλώ-

pueros suos ex eodem loco dimittunt, non tamen eodem modo quo pecudes, sed in peram siue saccum inclusos, manu deducunt, simul autem & acerbè increpantes illos, dicendo quòd non pueri, sed boues sint. Certis autem B notis compunguntur omnes, alij quidem in vola manus, alij autem in ceruice. Et inde est quòd cuncti Assyrij notas inustas habent. Faciunt autem & aliud quiddam, in quo cum solis Græcorum Trœzenijs consentiunt. Dicam autem etiã quæ illi faciunt. Γ Trœzenij virginibus & adolescentibus legem statuerunt, ne quis ipsorum connubio sese illigaret, prius quàm Hippolyto comas totondissent, faciúntque hoc pacto. Idem igitur & in Sacra ciuitate fit. Ac adolescentes quidem barbas suas consecrant: iuuenibus autem capillos sacros à natiuitate vsque consecratos demittunt: quos postquam in templo sunt, resecant, & in vasa depositos, alij quidem argentea, multi verò etiam aurea, in æde affigunt,

πηλώσαντες, ἀπίασι, ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ ὀνόματα. τοῦτο δὲ καὶ ἐγὼ ἔτι νέος ὢν ἐπετέλεσα, καὶ ἔτι μου ἐν τῷ ἱρῷ καὶ ὁ πλόκαμος, καὶ τὄνομα.

affigunt, atque abeunt, inscripto vniuscuiusque nomine. Atque hoc ego quoque cùm iuuenis adhuc essem, feci, & in tẽplo meus capillus adhuc meumq́ nomen restat.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

α EST in Syria.] *Lucianus hic de dea Syria varias recenset opiniones, seu illa Atergatis, seu Astarte, seu quæcunque alia illa fuerit, quæ in Hierapoli vrbe colebatur. Addit & sacra, & eorum ritus, quæ ridenda potiùs quàm referenda erant. Cicero libro de Natura Deor. 3. Quarta Venus Syria Cyrroque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.* β Vocatur autem sacra.] *Et est quoq; sacra Iunonis Assyriæ. Plutarch. in Crasso vocat Hierapolim.* γ Primi hominum Aegyptij.] *Aegyptij olim & doctrina, & ingenio plurimùm claruerunt, neque temerè ex tota Græcia viri summi doctrinæ nomine ad eos transmeârunt. Ii cæpe numinis loco coluerunt, vt in Ioue Tragœdo scribitur à nostro Luciano. Cæpe Pelusiis deus est, inquit.* δ Astartę.] *Lucianus hic manifestè in re admodũ obscura deceptus est, vt priùs animaduertit Francis. Floridus in successiuis suis lectionibus, Astartẽ deam eandem existimans esse, quæ Luna dicitur: cùm Astarte non Luna sit, sed Venus potiùs. Id probat testimonijs sacræ Scripturæ, Plauti & Suidæ.* ε Europæ illud est.] *Theocritus Europa, tauro vectæ virginis gestũ eleganter describit, cuius descriptionis hæc est sententia: Europa cùm tauro insideret, altera quidẽ manu eius cornua, ne decideret, apprehẽdebat; altera verò sustollebat vestes ex aqua, idq́; quousq; marina assurgebat vnda, sic vt ea semper orã vestis (id enim valet apud Theocritũ ὤῃ) allueret, itaq; fieret, vt nec vestis humectaretur, & virgo interim pudori cõsuleret suo.* ζ Adonidẽ.] *Adonidẽ formosum pastorẽ, filiũ Cinaræ regis ex Myrrha filia sua interemptũ fabulæ ferunt, apri, dente inuidia Martis immissi, vnde & Venus suem semper est abominata. Huius Ouid. li. 10. Metam. latè meminit, & Virg. in Gallo:*

—formo-

—formosus oues ad flumina pauit Adonis—]. *Sed sacra & ritus illius Lucianus copiosè hic ridet.* η Lamentantur.] *Adonidem quotannis lugeri etiam sacra Hebræorum testis est historia, quo in loco multa Hieronymus. Nec minùs Macrobius in primo Saturnalium.* θ Capita detondent.] *Apud Aegyptios gentem præ cæteris nationibus superstitioni altissimè immersam, à mortuo Api boue, nemo non comam radebat, si vel puniceo. Nisi concinnos (vt Luciani verbis libro de Sacrificijs vtar) illa superasset. itaque alium quæsituri qui in extincti locum sufficeretur, velut publico luctu præpediti capita radebant, testante Plinio, libro octauo Naturalis historiæ. Idem faciebant & Byblij in sacris Adonidis, vt hîc docet Lucianus. Nos eadem ferè annotauimus in lib. de Sacrificijs.* ι Osirim Aegyptium.] *Osiris quidem ab aliquibus traditur Iouis filius ex Niobe Phoronei filia. Eius inuentũ codauer quum Typhon (vt refert Plutarch.) in partes xiiij. diuisum disiecisset: Isis perquirendo singulas reperit, præter pudenda, quæ in flumium proiecta mox à Phagro & oxyryncho piscibus deuorata fuerant, illius igitur loco ad eius similitudinem factum τὸν Φαλὸν consecrauit, cui etiam nunc diem festum Aegyptij celebrãt. Hæc ille. Hoc autem Phalo (aut potiùs Phallo) percuti solitos in sacris illis execrandis Aegyptios probabile est.* κ Habet autem sermo ille hoc pacto.] *Hic narratur Diluuij historia ex Scriptura sumpta, quam maximè qui Christi tempora sequuti sunt, legebant, vt ex Galeno lib. 3. de Differentijs pulsuum (quemadmodum & alibi) qui Mosis meminit. Ex Iuuenale & Horatio etiam liquet. Cum Luciano nostro Diluuij historiam narrant etiam Gentium scriptores, Plutarchus lib. de Industria animalium. Didymus Homeri interpres in expositione vocabuli λαοὶ in Homeri lib. 1. & Apollodorus lib. 1. bibliothecæ suæ de dijs Gentium. Ex hoc Luciani loco manifestum est, per Diluuium Deucalionis intelligi non (vt quidam volunt) inundationem illam, qua olim Græcia & Italia vastata, atq; Atlanta insula absorpta est, sed diluuiũ vniuersale quod fuit Noha temporibus. In Sacris literis similia traduntur de animalibus à Noa, in arcam receptis, & de columba ab eodem emissa, quæ indicium recedentis diluuij attulit.* λ Semiramidem Babyloniam.]

byloniam.] *quæ Babylonem muris latericijs cinxit: cuius horti illi pensiles tantam admirationem habuerunt.* μ Quibus Rhea coleretur.] *Rheæ sacra magno tympanorum tibiarumq; cantu fiebant.* ν Atten.] *alij Atyn tertia declinatione. Apud Suidam* Ἄττις. *Hic* Ἄττης, *vnde hic gignendi casus* Ἄττεω. *Apud Plutarch. de Numa: Phryge de Atte.* ξ Phallos.] *Phallus erat effigies obscœni membri virilis, à quo* Φαλλία, *celebritas & pompa, quæ Dionysio agebatur ex Phallis, dicta est, teste Hesychio, quæ &* Φαλλοφωρία, *vt Phornutus & Theodoretus aiunt. dicebatur. i. dies & feriæ Priapo dicatæ: vnde & Phallouitroboli nuncupati, ex vitro priapi, quamuis & ex alia materia fierent: ex ebore, auro, & (si dijs placet) ex serico, & panno lineo, quibus mulieres papiliones & monachæ nunc etiam vtuntur ad explendam Veneris pruriginem. Lucianus hic Phallos pro foribus deæ Syriæ fuisse scribit, quos ait positos ab ipso Dionysio nouercæ Iunoni.* ο Neurospasta.] *i. Neruis mouentia. quo nomine & imagunculæ vocantur apud Græcos, qui fidiculis tractæ vel saltãt, vel alios motus referũt.* π Medicus autem.] *Erasistrati medici mira prudentia, qui æqualis & socius studiorũ fuit Niciæ medici Milesti, & cũ quo toties depugnat Galenus.* ϱ Pariter cũ vino ingrediente.] *Vinum audaces in dicendo facit.* σ De Gallis.] *Gallos sacerdotis Cybeles intelligit, sic dictos à Gallo fluuio, vt docet Ouid. 4. Fastor. his verbis:*

Cùm igitur Gallos qui se excidêre vocamus,
Cur tantum à Phrygia gallica distet humus.
Inter ait viridem Cybelem altasq; celenas,
Annis & insana nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde furit, procul hinc discedite, queis est
Cura bonæ mentis, qui bibit inde furit.

De quibus vide Plin. lib. 11. ca. 49. & lib. 35. ca. 12. & Lucret. li. 2. Augustinũ lib. 7. de Ciuitate Dei. τ Aedes ad solẽ orientem.] *Idem Lucianus etiã templa condi ad Solem orientem veteres cõsueuisse alibi asserit. Hinc Vitruuius lib. 4. de sacrarũ ædiũ positione idẽ scribit. Porphyrius philosophus templorũ ingressus orientem spectare debere statuit.* υ In penetrale solis sacerdotibus.] *Sciendũ est veteres Gentiles in tẽplis suis habuisse*

buisse loca, quæ ἄδυτα. i. inaccessibilia vocabant. φ Barbati Apollinis.] *Apollinem, qui idem est & Sol, barbatum colebant Hieropolitani, authore Fulgentio Mythologo. Syrios quoque Apollinis ἡυσιήτου, id est, barbati simulachrum coluisse annotat Lucianus: quanquam alij νέον καὶ πρόσθεν coluerint, cui primùm lanuginis flos erũpere inciperet, qualem & Callimachus facit:*

— οὔπω τοι Φοίβε
Θηλέας ἠέρι ὄσσον ἐπίχνοον ἦλθε παρηΐς.

Nec vestit lanugo genas tibi Phœbe tenellas.

χ Vrsi mansueti.] *Martialis lib. 1:*

Quod freno Lybici domantur vrsi, &c.

ψ Vestis tota candida.] *Veteres dijs sacrificaturi albis vestibus atq; puris ornabantur. Quinetiam sacerdos pura veste & candida plærunq; textili, nec maioris operis quàm industriæ vtebatur. Quod significat Cic. 2. de Legibus, cùm ait: Color albus præcipuè Deo charus est, cùm in cæteris, tum maximè textili. & Ouid. 3. Fast. Numam Pompilium Ancilia Martis expectantem, & ideo dijs vota facientem, sic describit:*

Constitit, atq; caput niueo velatus amictu,
Tam benè dijs notus, sustulit ille manus.

Idem 3. Amorum, sic Iunonis sacerdotes eiusdem sacra humeris gestantes describit:

More patrum sanctæ velatæ vestibus albis
Tradita suppositio vertice sacra ferunt.

Hinc albati dicuntur pura & religiosa veste induti, qua sacra facturi vtebantur, aiunt, Festus, Seruius, Caper, & Higin. in illud Virg. Velati lino & verbena tempora vincti

ω Purpuream vestem gerit.] *χλανὶς ἁλικῆ gestamen erat regium, vt est apud Plutarchũ in Antonio, & Athenæum. Item Pontificum. Nunc est Cardinalium.* A Tiara aurea.] *Tiara olim erat Persarum & Medorum & Pontificum. Hodie etiam Papæ Romani est.* B Notis compunguntur.] *i. inuruntur stygmatis.* Γ Trœzenij.] *Trœzenij populi à Trœzena regione minoris Asiæ. Est & Trœzen Peloponnesi oppidum, in quo Pitheus regnauit, vt attestatur in Phedræ epistola Ouid.*

Hic tecum Trœzena colam, Pythea regna.

Idem

Idem lib. Metamorph. 15:

Pittheiam profugo cursu Trœzena petebam.

Apud Trœzenios lege vetabantur puellæ nubiles & adolescentes connubio iungi, priusquam cæsariem totondissent. Assyrijs etiam obseruatum hic commemorat Lucianus.

KYNIKOΣ. *CYNICVS.*

Thoma Moro interprete.

ARGVMENTVM.

DIsputatio est Luciani ac Cynici, qua alter Cynicam vitam vt sordidam atq; ferinam, & à natura hominis abhorrentem reprehendit, alter vt frugalem & modestam, & virtuti maximè conuenientem defendit. Luciani argumenta sumuntur à modo & descriptione vitæ victusq; Cynicorum, quòd illi vt mendici incedant: vt canes, quibusuis reiectamentis victitent: & vt feræ, nullas certas sedes, nulla certa habitacula teneãt: deinde & cõtra naturã faciant, quæ ob id omnia creârit, vt illis ad corporum alimenta, defensionem, & voluptatẽ quoq; vtamur: quæ cùm illi cõtemnant ac negligant, ipsam naturam ac Deum negligere atq; cõtemnere videri. Contrà autem Cynicus à finitione opulentiæ & inopiæ ostendit, se neque mendicum esse, neque quicquam sibi deesse. Deinde quod alter de natura & rebus omnibus ad vsum nostrum creatis affert, id similitudine quadam diluit. Et primò, quod ad victum attinet, ostendit, vt in conuiuio lauto nõ omnia ab omnibus arripi & vorari, sic neq; in rebus creatis omnia ab omnibus vsurpari conuenire: alia ægrotantibus & inualidis, alia valentibus & robustis magis accõmoda esse. Atq; eo loco in diuitias vt quę magna molestia multisq; periculis pariũtur, deinde & ipsę vicissim multorũ malorũ causæ sint, inuehitur. Et quod alter de Cynicis vsurpârat, hoc in diuites ipse retorquet, videlicet quòd contrà quàm à natura omnia creata ac facta sint, ipsi illis vtantur. Deniq; vitam suam deorũ etiam exemplo atq; authoritate comprobat. Deinde verò, quod ad habitũ &

cultum pertinet, ostendit ea quoq; parte naturam magis sequi sese, quàm diuites, ex officio & fine vestium, cæterarumq́ue id genus rerum. Nam se, quatenus vsus postulat, illis vti: contrà diuites vt cinædos & mulieres incedere, glabros & delicatos, & perinde vt torrente aliquo, sic libidine sua præcipites ferri. Postremò etiam deos plerosque barbatos ac nudos fingi, sibiq́ue quàm diuitibus illis habitu ac cultu similiores apparére.

ΚΥΝΙΚΟΥ ΚΑΙ Λυκίνου.



Ιποτε, ὦ οὗτος πώγωνα μὲν ἔχεις καὶ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις καὶ γυμνοδρῆ, καὶ ἀνυποδητεῖς, τὴν ἀλήτην καὶ ἀπάνθρωπον βίον καὶ θηριώδη ἐπιλεξάμενος, καὶ ἀεὶ τοῖς ἐναντίοις τὸ ἴδιον δέμας, οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ, διαχρησάμενος, περινοστεῖς ἄλλοτε ἀλλαχοῦ, καὶ συναζόμενος ἐπὶ ξηροῦ διαπέδου, ὡς ἄσην πάμπολλον τουτὶ τὸ τριβώνιον φέρειν, οὐ μέν τοι καὶ τοῦτο λεπτὸν, οὐδὲ μαλακὸν οὐδὲ ἀνθηρόν; Κυ. οὐδὲ γὰρ δέομαι, τοιοῦτον δὲ, ὁποῖον ἂν ποριοθείη ῥᾷστα, καὶ τοῦ κτησαμένῳ πράγματα ὡς ἐλαχίστα παρέχον· τοιοῦ-

LVCIANVS ET Cynicus.



Vid tu tãdem? barbam quidẽ habes & comam, tunicam non habes, nudus conspiceris ac sine calceis, delecta nimirum vaga inhumanáque ac ferali vita: tum proprio corpore contrà quàm faciunt cæteri, semper vsus incommodè, nunc huc, nunc illuc circumis, in arido prætereà solo cubans, adeò vt plurimum etiam sordium, tritum isthuc pallium referat, alioqui nec ipsum vel tenui filo, vel molle, vel florulentum. CYNIC. *Neque enim indigeo, si quid est huiusmodi, vt comparetur facillimè, dominoq́; minimum exhibeat negocij: id inquam,*

τοῦτον γὰρ ἀρκεῖ μοι. σὺ δὲ πῶς θεῶν ἐπέ μοι, τῇ πολυτελείᾳ οὐ νομίζεις κακίαν προσεῖναι; Λυ. καὶ μάλα. Κυ. τῇ δ' εὐτελείᾳ ἀρετήν; Λυ. καὶ μάλα. Κυ. τί ποτ' οὖν ὁρῶν ἐμὲ τῶν πολλῶν εὐτελέστερον δαιτώμενον, τοὺς δὲ πολυτελέστερον, ἐμὲ αἰτιᾷ, καὶ οὐκ ἐκείνους; Λυ. ὅτι οὐκ εὐτελέστερόν μοι, μὰ Διὰ, τῶν πολλῶν δαιτᾶσθαι δοκεῖς, ἀλλ' ἐνδεέστερον, μᾶλλον δὲ τελέως, ἐνδεῶς καὶ ἀπόρως· δαφέρεις γὰρ οὐδὲν σὺ τῶν πτωχῶν, οἳ τὴν ἐφήμερον τροφὴν μεταιτοῦσι. Κυ. βούλει οὖν εἴδομεν, ἐπεὶ προελήλυθεν ἐνταῦθα ὁ λόγος, τί τὸ ἐνδεὲς, καὶ τί τὸ ἱκανόν ἐστιν; Λυ. εἴ σοι δοκεῖ. Κυ. ἆρ' οὖν ἱκανὸν μὴ ἑκάστῳ, ὅπερ ἂν ἐξικνοῦται πρὸς τὴν ἐκείνου χρείαν, ἢ ἄλλό τι λέγεις; Λυ. ἔστω τοῦτο. Κυ. ἐνδεὲς δὲ, ὅπερ ἂν ἐνδεέστερον ᾖ τῆς χρείας, καὶ μὴ ἐξικνοῦται πρὸς τὸ δέον; Λυ. ναί. Κυ. οὐδὲν ἄρα τῶν ἐμῶν ἐνδεὲς ἐστιν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν, ὅ, τι οὐ τὴν χρείαν ἐκπληροῖ τὴν ἐμήν.

id inquam, mihi sufficit. At tu per deos dic mihi putásne esse in luxu vitium? LVC. *Imò admodum.* CYN. *Contrà in frugalitate virtutem?* LVCIA. *Admodum.* CYN. *Cur igitur tandem quum me videas viuentem frugaliùs quàm vulgò faciũt homines, eos verò sumptuosiùs, me non illos arguis?* LVC. *Quia non frugaliùs per Iouem videris mihi, sed egentiùs viuere, imò vitam omnino egenam atque inopem. Nam tu nihil à mendicis differs, qui cibum mendicant in diem.* CYN. *Vis ergo videamus (quandoquidẽ huc processit oratio)* [a] *quídnam inopia sit, quidq́ rursus copia?* LVC. *Si tibi quidem ita videtur.* CYN. *Nũ quid ergo satis id cuique est, quicquid ipsius explet necessitatem? an aliud quippiam dicis?* LVC. *Esto istud.* CYN. *Indigentia verò, quicquid cuiusquam vsui deest, nec eò quò sit necesse, peruenit?* LVC. *Scilicet.* CYN. *Nihil igitur meis in rebus deest. Nihil enim in his est quod necessitatem nõ expleat meam.*

Λυκ. ὡς τοῦτο λέγεις; Κυ. ἐὰν σκοπῇς, πρὸς ὅ,τι γέγονεν ἕκαστον, ὧν δεόμεθα, οἷον οἰκία, ἆρ' οὐχὶ σκέπης; Λυ. ναί. Κυ. τί δὲ ἐσθὴς, τοῦ χάριν; ἆρα οὐχὶ αὐτὴ τῆς σκέπης; Λυ. ναί. Κυ. τῆς δὲ σκέπης αὐτῆς, πρὸς θεῶν, τίνος ἐδεήθημεν εἵνεκα, οὐχ ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὴν σκεπόμενον; Λυ. δοκεῖ μοι. Κυ. πότερ' οὖν τὼ πόδε κάκιον ἔχειν δοκεῖ σοι; Λυ. οὐκ οἶδα. Κυ. ἀλλ' οὕτως ἂν μάθοις, τί ποδῶν ἐστ' ἔργον; Λυ. πορεύεσθαι. Κυ. κάκιον οὖν πορεύεσθαί σοι δοκοῦσιν οἱ ἐμοὶ πόδες, ἢ οἱ τῶν πολλῶν; Λυ. τοῦτο μὲν οὐκ ἴσως. Κυ. οὐ τοίνυν, οὐδ' εἰ χεῖρον ἔχουσιν ἢ μὴ χεῖρον, τὸ ἐαυτῶν ἔργον ἀπρεπιδόασιν; Λυ. ἴσως. Κυ. τοὺς μὲν δὴ πόδας οὐδὲν φαίνομαι χεῖρον διακείμενος τῶν πολλῶν ἔχειν. Λυ. οὐκ ἔοικας. Κυ. τί δὲ, τοὐμὸν σῶμα τῶν λοιπῶν ἆρα κάκιον; εἰ γὰρ κάκιον, καὶ ἀσθενέστερον· ἀρετὴ γὰρ σώματος, ἰσχύς. ἆρ' οὖν τὸν ἐμὸν ἀσθενέστερον;

LVC. *Quo pacto illud aîs?* CYN. *Scies, si consideres in quem vsum eorum quodque paratum est, quorũ egemus, vt domus: an non tegumenti gratia?* LVC. *Maximé.* CY. *Quid vestis, cuius gratia? nónne tegumenti etiam ipsa?* LV. *Sané.* CYN. *At ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indiguerimus, nónne vt melius se habeat id quod tegitur?* LV. *Mihi quidem sic videtur.* CYN. *Vtrum igitur tibi peius se habere videntur pedes?* LVC *Nescio.* CYN. *Atqui hoc pacto didiceris: quódnam pedum officium est?* LV. *Ingredi.* CYN. *An deteriùs ergo ingredi pedes tibi vidẽtur mei, quàm aliorũ?* LVC. *Istud verò fortasse nõ.* CY. *At non possent seu sese meliùs seu deteriùs haberent, officium suum præstare?* LV. *Fortasse.* CYN. *Pedibus ergo nihil peius affectus videor, quàm alij?* LVC. *Non videris.* CY. *Quid corpus verò meum? Num deterius quàm reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem imbecillius: corporis quippe virtus robur est. An meũ ergo debilius?*

LVC.

Αδ. οὐ φαίνεται. Κυ. οὐ ζῆνων ἄρ' οἱ πόδες φαίνονταί μοι σκέπης ἐνδεῶς ἔχειν, ὅτι τὸ λοιπὸν σῶμα. εἰ γὰρ ἐνδεῶς εἶχον, ἱκανῶς ἂν εἶχον. ἢ γὰρ ἔνδεια, φαυλότης κακὸν, καὶ χεῖρον ἔχειν ποιεῖ ταῦτα, οἷς ἂν παρῇ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πρίφιθαί γε φαίνεται χεῖρον τὸ σῶμα ζώμενον, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων πρίφεται. Λυ. μᾶλλον γάρ. Κυ. οὐδὲ ὥρωσιν, εἰ κακῶς ἰπρίφεται. νυμαίνονται γὰρ αἱ πονηραὶ τροφαὶ τὰ σώματα. Λυ. ἴσως ταῦτα. Κυ. πῶς οὖν, ἔφη μοι, ζώντων οὕτως ἐχόντων, ἀτιᾷς μου, καὶ φαυλίζεις τὸν βίον, καὶ φῂς ἄθλιον; Κυ. ὅτι νὴ Δία πρὸς φύσιν, ἀλλὰ σὺ τιμᾷς, καὶ τῶν θεῶν γλιχόμενος καταστηθικότων, ἐκ δ' αὖ ἀναπεπλωκότων πολλὰ ἀγαθὰ, ὥστ' ἔχειν ἡμᾶς πάντα ἄφθονα, μὴ πρὸς τὴν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς κόλουσιν, σὺ πάντων ζώντων ἢ τῶν γε πλείστων ἄμοιρος ἂν, καὶ οὐδενὸς μετέχεις αὐτῶν, ὃν μᾶλλον, ἢ τὰ θηρία.

Luc. *Non videtur.* Cyn. *Neq; pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerēt, malè haberent.* [b] *Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit, ea quibuscunque adfuerit. At ne ali quidē deterius corpus videtur meum, quod quibus licet cibis alitur.* Luc. *Manifestum est id quidē.* Cyn. *Nam nec vegetum esse, robustumq; si aleretur malè: mala siquidem alimēta corpus tabefaciunt.* Luc. *Ista quidem ita se habent.* Cyn. *Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus me arguis, vitámque improbas meam, ac miseram prædicas?* Luc. *Ideo per Iouem, quod cum natura (quam tu colis) ac superi terram in communi statuerint, ex ea multa nimirum ac bona ediderint, vt nobis omnia superessent abundè, nō in necessitatem modò, verùm in voluptatem quoq; tu tamē horum omniū aut maximæ saltē partis expers es, nec eorū quoquam frueris nihilo certè magis, quàm*

ρία. πίνεις μὲν γὰρ ὕδωρ, ὅπερ καὶ τὰ θηρία· σιτῇ δὲ, ὅπερ ἂν εὑρίσκῃς, ὥς περ οἱ κύνες, εὐνὴν δὲ οὐδὲν κρείττω τῶν κυνῶν ἔχεις· χόρτος γὰρ παραρκεῖται, καθάπερ ἐκείνοις. ἔτι δὲ ἱμάτιον φορεῖς, οὐδὲν ἐπιεικέστερον ἀκλήρου. καί τοι εἰ σὺ τούτοις ἀρκούμενος ὀρθῶς φρονήσεις, ὁ θεὸς οὐκ ὀρθῶς ἐποίησε, τοῦτο μὲν, πρόβατα ποιήσας ἔμμαλλα, τοῦτο δ', ἀμπέλους ὑδυοίνους, τοῦτο δὲ, τὴν ἄλλην παρασκευὴν θαυμαστῶς ποκίλην, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ἔχειν μὲν ἡμᾶς σιτία παντοδαπὰ, ἔχειν δὲ ποτὸν ἡδὺ, ἔχειν δὲ χρήματα, ἔχειν δ' εὐνὴν μαλακὴν, ἔχειν δὲ οἰκίας καλὰς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα θαυμαστῶς κατεσκευασμένα. καὶ γὰρ αὖ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, δῶρα τῶν θεῶν ἐστι. τὸ δὲ πάντων τούτων ζῆν ἀπεστερημένον, ἄθλιον μὲν, εἰ καὶ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἀπεστέρητο, καθάπερ οἱ

feræ. Nempe aquam bibis, quam etiam bibūt feræ: comedis verò quicquid offenderis, quemadmodum canes tum cubile nihilo melius canibus habes: quandoquidem gramē tibi sufficit, quemadmodum & illis: pallium prætereà circunfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus, rectè sapis, tum Deus profectò neutiquam rectè fecit, primùm quòd oues effecit pingues, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliquum deinde apparatum varietate mirabilem, & oleum, & mel, & reliqua omnia, vt nos haberemus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dulcem haberemus, pecunias haberemus, mollem lectum haberemus: prætereà pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirum in modum præparata. Nam & ipsa quoque [c] artium effecta deorum dona sunt. At viuere omnibus huiusce bonis priuatum, id fuerit profectò miserum, etiam si ab alio quopiam priuéris: quemadmodum

οἱ ἐν δεσμωτηρίοις. πολὺ δὲ ἀθλιώτερον, εἴ τις αὐτὸς ἑαυτῷ ἀφαιροῖτο πάντων τὰ ἀγαθῶν, μανία τις ἤδη τοῦτό γε σαφὴς. Κ. ἀληθῆ ἴσως ὀρθῶς λέγεις. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, εἴ τις ἀνὴρ πλουσίως πεθυμως καὶ φιλανθρώπως, ἔτι δὲ φιλοφρόνως ἑστιῶντο, καὶ ξενίζοντο πολλοὺς ἅμα καὶ παντοδαπούς, τοὺς μὲν ἀθυρεῖς, τοὺς δὲ ἐρρωμενεστέρους, ἀφθονα παραθεὶς τοῖς πολλοῖς καὶ παντοδαπά, πάντα ἁρπάζοι καὶ πάντα ἐσθίοι, μηδὲ πλησίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω, τὰ τοῖς ἀθυρεστέροις παρεσκευασμένα, ὑγιαίνων αὐτὸς, καὶ ταῦτα, μίαν μὲν κοιλίαν ἔχων, ὀλίγων δέ, ὥς τι παφῆναι δυνάμενον, ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτρίβεσθαι μέλλων, οὕτω ὁ ἀνὴρ ποῖός τις δοκεῖ σοι εἶναι, ἆρά γε φρόνιμος; Λυ. ἔκ γε ἐμοιγε. Κυ. τί δῆτα; σώφρων; Λυ. ἥδιστα γοῦν. Κυ. τί δέ, εἴ τις μιτύχων τῆς αὐτῆς ταύτης τραπέζης, τῶν μὲν πολλῶν καὶ

modum hi qui seruantur in vinculis: longè verò miserius, si quis ipse sese omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifesta insania est. CYN. Et rectè quidem fortasse dicis. Verùm istuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque humanè, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hospites excipiente & multos simul, & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autē robustos: deinde apponente multa atque omnigena: si quis, inquam, omnia corripiat, omniaq; deglutiat, nō ea tantùm quæ vicina sunt, sed ea quoque quæ procul absunt, præparata videlicet inualidis, ipse tamen valens, cùm vnum duntaxat ventrem habeat, nec multis vt nutriatur indigeat, diutiùs tamen quàm alij multi immoretur: hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probúsne? LVC. Non mihi quidem. CYN. Quid verò, num temperans? LVC. Ne id quidem. CYN. Quid verò si quis eiusdem mensæ particeps, multa illa

καὶ ποικίλων ἀμελεῖ, ἓν δὲ τῶν ἔγγιστα κειμένων ἐπιλεξάμενος, ἱκανῶς ἔχων πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν, τοῦτο ἐσθίοι καὶ μόνῳ χρῶτο, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐδὲ προσβλέποι, τοῦτον οὐκ ἡγῇ σωφρονέστερον καὶ ἀμείνω ἄνδρα ἐκείνου; Λυ. ἔγωγε. Κυ. πότερον οὖν συνίης, ἢ ἐμὲ δεῖ λέγειν; Λυ. τὸ ποῖον; Κυ. ὅτι ὁ μὲν θεὸς τῶν ξενίζοντι καλῶς ἐκείνῳ ἔοικε, παρατιθεὶς πολλὰ καὶ ποικίλα καὶ παντοδαπὰ, ὅπως ἔχωσιν ἁρμόζοντα, τὰ μὲν ὑγιαίνουσι, τὰ δὲ νοσοῦσι, καὶ τὰ μὲν ἰσχυροῖς, τὰ δὲ ἀσθενοῦσιν, οὐχ ἵνα χρώμεθα ἅπασι πάντων, ἀλλ' ἵνα τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν, ὅτου περ ἂν τύχοι μάλιστα δεόμενος. ὑμεῖς δὲ τῶν δι' ἀπληστίαν τε καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε, πᾶσι χρῆσθαι ἀξιοῦντες, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ,

ac varia negligat, vnoquopiam ex his quæ proximè apponuntur, electo, cùm satis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eóque solo vtatur: cætera illa ne respiciat quidem, an non hunc temperatiorem & meliorem virum illo putabis? LVC. *Ego certé.* CYN. *Vtrum ergo iam intelligis, an me oportet dicere?* LVC. *Quídnam?* CYN. *Quòd Deus illi quidem pulchrè conuiuium instruenti similis est, vt qui apposuerit multa ac varia atque omnigena, vti essent, quæ cuique conuenient, alia quippe valentibus, alia rursus ægrotantibus, atque alia quidem robustis, alia verò inualidis: non vt omnibus vtamur omnes, sed vt his vtantur singuli, quæ suæ cuiusque naturæ conueniunt, & ex his ipsis, quacunque re maximè quenque indigere contigerit. At vos illum qui per insatiabilitatem atque incontinentiam omnia corripit, refertis, vt qui rebus vti velitis omnibus, & vndecunque partis,*

χοῦ μὲν τοῖς παρ' ὑμῖν μόνον, οὐ γῆν, οὐ θαλασσαν τὴν καθ' αὐτοὺς αὐταρκη νομίζοντες, ἀλλ' ἀπὸ περάτων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰ ξενικὰ τῶν ἐπιχωρίων ἀεὶ πεπιμῶντες, καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν αὐτελῶν καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν εὐπορίστων, καθόλου δὲ, πράγματα καὶ κακὰ ἔχειν μᾶλλον ἐθέλοντες, ἢ δίχα πραγμάτων ζῆν. τὰ γὰρ δὴ πολλὰ καὶ τίμια, καὶ εὐδαιμονικὰ παρασκευάσματα, ἐφ' οἷς ἀγαλλεσθε, δὰ πολλῆς ὑμῖν ταῦτα κακοδαιμονίας καὶ ταλαιπορίας παραγίγνεται. σκόπει γὰρ, εἰ βούλει, τὸν πολύευκτον, χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον· σκόπει τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς· σκόπει τὰς ἐσθῆτας τὰς ἐσπουδασμένας· σκόπει τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα, πόσων πραγμάτων δεῖ ὤνια, πόσων πόνων, πόσων κινδύνων, μᾶλλον δὲ, αἵματος καὶ θανάτου, καὶ δαφθορᾶς ἀνθρώπων πόσης, οὐ μόνον ὅτι πλέοντες ἀπόλλυνται δὰ ταῦτα

partis, non solis contenti præsentibus, existimantes propriam quidam neq; terram, neque mare sufficere, sed importantes ab ipsis vsque terræ finibus voluptates, patrijsq; rebus peregrina præferentes, sumptuosaq; frugalibus, atque ea quæ difficilè comparantur, his quæ sunt comparatu facilia: in summa, denique molestias, maláque potiùs eligentes, quàm absque molestijs viuere. At isti quidem plurimi ac preciosi beatiq; apparatus, quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam, ærumnamq; perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentúmque considera: domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atque eius generis omnia, quanto negocio emuntur, quot laboribus, periculis, imò sanguine ac cæde, quantoq; hominum interitu: non ideo solùm, quòd dum

ταῦτα πολλοὶ, καὶ ζητοῦντες καὶ δημιουργοῦντες, δεινὰ πάσχουσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ πολυμάχητα ἐστι, καὶ ἐπιβουλεύονται ἀλλήλοις διὰ ταῦτα, φίλοις φίλοι, καὶ πατράσι παῖδες, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν. οὕτως οἶμαι καὶ τὴν Ἐριφύλην, διὰ τὸν χρυσὸν, πεδοῦναι τὴν ἄνδρα. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα γίγνεται, τῶν μὲν ποικίλων ἱματίων οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων, τῶν δὲ χρυσοφόρων οἰκιῶν οὐδέν τι μᾶλλον σκεπουσῶν· τῶν δὲ ἐκπομάτων τῶν ἀργυρῶν οὐκ ἀφελούντων τὸν πότον, οὐδὲ τῶν χρυσῶν οὐδὲ τῶν ἐλεφαντίνων αὖ κλινῶν τὸν ὕπνον ἡδίω παρεχομένων· ἀλλ' ὄψει πολλάκις, ἐπὶ τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης, καὶ τῶν πολυτελῶν στρωμάτων τοὺς εὐδαίμονας ὕπνου λαχεῖν οὐδυναμένους. ἔτι δὲ καὶ αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα, καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. τί δὲ δεῖ λέγειν, ὃ ὡς τῶν Ἀφροδισίων ἕνεκα

dum nauigant, propter ista pereunt complures: ac dum quærunt, parantq́; grauia perferunt: sed ob id quoque quòd digladiationes multas pariunt, quodq́; ob ea insidiantur inuicem, & amicis amici, & parentibus liberi, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylen quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia fiunt, quum tamen vestes illæ variæ nihilo magis quicquam queant calefacere, auratáque illa ædificia nihilo prorsus magis tegãt, nec pocula illa argẽtea potui quicquam magis conducant. Sed nec aurei illi, nec eburnei item lectuli, somnum suauiorem præbeant: imò videbis frequenter in eburneo lecto sumptuosisqûe stromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ, nihilo magis alunt, quin tabefaciunt potiùs corpora, ijsdemq́; morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas

ἕνεκα πραγματα ποιοῦσί τε, καὶ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι; καί τοι ῥᾴδιον θεραπεύειν ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν, εἰ μή τις ἐθέλοι τρυφᾷν, καὶ οὐδ' εἰς ταύτην ἡ μανία καὶ διαφθορὰ φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ἀρκεῖν· ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὄντων τὴν χρῆσιν ἀναστρέφουσιν, ἑκάστῳ χρώμενοι πρὸς ὃ μὴ πέφυκεν, ὥς περ εἴ τις ἀνθ' ἁμάξης ἐθέλοι τῇ κλίνῃ χρήσασθαι, καθάπερ ἁμαξῃ. Λυ. καὶ τίς οὗτος; Κυ. ὑμεῖς, οἳ τοῖς ἀνθρώποις ἅτε ἱπολυγίοις χρῆσθε· κελεύετε δ' αὐτοὺς ὥς περ ἁμαξας τὰς κλίνας, τοῖς τραχήλοις ἄγειν, αὐτοί δ' ἄνω κατάκεισθε τρυφῶντες, καὶ ἐκεῖθεν, ὥς περ ὄνους, ὑπιοχεῖτε τοὺς ἀνθρώπους, ταύτην, ἀλλὰ μὴ ταύτην τρέπεσθαι κελεύοντες, καὶ οἱ ταῦτα μάλιστα ποιοῦντες, μάλιστα μακαρίζεσθε. οἱ δὲ τοῖς κρέασι, καὶ μὴ τροφῇ χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ βαφὰς μηχανώμενοι δι' αὐτῶν οἷοι γέ εἰσιν οἱ τὴν πορφύραν βάπτοντες, οὐ χὶ

tas molestias mortales & faciunt, & patiuntur? quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi quis velit indulgere delitijs. At ne hæc quidem insania corrupteláque sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam vsum peruertunt, singulis rebus ad id vtentes, ad quod minimè paratæ sunt, quemadmodum lecto si quis vti carpenti loco velit, ac tanquam curru LVC. *Quisnam is est?* CYN. *Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos iubetis, vt lecticis tanquam currus in ceruicibus ferant. Ipsi verò in sublimi residetis delicati, atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, imperantes vt hàc, non illàc eant: & qui hæc facitis maximè, ijdem maximè beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantùm vt alimentis vtuntur, verùm tincturas etiam quasdam ex his machinantur, eos dico qui purpuram tingunt: nónne & hi*

χὶ μὴ ἀῤῥὶ παρὰ φύσιν χρῶνται ζῶις ἢ θεῦ κατασκευάσμασι; Λυ. Νὴ Δία· λιώαται γὰρ βαπτὸν, ἐκ ἐθέλοθ' μόνον τὸ τῆς πορφύρας ἰρίας. Κύ. ἀκ' ἐπὶ τῦτο γίγονεν, ἵνα μὴ ὦσι κρατῆσι λιώαται· ἄν τις βιαζόμενος, ὥς φησι χύτρας κήδεται πλὴν οὐ πρὸς τῦτο γίγονεν. ἀλλὰ γὰρ πῶς ἂν πάσχων τὰ τῦτων τὶς κακοδαιμονίαν ἀληθῆν λιώαται· ἄν; ζοαύτη τίς ἐσί. σὺ δέ μοι, λιότι μὴ βούλομαι ταύτης μετέχειν, ἐγκαλᾶς; ἐῶ δ', καθάπερ ὁ λόσμιος ἐκεῖνος, ἀνεχόμενος ζῶις κατ' ἐμαυτὸν μὴ ζῶις ὑπεναντίοις χρώμενος. τῶν δὲ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν οὐκ ἐφίεμενος. λιάπαντα θεῖον βίον, βραχέων λιόμενος, καὶ ὀλίγων χρώμενος, λοκῶ ζῆν. ἀνιλιωσύσιν οἱ θεοὶ μὴ τὰ θεῖα ἔναι χέρονα, κατὰ γε τὸν σὸν λόγον· ὀλίγων γὰρ λιοῦσι. ἵνα δὲ καταμάθῃς ἀκριβέσερον, τό, τι ὀλίγων καὶ τὸ πολλῶν

& hi præter naturam his vtuntur quæ à deo præparata sunt? LVC. Non per Iouem, siquidem tingere etiam potest, non comedi tantùm, purpuræ caro. CYN. At non in id tamen nata est. Nam & cratere quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset vti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam vniuersam illorum infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoque quòd nolo eius esse participeps, incusas: viuo ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, vescens, ac frugalissimis vtens: varijs verò illis atque omnigenis minimè inhians. Ac deinde quum paucis egeam, ac minimè multis vtar, ferinam tibi videor vitam viuere. Atqui hac ratione tua Dij profectò in periculũ venient, ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verùm vt exactiùs intelligas, cuiusmodi horum vtrumq; sit, vel paucis

videlicet

λῶν δεῖσθαι, ποῖόν τι ἑκάτερόν ἐστιν, ἐννόκτων, ὅτι δέονται πλειόνων, οἱ μὲν παῖδες τῶν τελείων, αἱ καὶ γυναῖκες τῶν ἀνδρῶν, οἱ δὲ νοσοῦντες τῶν ὑγιαινόντων· καθόλου δὲ, πανταχοῦ τὸ χεῖρον τῶν κρείττονος πλειόνων δεῖται. διὰ τοῦτο, θεοὶ μὲν οὐδενὸς, οἱ δ' ἔγγιστα θεῶν, ἐλαχίστων δέονται. ἢ νομίζεις τὸν Ἡρακλέα, τῶν πάντων ἀνθρώπων ἄριστον, θεῖον δὲ ἄνδρα καὶ θεὸν ὀρθῶς νομισθέντα, διὰ κακοδαιμονίαν περινοστεῖν γυμνὸν, δέρμα μόνον ἔχοντα, καὶ μηδενὸς τῶν αὐτῶν ὑμῖν δεόμενον; ἀλλ' οὐ κακοδαίμων ἦν ἐκεῖνος, ὃς καὶ τῶν ἄλλων ἀπήμαινε τὰ κακά· οὐδ' αὖ πένης, ὃς γοῦς καὶ θαλάττης ἦρχεν. ἐφ' ὅ, τι γὰρ ὁρμήσειεν, ἁπανταχοῦ πάντων ἐκράτει· καὶ οὐδενὶ τῶν τότε ἐνέτυχεν ὁμοίῳ οὐδ' κρείττονι ἑαυτοῦ, μέχρι περ ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν. ἢ σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ἑπτοδημάτων ἀπόρως ἔχειν, καὶ

videlicet egere, vel multis: considera quòd pluribus egent primùm pueri quàm adulti, deinde mulieres quàm viri, tum ægroti quàm valentes: atque omnino in summa, inferiora quælibet præstantioribus plurium indigent. proinde Dij omnino nullius egent rei: qui verò ad deos accedunt proximè, quàm minimis egent. An Herculem putas omnium hominum præstantissimum, quippe diuinum virum, deúmque rectè creditum, miserum tunc fuisse, quum circuiret nudus, pelle duntaxat indutus, harum rerum nostrarum nihil desiderans? At ille miser profectò non erat, quippe qui miseriam ab alijs propulsabat: neque rursus pauper, qui terra mariq; dominabatur. Nempe quocunque intendisset impetum, omnes quaquauersum superat: nec in quenquam sui temporis incidit, qui se vel æquârit vnquam, vel vicerit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas calceósque defuisse, atque

ob

καὶ δὴ τοῦτο περιεγράψαι δοκεῖτον; ἐκ ἔτιν ἁπλῆν, ἀλλ' ἐγκρατὴς καὶ καρτερικὸς ἦν, καὶ κρατεῖν ἑαυτοῦ ἐβούλετο ὁ δὲ Θησεὺς, ὁ τότε μαθητὴς, ἅτε βασιλεὺς ὢν καὶ πάντων Ἀθηναίων, υἱὸς δὲ Ποσειδῶνος, ὡς φασιν, ἄκεις τ' ἦ τῶν καθ' αὐτὸν; ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκεῖνος ἤθελεν ἁπαλὸς εἶναι, καὶ τρυφᾶν καὶ κόμαν τρέφειν ἥρετο καὶ αὐτῷ, καὶ ἐκ ἐπέτρεπεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἤρεσκεν· ἀμείνους γὰρ ἦσαν ὑμῶν. καὶ οὐκ ἂν ὑπέμειναν δήπου τὶς αὐτῶν, εἰ μὴ καλὸν, ἢ τῶν λεόντων τὶς ξυρώμενος. ὑγρότητα γὰρ, καὶ μαλακότητα σαρκὸς γιγαντείαν πρέπειν ἡγοῦντο· αὐτοὶ δ' ὡς περ ἦσαν, καὶ φαίνεσθαι ἄνδρας ἤθελον. καὶ τὸν κόμαν, κόσμον ἀνδρὸς νόμιζον, ὥς περ καὶ ἵππον χαίτη, καὶ λεόντων γένεια, οἷς ὁ θεὸς ἀγλαΐας καὶ κόσμου χάριν περιέθηκέ τινα, ἅτοι δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὸν κόμαν

ob id mundum obambulasse tantum virum? Dicendum profectò non est: sed continens erat ac fortis, & moderatè viuere volebat, nō indulgere delicijs. Quid Theseus eius discipulus? An non rex erat Athenienſium omnium, ac filius etiam, vt ferunt, Neptuni, sua certè tempestate fortissimus? Attamen ille quoque voluit sine calceis esse, ac nudus ingredi: [d] barbámque & comam nutrire placuit: nec ei tamen solùm, sed omnibus etiam veteribus placuit: nempe meliores erant quàm vos, atque adeò ne sustinuisset quidem eorū quisquam aliquid huiusmodi, nihilo profectò magis quàm leo quispiā sese tonderi. Siquidē carnis [e] mollitiem ac læuorem decere mulieres existimabāt, ipsi verò sicuti erant, ita videri quoque viri volebant: ac barbam quidem cultum viri ducebant, quemadmodum in equis iubam, in leonibus barbā, quibus Deus splendoris quandam atque ornamenti venustatem dedit, sic & viris barbam

πώγωνα προσέθηκεν. ἐκείνους ἐμὲ ἐγὼ ζηλῶ τοὺς παλαιούς, καὶ ἐκείνους μιμοῦμαι βούλομαι. τοὺς δὲ νῦν ὁ ζηλῶ τῆ θαυμασίας ταύτης εὐδαιμονίας, λύ ἔχουσι, καὶ περὶ παρασίας καὶ ἐωθίνας, καὶ λιαύοντος καὶ ψιλέμβοι πᾶν τὸ σῶμα τοῦ μέρος, καὶ μηδὲ τῶν ἀῤῥήτων ἕδιν, ἢ σίφυκεν, ἔχειν ἐῶντος. εὔχομαι δέ μοι τοὺς μὲν πόδας ὁπλῶν ἱππείων ἕδιν διαφέρειν, ὡς φασὶ Χείρωνος. αὐτὸς δὲ μὴ λέοντος σώματος, ὡς φασὶ λέοντος. ἔτι τροφῆς δεῖσθαι πολυτελοῦς μᾶλλον, ἢ οἱ κύνες. εἶναι δέ μοι, ζῶ μὴ ἅπασαν, ἀνυσίμου αὐτάρκη ἔχειν, οἶκον δὲ, ἢ κόσμον νομίζειν, τροφὴν δὲ ἀρκεῖσθαι, τὴν ῥᾴστην ποθεινῶν. χρυσὸν δὲ καὶ ἀργύρου μὴ δεῖσθαι, μήτ' οὖν ἐγὼ, μήτε τῶν ἐμῶν φίλων μηδείς. πάντα γὰρ τὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων ἐπιθυμίας φύονται, καὶ κάσεις, καὶ πόλεμοι, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ σφαγαί. ταυτὶ πάντα πλοῦτῳ ἔχθ τῶν ἐθυμίαν τοῦ πλείονος, ἀπ' ἀμῶν

barbam adiunxit. Illos igitur ego æmulor, veteres imquam illos imitari volo. huius verò tẽpestatis homines non æmulor mirabilis huius felicitatis nomine, quam in epulis & vestibus habent, dũ poliunt ac læuigant singulas corporis partes, ac ne secretiorum quidem vllam, ita vt instituit natura dimittentes. At mihi certè pedes opto, vt nihil equinis differãt, quales Chironis fuisse ferunt. Tum vt ipse stromatis non egeam more leonũ: nec cibo egeam magis exquisito quàm canes. Contingat prætereà mihi, vt terra quæuis mihi per se pro cubili sufficiat. Domum verò vt mundum hunc existimem. alimenta demùm vt ea deligam, quæ facilimè comparari possint. Aurum verò argentúmque ne desiderem vnquam, neque ego, neque meorum amicorum quispiam. Omnia namq; mala inter homines ex horũ cupiditate nascuntur, & seditiones, & bella, & insidiæ, & cædes. Hæc omnia fontem habent plus habendi cupidinem. At

ἡμῶν αὕτη ἀπείη, καὶ πλεονεξίας μή ποτε ὀρεχθείην, μειονεκτῶν δ' ἀνέχεσθαι δυναίμην. τοιαῦτά τοι τά γε ἡμέτερα, πολὺ δήπου διάφωνα τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν σχήματι διαφέρομεν αὐτῶν, ὁπότε καὶ τῇ προαιρέσει τοιοῦτον διαφέρομεν. θαυμάζω δέ σου, πῶς ποτε μιθαρῳδοῦ μέν τινα νομίζεις στολὴν καὶ σχῆμα, καὶ αὐλητοῦ, νὴ Δία, σχῆμα καὶ στολὴν τραγῳδοῦ, ἀνδρὸς δὲ ἀγαθοῦ σχῆμα καὶ στολὴν οὐκ ἔτι νομίζεις, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν αὐτὸν οἴει δεῖν ἔχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ ταῦτα, τῶν πολλῶν κακῶν ὄντων. εἰ μὲν δεῖ ἑνὸς ἰδίου σχήματος τοῖς ἀγαθοῖς, τί πρέποι ἂν μᾶλλον, ἢ τοῦθ', ὅπερ ἀναιδέστατον μᾶλλον τοῖς ἀκολάστοις ἐστὶ, ὅπερ ἀπεύξαιντ' ἂν οὗτοι μάλιστα ἔχειν. οὐκοῦν τό γε ἐμὸν σχῆμα, τοιοῦτόν ἐστιν, αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι, τρίβωνα ἔχειν, κομᾶν, ἀνυποδητεῖν· τὸ δ' ὑμέτερον, ὅμοιον τῶν τῶν κιναίδων, καὶ

hæc à nobis abscedat procul, ne vnquam plus satis appetam: minùs verò cùm habeam, ferre æquo animo valeam. Nostra quidè ita se habent. Plurimùm profectò à vulgi sententijs ita dissentiunt. Neque quicquam ergo mirandum est, si ab his differimus habitu, à quibus tantùm differimus instituto. Sed te miror, quónam pacto, quũ suam quandam citharœdo vestem tribuas, cultumq́; atque adeò tibicini suum, & tragœdo suum: bono viro cultum vestemq́; propriam nullam existimas, sed eandem ei cum vulgo habēdam censes, idq́; quum vulgus malum sit. Quòd si bonorum cultus proprius debet esse vllus, quínam deceat magis, quàm hic meus, qui maximè luxuriosis pudēdus sit, quémque illi maximè auersentur? Cultus ergo meus huiusmodi est, squalidum esse, hirsutum esse, tritum pallium indui, comã producere, ac sine calceis ingredi. Vester verò, cinædorũ ornatui simillimus est, nec

καὶ διακρίνειν οὐδὲ εἷς ἂν ἔχοι, οὐ τῇ χροιᾷ τῶν ἡματίων, οὐ τῇ μαλακότητι, οὐ τῷ πλήθει τῶν χιτωνίσκων, οὐ τοῖς ἀμφιέσμασιν, οὐχ ὑποδήμασιν, οὐ κατασκευῇ τριχῶν, οὐκ ὀδμῇ· καὶ γὰρ ἀπόζετε ἤδη παραπλήσιον ἐκείνοις, οἱ εὐδαιμονέστατοι οὗτοι μάλιστα. καίτοι τί ἂν δόκῃ τὶς ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος; τοιγαροῦν τοὺς μὲν πόνους οὐδὲν ἐκείνων μᾶλλον ἀνέχεσθε, τὰς δὲ ἡδονὰς οὐδὲν ἐκείνων ἧττον, καὶ τρέφεσθε τοῖς αὐτοῖς, καὶ κοιμᾶσθε ὁ μοίως, καὶ βαδίζετε. μᾶλλον δὲ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε· φέρεσθε δὲ, ὥς πρὸ τὰ φορτία, οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν, ἐμὲ δὲ οἱ πόδου φέρουσιν, ὅποι πρὸς ἂν δέωμαι· καὶ γὰρ καὶ ἱκανὸς καὶ ῥίγους ἀνέχεσθαι, καὶ θάλπος φέρειν, καὶ τοῖς τῶν θεῶν ἔργοις μὴ δυσχεραίνειν διότι ἄθλιός εἰμι· ὑμεῖς δὲ, διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, οὐδενὶ γνομένων ἀρέσκεσθε, καὶ πάντα μέμφεσθε· καὶ τὰ καὶ παρόντα φέρειν οὐκ ἠθέλετε, τὰ δὲ ἀπόντων ἐφίεσθε.

nec dignoscere vos quisquã ab illis possit, neque colore vestium, neque mollitie, neque camisiarum numero, neque lacernis, neque calceis, neque capillorum cura, neque odore. Nam & redoletis vt illi, iam præsertim vos, qui estis felicissimi. Et quidem quid facias, quum vir eundem cum cinædis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præstatis, voluptatibus verò nihilò minùs quàm illi superamini: eadem comeditis, eodẽ modo dormitis atq; inceditis, imò verò incedere nõ vultis, sed gestari potiùs tanquam sarcinæ, alij ab hominibus, alij verò à iumentis. At me pedes ipsi gestant, quocunque sit opus: egóque & frigus tolerare sufficio, & calorem pati: eáq; quæ dij obtulerint, minimè molestè ferre, ideò videlicet, quia miser sum. Vos verò propter hãc felicitatẽ nulla estis fortuna contenti, sed omnium pœnitet, ac præsentia ferre non potestis, absentia desideratis,

χειμῶνος μὲν, εὐχόμενοι θέρος, θέρους δὲ, χειμῶνα, καὶ καύματος μὲν, ῥίγος, ῥίγους δὲ, καῦμα, καθάπερ οἱ νοσοῦντες δυσάρεστοι καὶ μεμψίμοιροι ὄντες· αἰτία δὲ ἐκείνοις μὲν, ἡ νόσος, ἡμῖν δὲ ὁ τρόπος. καὶ ἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι, καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶμεν, κακῶς βουλευομένοις πολλάκις, περὶ ὧν πράττουσιν, αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων, καὶ μηδὲν αὐτῶν κρίσει καὶ λογισμῷ ποιοῦντες, ἀλλ' ἔτει καὶ ἐπιθυμίᾳ. τοιγαροῦν οὐδὲν ὑμεῖς διαφέρετε τῶν ἐπὸ χειμάῤῥου φερομένων· ἐκεῖνοί τε γὰρ, ὅπου ἂν ἴοι τὸ ῥεῦμα, ἐκεῖ φέρονται, καὶ ὑμεῖς, ὅπου ἂν αἱ ἐπιθυμίαι· πάσχετε δὲ παραπλήσιόν τι, ὅ φασι παθεῖν τινα ἐφ' ἵππον ἀναβάντα μαινόμενον. ἁρπάσας γὰρ αὐτὸν ἔφερεν ἆρα ὁ ἵππος, ὃ δ' οὐκ ἔτι καταβῆναι, τοῦ ἵππου θέοντος ἐδύνατο. καί τις ἀπαντήσας, ἠρώτησεν αὐτὸν, ποίαν ἄπεισιν, ὃ δὲ εἶπεν, ὅπου ἂν τούτω δοκεῖ, δεικνὺς τὸν ἵππον.

hyeme quidem optãtes æstatem, æstate rursus hyemem: atq; in calore frigus: in frigore vicissim calorem: quemadmodum ægrotantes, morosi semper & queruli: quod in illis quidem facit morbus, in vobis verò mores. Atq; hæc ita quũ sint, iam nos in vitã vestram traducere æquũ censetis, nostramq; corrumpere, quũ sæpè malè consulta sint quæ facitis, ipsiq; sitis in vestris ipsorũ negotijs minimè circũspecti, nihilq; eorũ iudicio ac ratione, sed cõsuetudine cupiditatis faciatis. Quã obrem nihil profectò differtis vos ab his qui torrente feruntur. Illi quippe quocunq; fluxus intenderit, eò rapiuntur: & vos itidem quocunq; libidines. Ac similiter quidẽ vobiscum agitur, vt cũ quodam qui equum insanum ascenderat. equus igitur virum corripiens abstulit. hic verò ampliùs iam desilire equo currente non poterat. quidam verò cùm occurrisset ei, rogauit quónam tenderet. hic respondit, quocunque huic videtur, equum demonstrans.

Quòd

καὶ ὑμᾶς ἄν τις ἐρωτᾷ, ποῖ φέρεσθε, τἀληθῆ ἐθέλοντες λέγειν, ἐρεῖτε ἁπλῶς μὲν, ὅπου περ ἂν ταῖς ἐπιθυμίαις δοκῇ, κατὰ μέρος δὲ, ὅπου περ ἂν τῇ ἡδονῇ, ποτὲ δὲ, ὅπου τῇ δόξῃ, ποτὲ δὲ αὖ, τῇ φιλοκερδείᾳ· ποτὲ δὲ ὁ θυμὸς, ποτὲ δὲ ὁ φόβος, ποτὲ δὲ ἄλλό τι τοιοῦτον ὑμᾶς ἐκφέρειν φαίνεται. οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς, ἀλλ' ἐπὶ πολλῶν ὑμεῖς γε ἵππον βεβηκότες, ἄλλοτε ἄλλων, καὶ μαινομένων πάντων φέρεσθε. τοιγαροῦν ἐκφέρουσιν ὑμᾶς εἰς βάραθρα καὶ κρημνούς. ἴστε δ' οὐδαμῶς, πρὶν πεσεῖν, ὅτι πεσεῖσθαι μέλλετε. ὁ δὲ τρίβων οὗτος, οὗ καταγελᾶτε, καὶ ἡ κόμη, καὶ τὸ σχῆμα τοὐμὸν, τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε παρέχειν μοι ζῆν ἐφ' ἡσυχίας, καὶ πράττοντι ὅ, τι βούλομαι, καὶ σωνόντι οἷς βούλομαι. τὸν γὰρ ἀμαθῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπαιδεύτων οὐδεὶς ἂν ἐθέλοι μοι προσιέναι διὰ τὸ σχῆμα· οἱ δὲ μαλακοὶ καὶ πάνυ πόρρωθεν ἐκπρέπονται, προσίασι δὲ οἱ κομψότατοι καὶ ἐπιεικέστατοι.

Quòd si vos quisquā roget, quò feramini: si verum vultis dicere, dicetis in vniuersum quidem, quocunq; videatur affectibus: sigillatim verò, interdum quocūq; voluptati, interdum quocunq; ambitioni, interdum rursus quò lucri studio. Quin interdū ira, interdum metus, interdum aliud quippiā huiusmodi vos auferre videtur. Neque enim vnum duntaxat equum vos, sed multos insilientes, nunc hunc, nunc illū, furiosos quidem omnes, auehimini. auferunt ergo vos in barathrū, ac prærupta: vos tamē priusquā cadatis, casuros vos esse nescitis. At hoc detritū pallium, quod vos ridetis, comáq; habitusq; meus tantam habet vim, vt vitā mihi quietam præbeat: vtq; agā quicquid volo, verserq; cum quibus volo. Nempe ex indoctis atque ineruditis hominibus nemo me adire voluerit, ob hunc habitum: at molles etiam q sunt, adhuc admodū procul, declinant: congrediuntur verò scitissimi atq; modestissimi,

κέστατοι, καὶ ἀρετῆς ἐπιθυμοῦν-
τες, οὗτοι μάλιστά μοι πρόσια-
σι· τοῖς γὰρ τοιούτοις ἐγὼ χαίρω
συνών. θύρας δὲ τῶν καλου-
μένων ἀνθρώπων οὐ θερα-
πεύω, τοὺς δὲ χρυσοῦς στεφάνους, καὶ
τὴν πορφύραν, τύφον νομί-
ζω, καὶ τῶν ἀνθρώπων κατα-
γελῶ. ἵνα δὲ μάθῃς περὶ τοῦ σχή-
ματος, ὡς οὐκ ἀνδράσι μόνον
ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ θεοῖς πρέ-
πουτος, ἔπειτα καταγελᾷς αὐ-
τοῦ, σκέψαι τὰ ἀγάλματα τῶν
θεῶν, πότερά τοι δοκοῦσιν ὁ-
μοίως ἔχειν ὑμῖν, ἢ ἐμοί· καὶ
μὴ μόνον γε τῶν Ἑλλήνων,
ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς
ναοὺς ἐπισκόπει περιΐων, πότε-
ρον αὐτοὶ οἱ θεοὶ κομῶσι, καὶ
γενειῶσιν, ὡς ἐγὼ, ἢ καθάπερ
ὑμεῖς, ἐξυρημένοι πλάττονται,
καὶ γράφονται. καὶ μέν τοι καὶ
ἀχίτωνας ὄψει τοὺς πολλοὺς, ὥς
περ ἐμέ. τί ἂν οὖν ἔτι τολμῴης
περὶ τούτου τοῦ σχήματος λέ-
γειν, ὡς φαύλου, ὁπότε καὶ
θεοῖς φαίνεται
πρέπον,

stissimi, & qui virtutem cupiunt, hi potissimùm congrediuntur mecum. horum ego consuetudinem delector. Eorum verò fores qui homines vocantur, nõ obseruo, tum coronas aureas ac purpuram pro fastu habeo, atq; homines ipsos derideo. At vt cultum hũc intelligas, non bonos modò viros, sed ipsos etiam deos decere, atq; eum deinde, si libet, irrideas, deorũ statuas considera, vtri videantur, vobisne an mihi similiores. Neq; Græcorum solùm, sed barbarorũ etiam templa circunspicias, vtrum ipsi dij, vt ego, comati barbatiq; sunt, an quemadmodũ vos, rasi finguntur atque pinguntur. Quin plurimos etiã sine tunicis conspicies, vt me nunc esse vides. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum vitio dare, quum deos etiam decere videatur?

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

DIalogus hic lepidissimus asperam paruoq; contentam Cynicorum vitam defendit, mollem atq; eneruatam delicatorum hominum luxuriam reprehendit: nec nō eadem opera temperantiam, frugalitatem, simplicitatem, denique arctam illam atq; angustam vitam laudat. D. Ioan. Chrysostomus, vir planè sanctus & incomparabilis, non veritus est eius partem in Homiliam quandam, quam in Ioannis Euangelium commētatus est, inserere. De Cynicis verò habes apud Laërtium in vita Antisthenis & Diogenis: Lucianum in Vitarum venditione, vbi notantur quasi ὑλακτοῦντες καὶ δάκνοντες Arrianum Epict. περὶ κυνισμοῦ, & Athenæum Dipnosop. 13. Cynici appellati sunt, siue ob sordidam vitam, siue ꝙ obuios quosq; conuiciantes mordeāt, & mendicato viuant, more canum. Augustinus canina inuerecundia Cynicos dictos putat: ob quam etiam ipsos à decori disputatione in Offic. Cic. excludere videtur. Laërtius quidem ἀπὸ τῶν σκομμάτων hanc nominationem ortam esse testatur: Gal. δι' ἔνδειαν. Alij ab allatratu & mordacitate canina ipsos putant.

a QVID'NAM inopia.] *Inops dicitur, qui solus est, qui nec amicos nec propinquos habet, quorū ope.* i. *auxilio tutari se possit, vnde inopia ferè in eadem re dicitur.* *b* Egestas omnia mala.] *Egestas solet homines faciliùs ad scelera perpetranda impellere.* *c* Artium effecta Deorū dona.] *Artes Dei donum sunt. Hippocrates: Artes deorum dona sunt, homines naturæ opera. Epist. ad senatum Abderitarum. Apud Philostratum in Heroicis Palamedes artium & literarum inuentionem dijs tribuit.* *d* Barbā & comā nutr.] *Tam sacri q̄ prophani scriptores in barba præcipuum decoris & ornamenti argumentum esse prodiderūt. Ita Cynicus hic ponit & barbam viro demere, & leoni tondere iubar, detracto videlicet vtrique peculiari suo decore.* *e* Molliciem.] *Lactantius atq; Varro scribunt mulierem à mollicie dictam.*

ΨΕΥΔΟΣΟΦΙ-
στὴς ἢ σολοικι-
στής.

PSEVDOSOPHI-
sta, seu Solœci-
sta.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

QVanquam neque hic dialogus, vt suprà Lexiphanes ille, vertendus fuerat, quòd singula commodè ac suo modo Latinè reddi nō possent: pro susceptо tamen opere audendum aliquid longius, & periculum qualecunq; faciendum fuit. Quo æquiorem nobis lectorem fore puto, si qua etiam hic offenderit, quæ expectationi ipsius non omninò respondebunt, præsertim cùm ipsum quoque exemplar, quo nos vertendo vsi sumus, in quibusdam locis non ita sincerum & castigatum appareret. Tractat autem de Solœcismo Lucianus, quem veteres Latini, vt Gellius indicat, stribiliginem vocárunt, Græci etiam Solœcon. atque illud innuit, haudquaquam ita expeditum aut obuium cuiuis esse, planè ac purè dicere, & ab omni vitio sermonis temperare: idque exemplo cuiusdam, quem pseudosophistam, à falsa, vt videtur, facundiæ atq; doctrinæ persuasione, Solœcistam autē ab ipsa re appellat: qui cùm profiteretur se & loqui purè, & multos in sermone peccantes deprehendere facilè posse, interim ipse etiam illa, quæ nota ac manifesta sunt, ignorare fingitur. Ac principiò quidem varias Solœcismi formas exemplis cùm suis tum aliorum proponit: postremò autem & quædam explicat, & quod in quo vitium & peccatum sit, ostendit. Propriè autem ad grammaticos hic Dialogus pertinet: quem si multi illorum tam diligenter perpenderent, quàm facilè sibi ipsi persuadent & Latinè & Græcè interim se scire, in plerisque haud dubiè minùs ostentationis & arrogantiæ inesset.

AIKI-

ΑΡά γε ὁ γνῶναι ἢ σολοικίζοντα λανθάνοις, οὗτος οὐ φυλάξαιτο μὴ σολοικοίη λωιστος; Σο. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. Λυ. ὁ δέ γε μὴ φυλάξαιτο, εἰ δὲ γνῶναι ἢ οὔτως ἔχοντα; Σο. ἀληθῆ λέγεις. Λυ. σὺ δὲ αὐτὸς φὴς ὃ σολοικίζειν, ἢ πῶς λέγομεν πρὸς σοῦ; Σο. ἀπαίδευτος γὰρ ἂν εἴην σολοικίζοιμι τηλικοῦτος ὤν. Λυ. ἐκεῖνο οὐ ἕτερον φαίης ἂν αὖ σὲ τοῦτο ὁρῶντα, καὶ ἐλέγξαι τὸν ἀρνούμενον; Σο. παντάπασί γε. Λυ. ἴθι νυν, ἐμὲ λαβὼν σολοικίζοντος, ἄρτι δὲ σολοικιῶ. Σο. οὐκοῦν εἰπέ. Λυ. ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τὸ δίκην ἔργασμαι, σὺ δὲ οὐκ ἐπέγνως. Σο. παίζεις ἔχων. Λυ. μὰ τοὺς θεούς, ἐπεὶ σολοικίσας, ἔλαθόν σε, ὡς οὐκ ἐπισάμενον. αὖθις δὲ σκόπει. ἃ γάρ σε φημὶ λύναθαι κατανοῆσαι, ἐπεὶ ἃ μὲν οἶσθ',

LVCIANVS ET Solœcista.

NVm igitur quĩ agnoscere solœcisãtem potest, idem etiã cauere potest ne solœcisset? SOL. Mihi quidem ita videtur. LVC. Qui verò cauere non potest, ille nec agnoscere potest eum qui talis est? SOL. Rectè dicis. LVC. Tu verò teipsum negas solœcissare, aut quo pacto de te dicamus? SOL. Indoctus equidẽ essem, si cũm tãtæ ætatis sim, adhuc solœcissarem. LVC. Proinde & alium deprehendere poteris qui hoc facit, & negantem conuincere? SOL. Prorsus itaque. LVC. Age nunc conuince me solœcissantem. Iampridem enim solœcissare gestio. SOL. Proinde dic. LVC. At equidẽ iam graue istud commisi: tu verò non agnouisti. SOL. Ludis tu nunc? LVC. Non per deos. Nam solœcismo commisso latui te, perinde ac nescientem. Rursus autem contempla-re. Neq; enim te puto intelligere posse: quoniam alia quidem

οἶσθ', ἃ δ' οὐκ οἶσθα. Σο. εἰπὲ μόνον. Λυ. ἀλλὰ καὶ νῦν σεσολοίκισαί μοι, σύ δ' οὐκ ἔγνως. Σο. πῶς γὰρ, σοῦ μηδὲν λέγοντος; Λυ. ἐγὼ μὲν λέγω, καὶ σολοικίζω, σὺ δ' οὐκ ἔπῃ τοῦτο δρῶντι, ἐπεὶ ὄφελον καὶ νῦν ἀκολουθῆσαι δυνήσῃ. Σο. θαυμαστὰ λέγεις εἰ μὴ δυνήσομαι καταμαθεῖν σολοικισμόν. Λυ. καὶ πῶς ἂν δύναιο τὸν ἕνα μαθεῖν, τοὺς τρεῖς ἀγνοήσας; Σο. τίνας τρεῖς; Λυ. ὅλους ἀρτιγενείους. Σο. ἐγὼ μέν σε παίζειν δοκῶ. Λυ. ἐγὼ δέ σε ἀγνοεῖν τὸν ἁμαρτάνοντα ἐν τοῖς λόγοις. Σο. καὶ πῶς ἄν τις μαθοι, μηδενὸς εἰρημένου; Λυ. λέλεκται, καὶ σεσολοίκισαι τετραπλῆ, σὺ δὲ οὐκ ἔγνως. μέγα οὖν ἆθλον κατέπραξας ἄν, εἴπερ ἔγνως. Σο. οὐ μέγα μὲν, ἀναγκαῖον δὲ τῶν ὁμολογήσαντι. Λυ. ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἔγνως. Σο. πότε νῦν; Λυ. ὅτε τὸ ἆθλον ἔφην σε καταπρᾶ-

nosti, alia autem non nosti. SOL. *Dic modò.* LVC. *Sed & nunc solœcismus à me commissus est, tu verò nõ cognouisti.* SOL. *Nam quomodo cognoscerẽ, cùm tu nihil dicas?* LVC. *Ego quidem dico, & solœcisso: tu verò non assequeris istud facientem: quoniam vtinam etiam nunc assequi possis.* SOL. *Mira dicis, si nequeã solœcismum quis sit, intelligere.* LVC. *Et quo pacto vnum intelligeres, quando iam tres nõ animaduertisti?* SOL. *Quos tres?* LVC. *Totos recèns natos.* SOL. *Ego te quidem ludere puto.* LVC. *At ego te ignorare eum qui in verbis peccat.* SOL. *Et quomodo quis intelligat, quando nihil dictũ est?* LVC. *Dictum est, & solœcismus iam quadrifariam commissus: tu verò non cognouisti. Magnum igitur præmium confecturus fueras, si cognôsses.* SOL. *Non magnum quidem, sed necessarium confitenti.* LVC. *Sed neque nunc cognouisti.* SOL. *Quando nunc?* LVCIA. *Quando præmium confe-*

ταπραξαι. Σο. οὐκ οἶδα ὅ, τι λέγεις. Λυ. ὀρθῶς ἔφης, οὐ γὰρ οἶδα καὶ πρόιθι γε ἐς τὸ ἔμπροσθεν, οὐ γὰρ ἐθέλεις ἕπεσθαι, σωύσω ἄν, εἴπερ θελήσειας. Σο. ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι, σὺ δὲ οὐδὲν ἧττον ὧν ἄνθρωποι σολοικίζοντάν λέγουσι. Λυ. τὸ γὰρ νῦν ῥηθὲν, μικρόν τί σοι φαίνεται κακὸν εἶναι; ὅμως δὲ ἀκολούθησον αὖθις, ἐπεὶ οὐκ ἔμαθόν ἐκφαμόντα. Σο. μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἔγωγε. Λυ. ἀλλὰ μὴν μηδὲν θεὸν λαγὼ ταχέως, ἆρα παρῆξα; ἀλλὰ καὶ νῦν ἔξεισιν ἰδεῖν, τὸν λαγών· εἰ δὲ μὴ, πολλοὶ γνόμενοι λαγὼ, λήσουσί σε ἐν σολοικισμῷ πεσόντες. Σο. οὐ λήσουσι. Λυ. μὴν ἔλαθόν γε. Σο. θαυμαστὰ λέγεις. Λυ. σὺ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν παιδείας διέφθορας, ὥστε μηδ' αὐτῶν τοῦτο σολοικίζοντας κατανοῆσαι· οὐ γὰρ πρόσεισιν αὐτῶν τὸ τινά. Σο. ταῦτα μὲν οὐκ οἶδα

confeciſſe te dixi. SOL. *Non intelligo quid dicas.* LVC. *Rectè dicis, neque enim intelligis. Ac procede ſanè in anteriorem partem, non enim vis aſſequi. Intelligam enim ſi modò volueris.* SOL. *At ego volo: tu verò nihil dixiſti eorum quæ homines ſolent cùm ſolœciſmum faciunt.* LVC. *An tibi hoc quod modò dictum eſt, paruum aliquod malorum videtur eſſe? Sed tamẽ ſequere denuò, quoniam nõ animaduertiſti curſu digredientem.* SOL. *Ita per Deos, ego quidẽ non.* LVC. *At verò dimiſi currere lẽporem celeriter. Num præteriſti? ſed & nunc licet videre lẽporem. Si verò nõ, multi inde lẽpores facti latebunt te in ſolœciſmo iacentes.* SOL. *Non latebunt.* LVC. *At verò latuerunt certé.* SOL. *Mira dicis.* LVC. *Tu verò præ nimia eruditione corruptus es, vt neque ipſum hoc ſolœciſſantes intelligere poſſis. Deeſt enim ipſi diſtributiua vox τινά, id eſt, quendam.* SOL. *Hæc quidem non intelligo quo pacto*

δα πῶς λέγεις· ἐγὼ δὲ πολλοὺς ἤδη σολοικίζοντας κατενόησα. Λυ. κἀμὲ τοίνυν εἴσῃ τότε, ὅταν τι τῶν παιδίων γένη, τῶν τὰς τίτθας θηλαζόντων. ἢ εἰ οὐ νῦν ἔγνως σολοικίζοντά με, οὐδὲ αὐξάνοντα παιδία σολοικισμὸν ποιήσει τῶν μυδὲν εἰδότι. Σο. ἀληθῆ λέγεις. Λυ. καὶ μὴν εἰ ταῦτα ἀγνοήσομεν, οὐδὲν γνωσόμεθα τῶν ἑαυτῶν, ἐπεὶ τόδε σολοικισθὲν ἀπέφυγέ σε. μὴ τοίνυν ἔτι λέγειν, ὡς ἱκανὸς εἶ κατιδεῖν τὸν σολοικίζοντα, καὶ αὐτὸς μὴ σολοικίζειν. κἀγὼ μὲν οὕτω. Σωκράτης δὲ ὁ ἀπὸ Μόψου, ᾧ συνεγενόμην ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ τοιαῦτα ἔλεγεν ἀνεπαχθῶς, καὶ οὐκ ἤλεγχε τὰ ἁμαρτάνοντα. πρὸς μέν τοι γε τὰ ἐρωτήσαντα πηνίκα ἔξεισι, τίς γὰρ ἂν, ἔφη, ἀπεκριθῇ σοι περὶ τῆς τήμερον, ὡς ἐξιών; ἑτέρου δὲ φήσαντος ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα, πῶς φῂς εἶπε, τέθνηκε

pacto dicas: ego verò multos iam solœcissãtes perspexi. LVC. *Et me igitur scies tunc, quando puer quispiam eris, eorum videlicet qui mammam adhuc sugũt. Aut si nunc non cognouisti solœcissantem me, neque crescentes pueruli solœcismum facient nihil intelligenti.* SO. *Vera dicis.* LVC. *Atqui si hæc ignorabimus, nihil cognoscemus nostrorum propriorum: quoniam & hic solœcismus quem nunc feci, fefellit te. Ne igitur dixeris amplius quòd possis perspicere solœcissantem, & ipse solœcismum non committere. Atque ego quidem hoc pacto.* B *Socrates autem, qui à Mopso genus ducebat, cui in Aegypto cõuersatus sum, huiusmodi dicere solebat citra inuidiam, neque apertè coarguebat eum qui sic peccâsset: verùm ad eum qui interrogabat,* πηνίκα ἔξεισι, *hoc est, quando exibit? Quis enim, inquit, responderit tibi de hodierna die tanquam exiens? Alio autem dicente,* ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα, *id est, satis habeo paternorum bonorum: Quomodo ais, inquit,*

an

τέθνηκε γὰρ ὁ πατήρ σου; ἄλλου δὲ αὖθις λέγοντος, συμπατριώτης ἔστι μοι, ἐλάνθανεν ἄρα ἡμᾶς, ἔφη, βάρβαρος ὤν. ἄλλου δὲ εἰπόντος, ὁ δεῖνά ἐστι μεθύσης, μητρὸς εἶπεν, ἢ πῶς λέγεις; ἑτέρου δὲ λέοντας, διπλασιάζεις, ἔφη, τοὺς λέοντας· εἰπόντος δέ τινος, λῆμμα πάρεστιν αὐτῷ δὰ τῦ δύο μμ, οὐκοῦν, ἔφη, λήψεται, εἰ λῆμμα αὐτῷ πάρεστιν. ἑτέρου δὲ εἰπόντος, πρόσεισιν ὁ μείραξ, οὐμὸς φίλος, ἔπειτα, ἔφη, λοιδορεῖς φίλον ὄντα; πῶς δὲ τὸν εἰπόντα, δεδίττομαι τὴν ἄνδρα, καὶ φεύγω, σύ, ἔφη, καὶ ὅταν τινα εὐλαβηθῇς, διώξῃ. ἄλλου δὲ εἰπόντος, τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος, χαρίεν γε, ἔφη, τὸ τῆς κορυφῆς ποιεῖν τι ἐπάνω. καὶ ἐξορμῶ δέ, τινος εἰπόντος, καὶ τίς ἐστιν, εἶπεν, ὃν ἐξορμᾷς; ἐξεπιπολῆς δέ,

an tibi pater mortuus est? Alio autem rursus dicente, C συμπατριώτης ἔστι μοι, hoc est, conterraneus meus est: Latuisti igitur nos, inquit, barbarus existens. Alio autem quodam dicente, ὁ δεῖνά ἐστι μεθύσης, hoc est, iste nescio quis ebrius est: Matrisne, inquit, aut quomodo dicis? Alio autē, λέοντας; Duplicas, inquit, leones. Cùm autē quidam dixisset, λῆμμα πάρεστιν αὐτῷ, duplici videlicet μμ, id est, quæstus siue captura inest ipsi: Proinde, inquit, capiet, si captura ipsi inest. Alio autem dicente, πρόσεισιν ὁ μείραξ οὐμὸς φίλος, id est, accedit adolescēs meus amicus: Et conuiciaris illi, inquit, cùm sit amicus? Ad eum autē qui dixerat, δεδίττομαι τὴν ἄνδρα, καὶ φεύγω, hoc est, terreo pro timeo virū, & fugio: Tu, inquit, etiam quādo timebis aliquem, persequeris. Alio autē dicente, τῶν φίλων κορυφαιότατος, id est, amicorū maximè summus: Festiuū sanè, inquit, quod supra verticem seu summam aliquid vltrà etiam ponis. Et ἐξορμῶ quopiam dicente, hoc est, inuado siue irrumpo: Et quisnam est, inquit, quem ἐξορμᾷς; hoc est, impellis. Ἐξεπιπολῆς autem

δέ, τινος εἰπόντος, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς εἶπεν, ὡς ἐκ τῆς πιθάκνης. λέγοντος δέ τινος, συνετάξατό μοι, καὶ λόχον, ἔφη, Ξενοφῶν συνετάξατο. ἄλλου δὲ εἰπόντος, περιέστην αὐτὸν, ὥς τε λαθεῖν, θαυματὸν, ἔφη, εἰ εἷς ὢν περιέστης τὸν ἕνα. ἑτέρου δὲ λέγοντος, συνεκρίνετο αὐτῷ, καὶ διεκρίνετο πάντως, εἶπεν, εἰώθει δὲ καὶ πῶς τοὺς σολοικίζοντας Ἀττικῶς παίζειν ἀνεπαχθῶς. πῶς γοῦν τὸν εἰπόντα νῶι τοῦτο δοκεῖ, σὺ, ἔφη, καὶ νῶιν ἐρεῖς, ὡς ἁμαρτάνομεν. ἑτέρου δὲ σπουδῇ διηγουμένου τι τῶν ἐπιχωρίων, καὶ εἰπόντος, ἡ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ μιχθεῖσα, οὐκ ἄρα, ἔφη, ὁ Ἡρακλῆς ἐμίχθη αὐτῇ. καρῆναι δέ, τινος εἰπόντος, ὡς δέοιτο,

autem quodam dicente, hoc est, de superficie: subiecit, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς ὡς ἐκ τῆς πιθάκνης, *hoc est, ex superficie vt ex doliolo. Dicente autem quodam,* συνετάξατό μοι, *hoc est, composuit mihi, vel eiusdem ordinis mecũ fuit: & manipulum, inquit, Xenophon* συνετάξατο, *id est, coordinauit. Alio autem dicente:* περιέστην αὐτὸν, ὥστε λαθεῖν, *id est, circumsteti, seu circundedi ipsum, vt latérem: Mirum, inquit, si tu cùm vnus sis,* περιέστης, *id est, circunsteteris vnum. Alio rursum dicente,* συνεκρίνετο αὐτῷ, *quod & comparabatur ipsi, & contendebat cum ipso, significat: subiecit,* καὶ διεκρίνετο πάντως, *hoc est, dijudicabatur seu dirimebatur quoque omnino. Solebat autem & contra eos qui solœcismum Atticè loquendo committebant, eadem festiuitate ludere. Nam ad eum qui dixerat,* D νῶι τοῦτο δοκεῖ, *hoc est, nobis hoc videtur: Tu, inquit, etiam* νῶιν *dices, vt peccamus. Alio autem seriò narrante quippiam eorum quæ in patria sua acciderãt, ac dicente, Illa verò Herculi* μιχθεῖσα, *hoc est, concumbens: Non igitur, inquit, Hercules* E μίχθη αὐτῇ, *hoc est, ipse concubuit, siue commixtus fuit. Porrò dicente*

δέοιτο, τί γὰρ, ἔφη, σοι δεινὸν εἴργασται, καὶ ἄξιον ἀτιμίας; καὶ ζυγομαχεῖν δέ, τινος λέγοντος, πρὸς τὸν ἐχθρὸν εἶπε, ζυγομαχεῖς; ἑτέρου δὲ εἰπόντος βασανίζεσθαι τὸν παῖδα αὐτοῦ νοσοῦντα, ἐπὶ τοῦ, ἔφη, ἢ τί βουλομένου τοῦ βασανίζοντος; προκόπτει δέ, τινος εἰπόντος, ἐν τοῖς μαθήμασιν, ὁ δὲ Πλάτων, ἔφη, τοῦτο ἐπιδιδόναι καλεῖ. ἐρομένου δέ τινος, εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα, πῶς οὖν, ἔφη, ἐμὲ ἐρωτ̄, εἰ μελετήσομαι, λέγεις ὅτι ὁ δεῖνα; Ἀττικίζοντος δέ τινος, καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ Ἀττικίζειν καταρώμενον. καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα δὲ, στοχάζομαι αὐτοῦ, ἐπὶ τοῦ φείδομαι αὐτοῦ, μή τι, ἔφη, διήμαρτεν βαλὼν;

dicente quopiam quòd haberet opus F καρῆναι, hoc est, tonderi: Quídnam graue adeò, inquit, & quod dignum ignominia ista sit, abs te factum est? Et G ζυγομαχεῖν, hoc est, (vt Hesychius exponit) cum domesticis & familiaribus contendere, dicente quopiam: Túne aduersus hostem, inquit, ζυγομαχεῖς; Alio autem quodam dicente puerum suum morbo decumbentem βασανίζεσθαι, hoc est, torqueri: Cuius gratia, inquit, torquetur? aut quid vult ille qui torquet? Προκόπτει verò cùm quidam diceret ἐν τοῖς μαθήμασιν, hoc est, proficit in disciplinis, respōdit: At Plato ἐπιδιδόναι, hoc est, crescere vocat. Interrogāte aūt quopiam, εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα, hoc est, an declamaturus nescio quis esset: Quomodo ergo, inquit, interrogās me an declamaturus sim, dicis ὁ δεῖνα; hoc est in tertia persona iste. Volente autem quodam Atticismum exprimere, & dicente, τεθνήξει, hoc est, morietur in diem tertium: Satius, inquit, foret, etiam hîc non Atticissare adeò te, quando malum imprecaris. Ad eum autem qui dixerat, H στοχάζομαι ἀπτοῦ, pro φείδομαι αὐτοῦ, hoc est, parco ipsi: Nunquid, inquit, aberrâsti iaculan-

βαλὼν; ἀφισᾶν δέ, τινὸς ἀπόντος καὶ ἑτέρου, ἀφισάναν, ἄμφω μέν, ἔφη, οὐκ οἶδα. πρὸς δὲ τὸν λέγοντα, πλὴν ἀμυταῦτα, ἔφη, ἁπλᾶ χαρίζοι. καὶ χᾶσθαι δέ, τινὸς ἀπόντος, ψευδάπιον, ἔφη, τὸ ῥῆμα. ὃ δὲ λέγοντι, ἔκποτε, καλὸν, ἔφη, τὸ εἰπεῖν ἐκπέρυσιν· ὁ γὰρ Πλάτων, ἐς ποτε λέγει. ὃ δὲ ἰδοὺ ἐπὶ τῷ ἰδὲ χρωμένου τινὸς, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων, ἔφη, σημαίνεις. ἀντιλαμβάνομαι δέ, ἐπὶ τῷ σωίημι, λέγοντός τινος, θαυμάζειν, ἔφη, πῶς ἀντιποιέμενος τῷ λέγοντος, φησὶν ἀντιποιᾶσθαι. βράδιον δέ, τινος ἀπόντος, οὐκ ἔσιν, ἔφη, ὅμοιον τῷ τάχιον. βαρεῖν δέ, τινος ἀπόντος, οὐκ ἔσιν, ἔφη, τὸ βαρώσειν, ἢ νενόμικας. λήλογχα δέ, τὸ ἔλαχα λέγοντος, ὀλίγον, ἔφη, ἢ iaculando? Quodam verò ἀφισᾶν dicente, & altero ἀφισάναν, pro eo quod est ad defectionem solicitare: Vtrunque, inquit, non noui. Ad eum autem qui dicebat πλὴν ἀμύ, hoc est, nisi si: Hæc, inquit, dupla gratificantur. Et χᾶσθαι cùm quidam diceret: Pseudatticū, inquit, verbum est. Rursum dicenti ἔκποτε, pro ex eo tẽpore: Pulchrum, inquit, fuerit & ἐκπέρυσιν, hoc est, ex superiori anno dicere. nam Plato ἐς ποτε, hoc est, in id tempus, dicit. Ei verò qui ἰδὲ pro ἰδέ, hoc est, vide, utebatur: Alia pro alijs, inquit, significas. Cùm quidã autem ἀντιλαμβάνομαι pro σωιύμι (hoc est, intelligo) diceret: mirari se ait quo pacto ὁ ἀντιποιούμενος τῷ λέγοντος, id est, qui cum dicente certaret, siue competitor eius foret, diceret, ἀντιποιᾶσθαι, id est, concertare vel competere se. Μ βράδιον autem dicente quopiam: Non est simile, inquit, verbo τάχιον, quod celerius significat. Et rursum Ν βαρεῖν pro grauare dicente quopiam: Non est, inquit, βαρώσειν, quemadmodum putásti. λήλογχα item pro ἔλαχα (id est, sortitus vel nactus sum) dicente quodam: Modicū, inquit, etiam apud

παρ' οἷς ἁμαρτάνεται. ἵπτασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ πέτασθαι πολλῶν λεγόντων, ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς πτήσεως τὸ ὄνομα, σαφῶς ἴσμεν. περιστερὸν δέ τινος εἰπόντος, ὡς δὴ Ἀττικὸν, καὶ τὸν φαττὸν ἐροῦμεν, ἔφη. φακὸν δέ τινος εἰπόντος, ἐδηδοκέναι, καὶ πῶς ἄν, ἔφη, φακόν τις φάγῃ; ταῦτα μὲν τὰ Σωκράτεια. ἐπανίωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τῶν πρότερων λόγων, κἀγὼ μὲν καλῶ τοὺς βελτίστους εἶναι ὅλος, σὺ δὲ γνώρισον· οἶμαι γάρ σε κἂν νῦν δυνήσεσθαι, τοσούτων γε ἐπακούσαντα τῶν ἐξῆς λεγομένων. Σο. ἴσως μὲν οὐδὲ νῦν δυνήσομαί σου λέγοντος, ὅμως εἰπέ. Λυ. καὶ πῶς φῂς οὐ δυνήσεσθαι; ἡ γὰρ θύρα σχεδὸν ἀνέῳγέ σοι τῆς γνωρίσεως αὐτῶν. Σο. εἰπὲ τοίνυν. Λυ.

apud quos peccatur. Multis autem ἵπτασθαι *pro* πέτασθαι *(quod est volare) dicentibus, quod* ἀπὸ τῆς πτήσεως *(hoc est, à volatu) quidem verbum hoc descendat, planè scimus.* Περιστερὸν *autem quodam dicente (hoc est, columbum masculino genere) quasi hoc Atticum verò foret, etiam* τὸν Ο φαττὸν *(id est, palumbum masculino genere) dicamus, inquit. Rursum dicente quodam se* φακὸν *comedisse, (hoc est, lentem) Et quomodo, inquit,* Ρ φακὸν *aliquis comederit? quod & algam, & lentiginem, & vas quoddam vnguentariũ, & alia item quædam significat. Atque hæc quidem Socratica illa sunt: Redeamus autem, si videtur, ad certamen priorum verborum. Ac ego quidem citabo ea quæ optima videntur esse tota, tu verò cognitionem fac. Arbitror enim vel nunc posse te, quippe qui tam multa ordine iam audieris.* SOL. *Fortassis ne nunc quidem potero te dicente, sed tamen dic.* LVC. *Quomodo ais te non posse? Nam cognitionis ipsorum propè Q ianua tibi aperta est.* SOL. *Dic igitur.*

Λυ. ἀλλὰ εἶπον. Σο. οὐδέν γε, ὥς τε ἐμὲ ματεῖν. Λυ. οὐ γὰρ ἔμαθον, τὸ ἀνέῳγεν; Σο. οὐκ ἔμαθον. Λυ. τί οὖν πεισόμεθα, εἰ μηδὲ νῦν ἀκολουθήσεις τοῖς λεγομένοις; καίτοι πρός γε τὰ κατ' ἀρχὰς ῥηθέντα ὑπὸ σοῦ, ἐγὼ μὲν ᾤμην ἱππεῖς εἰς πεδίον καλεῖν, σὺ δὲ τοὺς ἱππεῖς κατεγνόησας. ἀλλὰ ἐοικὰς οὐ φροντίζειν τῶν λόγων μάλιστα, οὓς νῦν κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διήλθομεν. Σο. ἐγὼ μὲν φροντίζω, σὺ δὲ ἀδήλως αὐτοὺς διεξέρχῃ. Λυ. πάνυ γοῦν ἄδηλόν ἐστι, τὸ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ἐφ' ἡμῶν λεγόμενον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν δοῦλον, σὲ δὲ οὐδεὶς ἂν θεῶν ἀγνοοῦντα παύσειε, πλήν γε ὁ Ἀπόλλων. μαντεύεται γοῦν ἐκεῖνος πᾶσι τοῖς ἐρωτῶσι, σὺ δὲ οὐδὲ τὸ μαντευόμενον κατενόησας. Σο. μὰ τοὺς θεούς· οὐ γὰρ ἔμαθον. Λυ. εἰ ἄρα καθεὶς λανθάνει σε περιϊών. Σο. ἐοίκασί γε. Λυ.

LVC. *At iam dixi.* SOL. *Nihil certè quod ego intelligam.* LVC. *Annón intellexisti quod dixi* ἀνέῳγεν *(id est, aperuit, pro aperta est.)* SOL. *Non intellexi.* LVC. *Quid igitur patiemur, si ne nunc quidem assequeris ea quæ dicuntur? Atqui secundum ea quæ ab initio abs te dicta sunt, ego quidem putabam me equites in campum prouocare: tu verò equites cogitâsti. Sed videris non curare verba, maximè* R *quæ inter nos ipsos prosecuti sumus.* SO. *Ego quidem curo, tu verò obscurè ipsa prosequeris.* LVC. *Nempe omnino obscurum est, quod dixi,* κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, *cùm de nobis mentionem facerem. Sed hoc quidem manifestum est. Te verò* S *nullus deorum ab ignorantia liberauerit, nisi fortassis Apollo.* T *Vaticinatur enim ille omnibus interrogantibus: tu verò neque ipsum* μαντευόμενον *intelligis.* SOL. *Per deos equidem. non enim didici.* LVC. *Si ergo* καθεὶς *latet te circumiens.* SOL. *Videntur certê.*

LVC.

Λυ. ὁ δὲ καθεὶς πῶς παρήλθειν; Σο. οὐδὲ τοῦτο ἔμαθον. Λυ. οἶσθα δέ τινα μνηστευόμενον αὐτῷ γάμον; Σο. τί οὖν τοῦτο; Λυ. ὅτι σολοικίζειν ἀνάγκη τὴν μνηστευόμενον αὐτῷ. Σο. τί οὖν πρὸς τοὐμὸν πρᾶγμα, εἰ σολοικίζει τις μνηστευόμενος; Λυ. ὅτι ἀγνοεῖ ὁ φάσκων εἰδέναι· καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἔχει. εἰ δέ τις λέγοι σοι παρελθὼν, ὡς ἀπλείποι τὴν γυναῖκα, ἆρ' ἂν ἐπιτρέποις αὐτῷ; Σο. τί γὰρ οὐκ ἂν ἐπιτρέποιμι, εἰ φαίνοιτο ἀδικούμενος; Λυ. εἰ δὲ σολοικίζων φαίνοιτο, ἐπιτρέποις ἂν αὐτῷ τοῦτο; Σο. οὐκ ἔγωγε. Λυ. ὀρθῶς γὰρ λέγεις· οὐ γὰρ ἐπιτρεπτέον σολοικίζοντι τῷ φίλῳ. ἀλλὰ διδακτέον ὅπως τοῦτο μὴ πείσηται. καὶ εἴ τις γε νῦν ψοφοίη τὴν θύραν εἰσιὼν, ἢ ἐξιὼν κόπτοι, τί φήσομέν σε πεπονθέναι; Σο.

LVC. *At καθεῖς iste quo pacto præterijt?* SO. *Neq; hoc didici.* LVC. *Nôsti autem quempiam sibi ipsi γάμους μνηστευόμενον) hoc est, nuptias stipulantem vel respõdentem?* SO. *Quorsum igitur hoc?* LVC. *Quòd necesse est solœcismum committere τὸν μνηστευόμενον αὐτῷ: id est, eum qui sibi despondet.* SOL. *Quid igitur ad meum negocium hoc, si solœcismum committit quispiam despondens?* LVC. *Quòd ignorat is, qui se scire dictabat. Et hoc quidem ita se habet. Si verò quispiam dicat tibi accedens, ὡς ἀπλείποι τὴν γυναῖκα, hoc est, quod repudiare velit vxorem, num permittes hoc illi?* SOL. *Quid ni permittam si videatur iniuria affectus esse?* LVC. *Si verò solœcismum committere videatur, etiámne hoc permittes illi?* SOL. *Haud equidem.* LVC. *Rectè dicis. Neque enim concedendum amico vt solœcisset: sed docendus potiùs est, vt hoc ne patiatur. Quòd si quis autem nunc crepare faciat ianuam ingrediens, aut exiens pulset, quid dicemus tibi accidisse?*

Σο. ἐμὲ μὲν οὐδὲν, ἐκεῖνον δὲ ἐπεισελθεῖν βούλεσθαι, ἢ ἐξιέναι. Λυ. σὲ δὲ ἀγνοοῦντα τὸν κόπτοντα, ἢ τὸν ψοφοῦντα, οὐδὲν, ὅλως πεπονθέναι δόξομεν ἀπαίδευτον ὄντα; Σο. ὑβριστὴς εἶ. Λυ. τί λέγεις, ὑβριστὴς ἐγὼ νῦν δὴ γενήσομαί σοι δαλεγόμενος; ἔοικε δὲ σολοικίζαι, τὸ νῦν δὴ γενήσομαι, σύ δ' οὐκ ἔγνως. Σο. παῦσαι πρὸς τοῦς Αθηνᾶς, ἀλλ' εἰπὲ τί τοιοῦτον, ὥς τε κἀμὲ μαθεῖν. Λυ. καὶ πῶς ἂν μάθῃς; Σο. εἴμοι πάντα ἐπέλθοις, ὅσα φῂς σολοικίσας ἐμὲ λαθεῖν, καὶ παρ' ὅ, τι ἕκαστον σεσολοίκισαι. Λυ. μηδαμῶς, ὦ ἄριστε· μακρὸν γὰρ ἂν ποιήσαιμεν τὸν διάλογον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔξεστί σοι καθ' ἕκαστον αὐτῶν πυνθάνεσθαι. νῦν δ' ἕτερ' ἄττα ἐπέλθωμεν, εἰ δοκεῖ· καὶ πρῶτόν γε αὐτὸ τοῦτο τὸ ἄττα μὴ δασέως, ἀλλὰ

SOL. *Mihi quidem nihil: illum verò vel exire velle, vel introire.* LVC. *Tibi verò, cùm ignorares* τὸν κόπτοντα, *hoc est, qui pulsat, aut* τὸν ψοφοῦντα, *hoc est, qui crepare faciat, nihil omnino accidisse putabimus indocto adeò existenti?* SOL. *Contumeliosus es.* LVC. *Quid dicis? Ego contumeliosus verò nunc* γενήσομαι *(id est, fiam) qui tecum dissputo? Videtur autem solœcissare etiam ipsum,* γενήσομαι *quo nunc vsus sum: tu verò non cognouisti.* SOL. *Desine, quæso per Mineruam: ac dic potiùs tale aliquid, quod etiam ego intelligam.* LVC. *Ac quo pacto intelligas?* SOL. *Si mihi omnia ista percurras quæ modò dixisti à te cum solœcismo dicta, à me autem non animaduersa esse: & quo pacto in singulis peccatum sit, exponas.* LVC. *Nequaquam, ô optime. longum enim modò facturi essemus dialogum: sed de horum quidem vnoquoque licebit tibi singulatim quærere. Nunc autem alia quædam persequamur, si videtur. Ac primùm ipsum hoc* ἄττα, *absque aspiratione,*

ἁπαλῶ. μικκᾶν, ὀρθῶς φαίνεται ῥηθὲν μετὰ τοῦ ἔτερα σωτιθέμενον, μὴ γὰρ οὕτως ἄλογον ἦν ἄν. ἔπειτα τὸ τῆς ὕβρεως. ἦν μὲ φῆς ὑβρίσαι, ἃ μὴ οὕτω λέγοιμι, ἀλλ' ἃς σὲ φαίην ἴδιον, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὅτι τὸ μὲν σὲ ὑβρίσθαι τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν, εἴτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ. τὸ δὲ ἃς σὲ, ὅταν ἇς τι τῶν σῶν γίγνεται ἢ ὕβρις. καὶ γὰρ ὅς τις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, ἃς σὲ ὑβρίζει· καὶ ὅς τις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅς τις τὰ οἰκέτην. πλὴν γὰρ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως ἔχει σοι, ἐπὶ τὸ ἃς πρᾶγμα ὑβρίζειν λεκτέον· οἷον ἃς τὴν παροιμίαν, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν ἐν τῷ συμποσίῳ. Σο. κατανοῶ τὸ διάφορον. Λυ. ἆρ' ἦν καὶ τόδε κατανοεῖς, ὅτι τὸ ταῦτα ὑπαλλάττειν, σολοικίζειν καλοῦσιν;

& cum tenui spiritu, vtrum rectè videatur dictum cum verbo ἔτερα compositum. Non enim ita præter rationem fuerit. Deinde & τὸ τῆς ὕβρεως, id est, de contumelia, qua te à me affectum ais, si non hoc pacto dicam, sed ἃς σὲ, hoc est, in te contumelioſum (fuisse me scilicet) dicam, proprium id esse ego quidem non possum dicere: quoniam σὲ quidem ὑβρίζειν, hoc est, te cõtumelia afficere, idem est quòd corpus tuũ, siue plagis, siue vinculis, siue etiam alio aliquo pacto. At ἃς σὲ (hoc est, in te contumelioſus esse dicor) quando alicui tuorum contumelia fit. Nam & qui vxorem tuam contumelia afficit, in te contumelioſus est, & qui puerum tuum, & amicum, & certè qui seruum quoque. Nam præterquam de rebus, ita tibi se res habet: quoniam & in res contumelioſum esse dictum est, vt in prouerbium, quemadmodum V Plato dicit in Sympoſio. Sol. Intelligo differentiam. Luc. Num igitur & hoc intelligis, quòd si dicam, ταῦτα ὑπαλλάττειν, solœciſmum vocant;

Σο. ἀλλὰ νιῶ ἔσομαι. Λυ. αὐτὸ δὲ τὸ ὑπαλάττειν; Σο. ἐμοὶ μὲν ταυτὸν λέγειν δόξει. Λυ. καὶ πῶς ἂν ἕτερα ταυτὸν τὸ ὑπαλάττειν τὸ ἐναλάττειν, ὅπερ τὸ μὲν ἑτέρου πρὸς ἕτερον γίνεται, τοῦ μὲν ὀρθοῦ πρὸς τὸ ὀρθὸν, τὸ δὲ τοῦ μὴ ὄντ[ος] πρὸς τὸ ὄν; Σο. κατέμαθον, ὅτι τὸ μὲν ὑπαλάττειν, τὸ μὲν κύριον ἀντὶ τοῦ κυρίου λέγειν δὴ. τόδ' ἐναλάττειν ποτὲ μὲν ὧ κυρίῳ, ποτὲ δὲ ὧ μὴ κυρίῳ χρῆσθαι. Λυ. ἔχει τινὰ καὶ ταῦτα κατανόησιν οὐκ ἄχαριν. τὸ δὲ σπουδάζειν πρός τινα, πλὴν οἰκίαν ὠφέλειαν τοῦ σπουδάζοντ[ος] ἐμφαίνει· τὸ δὲ περί τινα, πλὴν ἐκείνου, περὶ ὃν σπουδάζει. καὶ ταῦτα ἴσως μὲν ὑποσυγχέχυται, ἴσως δὲ καὶ ἀκριβοῦται παρά τισι. βέλτιον δὲ, ἀκριβοῦν ἑκάστῳ. Σο. ὀρθῶς γὰρ λέγεις. Λυ. τόγε

SOL. *At nũc ſcibo.* LVC. *Ipſum autem dici debere,* ἐναλάττειν. SO. *Mihi quidem videtur idem vtrunque dicere.* LVC. *At quomodo idem fuerit* ὑπαλάττειν *&* ἐναλάττειν, *quando illud quidem eſt alterum cum altero commutare, videlicet id quod rectum non eſt, cum eo quod rectum eſt: hoc autem, id quod non eſt, cum eo quod eſt.* SOL. *Intelligo quod* ὑπαλάττειν *quidem ſit id quod proprium non eſt, pro eo quod proprium eſt, dicere* ἐναλάττειν *verò, aliquando quidẽ eo quod proprium eſt, aliquando verò eo quod proprium non eſt, vti.* LVC. *Habent quandam & hæc conſiderationem non iniucundam.* σπουδάζειν *autem* πρός τινα: *id eſt, ſatagere vel obſequioſum eſſe erga aliquem, propriam vtilitatem eius qui ſatagit, indicat: cùm autem dico* περί τινα, *circa aliquem, illius indicat, circa quem quis ſatagit, ſiue obſequioſus eſt. Atque hæc quidem fortaſſe confunduntur à quibuſdam, fortaſsis autem etiam obſeruantur: melius autem eſt obſeruare vnumquenque.* SOL. *Rectè dicis.* LVC. καθὸ

τόγε μὴν καθέζεσθαι τοῦ καθίζειν, καὶ τὸ καθίζον τοῦ κάθησο, ἆρ' οἶσθ', ὅτι διενήνοχεν; Σο. οὐκ οἶδα. τὸ καθέσθητι ἤκουόν σου λέγοντος, ὡς ἔστιν ἔκφυλον. Λυ. καὶ ὀρθῶς γε ἤκουσας, ἀλλὰ τὸ κάθισον, τοῦ κάθησο διαφέρειν φημί. Σο. καὶ τῶν ποτ' ἂν εἴη διαφέρον; Λυ. τῶν τὸ μὲν πρὸς τὸν ἑστῶτα λέγεσθαι, τὸ κάθισον· τὸ δὲ πρὸς τὸν καθεζόμενον, ἧσο ξεῖνε, ὑμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην, ἀντὶ τοῦ μένε καθεζόμενος. πάλιν οὖν εἰρήσθω, ὅτι τὸ ταῦτα παραλλάττειν, ἁμαρτάνειν ἐστί. τὸ δὲ καθήζω, τοῦ καθέζομαι ἆρά σοι δοκεῖ μικρῷ τινι διαφέρειν, εἴπερ τὸ μὲν ἕτερον δρῶμεν, τὸ καθίζειν λέγειν. τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς, τὸ καθέζεσθαι. Σο. καὶ ταῦτα ἱκανὸς διελήλυθας, καὶ δὴ λέγε· οὕτω γάρ σε δεῖ προδιδάσκειν. Λ. ἑτέρος γὰρ λέγοντος οὐ κατανοεῖς, οὐκ οἶσθα, οἷόν ἐστι ξυγγραφεὺς ἀνήρ; Σο.

